Digitized by Google

13
24 D
25

H

Hoc in volumine hæc continentur.

SOLILOQVIA

CENTVM. EPITOMATA centum. Problemata centum. Dyalogi centum. Commentarii ducenti. Ex diuino: & humano iure excerpta per Reuerendum. D. Ioannem de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ Diuini & humani iuris Laureatum.

PRACTICA IVDICIARIA, quam ſequuntur centum Differentiæ inter ius commune vtrunq;, & ius Regni, euſdem authoris.

Biblot. sacr

QVAE CVM CVNCTA SINT in Regno ſatis utilia: ſine illis tu lector eſſe noli.

Coll. Rom. Soc. Jesu

M. D. XXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex legato ... Coccini

13-21. A 29

AD AMPLISS. FRATRES FABRITIVM, ET CAMILLVM Ieſualdum: alterum Compſanorum principem illuſtriſs. alterum eorundem Archiepiſcopum reuerendiſs. Ioannes de Arnono de ſanto Angelo Faſanellæ inter diuini, & humani iuris Laureatos perexiguus. S.S.

CVm ſuperioribus annis, viri Ampliſſimi in Salernitana academia, cæterarum omnium noſtræ ætatis florentiſſima, publico ære conductus, annos iam decem in iure præſertim Pontificio publicum legendi munus obiuerim: in quo quãtum elaborauerim, quantumq; vtilitatis attulerim: teſtis eſt mihi non ſolum reſpub. illa: ſed & ſtudentes mei, qui me legentem quotidie audiebant, in patriam tãdem redii: quam quia in magno conſtitutam diſcrimine deprehendi: à legendi munere cõquieſcendum magis aliquam ob temporis intercapedinem cenſui, q̃ illam derelinquendam. Ad illam igitur defendendam protinus me conuerti: & Ciceronem in quęſtionibus Tuſculanis imitatus ad mortem pro illa me obtuli: proq; eius libertate: ne mihi obiiciatur illud Bal. in. l. i. C. de ingratis liberis: Subiectus eſto qui liber eſſe neſciuiſti: cum doceat Apoſtolus primę ad Corinthyos capite octauo: Pretio redempti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Nam in libertate ſola conſiſtit decus, & gloria, ac ſplendor. l. edicimus. C. de murilegulis lib. xi. pro qua licet occidere patrem & filios l. minime digeſtis de religio. & ſumptibus funerum. Et patriæ potiusq̃ patri obediendum eſt: notatur in. l. veluti digeſtis de iuſti. & iure. Et patriam etiam parentibus veteres philoſophiæ præceptores ante poſuere. Hinc Brutus conſul Romanus proprios filios obtruncari fecit ſe præſente, quia agerent contra libertatem patrię. De quo meminit Virgilius in. vi. inquiens: Natoſq; pater noua bella mouentes: Ad pœnam pulchra pro libertate vocauit. Et ſubiũgit: Dulcis amor patriæ: laudumq; immenſa cupido. Et Cicero in quarto Rhetoricæ nouæ dicit: Sapiẽs nullum vnq̃ periculum pro repub. vitabit. Et quia ſępe fit, vt qui pro rep. perire noluerit, cum repub. pereat. & præſertim pro veritate, quam Pythagoras poſt Deum dicebat eſſe colendam: quoniam ſola Deo homines proximos facit. & dicit Baldus in. l. ii. C. de patrib. qui filios diſtraxerunt: Derelinquentem patriam in diſcrimine ammittere iura ciuilitatis. At tamen in ea defendenda ſi quando cernerem aliquid mihi ocii ſupereſſet: ad legalis ſapientiæ ſtudia me conuertebam: & inter ingentes, ac varias reipub. occupationes. centum in iure vtroq;, Pontificio videlicet & Cæſareo Soliloquia confeci ex diuino, & humano iure excerpta. Epitomata centum. Problemata centum. Hæc igitur Ampliſs. viri veſtris Numinibus of

fero: & vt tutius poſſint in publicum prodire, vobis nominatim dedico. Multa enim valde pretioſa (vt etiam inquit Plinius) ideo videntur, quia ſunt templis dicata. ſcio perexigua eſſe quæ vobis obtuli: verum & diis lacte ruſtici: multæq; gentes ſupplicant: & mola tantum ſalſa, qui non habent Thura. Nam vlli fuit vitio deos colere quoquo modo poſſet. Cogunt enim me: & meæ in vos ſeruitutis vinculum: & veſtra in me officia, quæ eximia, atq; immenſa eſſe iudico, & ingenitæ virtutes veſtræ, morum ſanctitas omni ſtudio, & cura nomen veſtrum, prout ingenii vires ferũt, cel ebrare, & vos poſteris imitandos præponere. Nam ſicut C. Cæſar, & Cn. Pompeius inter bellicos tumultus non intermiſiſſe dicuntur conſuetudinem declamandi: ita vos inter multiplices curas non intermittitis ſtudia literarum. Eſt profecto cur admirentur veſtram, ſuſpiciátq; omnes diligentiam & virtutem: vobis propitiis Compſani honoribus decorantur: a vobis etiam eorum res ſubſtentantur, augentur, extolluntur: vobis fauentibus & patronis ſubditi ueſtri opibus locupletantur: amicos tuemini conſtanti fide: veſtra ſumma opulentia: & in vos farctim concurrunt quæ in vero principe, quæ in vero Archiepiſcopo deſiderant Pontificii & Cę ſarei iuris regulæ: curarum, remiſſionumq; ſucceſſiua tempora ſapiẽter ordinatis: neq; vobis, quod rariſſimum eſt, aut facilitas authoritatem, aut ſeueritas amorem minuit. Hinc eſtis aſſecuti, ut uniuerſi vos, ceu numina excolãt. Quid enim pręſtãtius? q̃d admirabiliꝰ excogitari poteſt vobis, altero principe, altero archiepiſcopo, literatiſſimis, prudẽtiſſimis, ac omni laudũ genere cumulatiſſimis: quę virtutes cũctarũ cardines in pauciſſimis principibus iugatæ conſpiciuntur? Et ideo immenſa, præter cętera, ſubit me cura: vt quæ vobis dicantur, veſtrum digna ſint. Suſcipite interea primitias noſtras Ampliſs. viri, earumq; paruitatem pientiſſimo erga vos offerentis animo, ſingulari obſeruantia, ac fide rariſſima rependatis: idq; pro ueſtra in omnes peculiari munificentia, & humanitate facturos vos arbitror, & exopto. Bene valete noſtri ſoli decus, & lumen, Ieſualdorum gloria. Ex ſanto Angelo Faſanellæ. Cal. Maii. M. D. XXXIIII.

SOLILOQVIA EX VTROQVE IVRE EXCERPTA per Ioannem de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ diuini iuris Laureatum feliciter incipiunt.

Soliloquium. I.

DOnatio cauſa mortis facta a viro vxori valet: & confirmatur morte non ſolum naturali, ſed etiam ciuili, vt banno. tex. eſt reputatus ſing. in l. ſed ſi mors in primo reſponſo ff. de dona. inter vi. & vxo. qui eſt ſing. ſecũdum Bal. in l. executorem in. ix. col. verſi. quęro quidã timens ne fiſcus. C. de execu. rei iudi. vbi ponit per illum tex. ſing. remediũ fraudandi fiſcum. Nam qui timet ne bona ſua a fiſco vendicentur, vt ſępiſſime euenit mutatione principum faciendo donationẽ vxori cauſa mortis ſi ſequatur bannum, & ſic mors: ciuilis donatio cõualidabitur ꝑpter dictam deciſio. Bal. quæ eſt valde ſing. ſecundũ. d. Iaſo. in. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. i. in penul. col. in prin. ff. de ver. ob. & eam omnes vbiq; commendant. & pro ſing. citat Pau. de Caſ. in. l. poſt cõtractum in vltimis verbis. ff. de donatio. refert & ſequitur d. Catellia. Cotta in ſuis memoralibus in ver. Donatio cauſa mortis.

Soliloquium. II.

TItius donauit bona ſua retento vſufructu, vt ſæpe fieri aſſolet. Dubitatur, an teneatur præſtare cautionem idoneam de vtendo arbitrio boni viri iuxta. l. i. ff. vſufructuari. quemadmo. ca. Reſpõdeo hoc non habere locum in caſu pręmiſſo: quia cum ex ſua liberalitate cõueniatur cum eo, mitius eſt agendum ar. l. ad res donatas. ff. de ædili. edic. ita ſingulariter decidit acutiſſimi ingenii vir d. Bartholame. Sonzi in. l. omnes. ff. de excep. & ideo ſatis erit tali caſu vſufructuarium ſolum promittere cum hypoteca bonorum. & ad hoc inducit text. no. in. l. filio. ff. vt lega. no. ca. & latius hoc idẽ cõſulẽdo deducit Cor. Peruſi. in cõſilio. cclxvii. cuius eſt initium: In hac conſultatione col. iii. lib. iiii. & hoc idem prius voluit Io. de Platea in. §. prætetea. verſi. Sed & ſiquis inſti. de actio. Refert & ſequitur Deci. in. l. diuus Pius in prin. ff. de regu. iur.

Soliloquium. III.

IN ciuitate Salerni, in qua publico ære cõductus, octo iam annos in iure Pontificio publicum legendi munus obiui, hoc ex facto incidit in Aede diui Matthæi metropolitana eccleſia: agitur de conferẽdo canonicatu cum præbenda, ſed ad dictum canonicatum concurrunt nobiles, & ignorantes literas ex vna parte: ex altera vero literati, & ignobiles. Quæritur modo quis ſit pręferẽdus? Reſpõdi hoc modo: videlicet pręferẽdum

eſſe qui plures voces haberet, nec prætextu nobilitatis repellendus eſſet literatus. & pro hoc all. glo. ſingu. in. l. ſocietas contrahitur in glo. ii. per illum tex. ff. pro ſocio. quæ dicit ad canonicatum ita promouendos literatos ſicut nobiles. quam ad hoc pro valde ſing. commendat And. Sicu. in cõ. lvii, cuius ē initiũ: Pręclare ſcribiť apud Iob. in. viii. col. verſic. pręterea põdero in. ii. li. & ꝓpterea iure optimo dicebat Io. Mona. in. c. cũ exeo de elec. li. vi. ꝙ eccleſia deberet abũdare viris literatis, & non aſinis ferratis.

Soliloquium. I I I I.

PEt Regni conſtitutionem, cuius eſt initium: Vſurariorum, ſub rub. de vſurariis puniendis, alias eſt de eodem. querela vſurarię prauitatis eſt effecta popularis, vt dicitur in dicta conſtitutione in. §. omnibus, ibi crimen iſtud præſenti lege ſit publicum: quæro an mulier & pupillus ſi damnum proprium, vel ſuorum, vel ſuam iniuriam minime proſequantur, debeant admitti ad querelam? Reſpondeo eos minime admittendos: per. l. Mulieri. ff. de popula. actio per quem tex. habes limitationem, & intellectum ad dictam regni conſtitutionem in. d. §. omnibus.

Soliloquium. V.

LAqueus contritus eſt cum ſuſpenderetur quidam in patibulo crucis. Hoc cum ex facto incidiſſet, fuit dubitatum, num ille ſit liberandus? Reſpondi, ꝙ ſic. ita ſingulariter Lucas de Penna in. l. ſiquis forte, quæ eſt. l. i. C. de deſerto: & occul. eo. lib. xii. col. ii. verſic. Sed pone damnatus eſt aliquis in fe. vbi dicit ꝙ damnatus ad mortem, ſi dum laqueo ſuſpenſus fuit, fracto laqueo cecidit in terram, & proteſtatus fuit de ſua innocentia, debet liberari, quia credendum eſt illud fuiſſe factum miraculoſe. Refert, & ſequitur Decius in. l. fauorabiliores in fi. ff. de regu. iur. & quia hoc ſæpiuſcule ſolet contingere, libuit in hoc quinto Soliloquio poſuiſſe.

Soliloquium. V I.

FRatres minores non poſſunt quicq̃ poſſidere etiam in communi, vt habetur in Clem. exiui de Paradiſo. §. cumq; annui redditus, de verbo. ſigni. & plene per Bar. in tractatu ſuo minoritarum. Sed hoc non habet locum in donatione facta religioſo etiam ordinis minorum de annuo reddítu in ſubſidium ſtudii etiam ſi eá procuraſſet: ſed acquiritur ſibi ſolus vſus ita latiſſime, & ſingulariter, cum ex facto incidiſſet, conſuluit d. Ab. Panor. in conſi. lxiii. cuius eſt initium: Quædam domina. B. donationem fecit in. ii. libro poſt Fe de. de Sen. in cõſi. xii. cuius eſt initium: Fratres prędicatores ſunt, quorum commendauit. d. Feli. in. c. cum dilecta in. xxvii. col. in. vi. fall. ad finem extra de reſcript.

Soliloquium. V I I.

PRoſpectum eſt per regni conſtitutionem, cuius eſt initium: Pœnam horum de forbannitis, & forindicatis: nullam eiſdem forbannitis, &

foriudicatis remanere defenſionem ſuper principali cauſa criminis. Dubi
tatur modo, an ſtáte foriudicatione, & banno eorum poſſint per iudicem
abſolui, ſi contra eos non eſt legitime probatum crimen de quo quæri-
tur? Dico ꝙ ſic. nam actore non probante, reus debet abſolui. l. qui accuſa
re cum ſimili. C. de eden. etiam eo caſu quo ex forma ſtatuti denegatur de
fenſio. reo. ita ſing. Bal. in Rub. C. de manumiſſ. vindi. Quod pro ſingu.
commendat, & ſequitur Bartholame. Veronen. cautela. cccxliii. cuius eſt
initium: Similem cautelam: quod eſt memoria dignum ad ſtatuta quæ
diſponunt contumacem non debere audiri, ſed haberi pro confeſſo, ſecú-
dum. d. Catelſia. Cottam in ſuis memoralibus in ver. Actore non proban
te: & tu no. ad dictá regni conſti. pœná horú in prin. ibi nulla omnino li
centia poſtea remanente ſe ſuper principali cauſa criminis defendendi.

Soliloquium. VIII.

NEmo eſt qui neſciat cauſas in regno hoc Siciliæ eſſe ſummarias per
capitulum deteſtantes, quod Paris ita latiſſime interpretatus eſt eo
in libro, cui nomen impoſuit ſindicatus in verbo ſententia. & patet in re
gia nouella, Pragmatica prima in ordine, cuius eſt initium: Diſpendia li-
tium. Dubitatur, quid ſi procedatur ordinarie, nunquid valebit proceſ-
ſus. Dico ꝙ ſic. ita ſingu. decidit Bal. in. l. nulla circa finem. ff. de legi.
ar. illius tex. & eorum quæ ſing. tractat Inno. in. c. nouit in. i. col. poſt prin.
extra de iudi. vbi dicebat ꝙ ſeruare ordinem iudiciarium non poteſt no-
cere: & reaſſumit Bal. idem in. l. teſtamentum in. iii. nota. C. de teſta. &
vtrunq; dictum commendat late tractans. d. Feli. in. c. cú dilecta in. xiiii.
col. in ver. Ampliatione extra de reſcrip.

Soliloquium. IX.

QVia ſupra in. vii. Soliloquio meminimus ad vnum effectum conſti
tutionis regni pœnam horum de forbannitis & foriudicatis. vt
ibi patet. Núc ad alium adhuc effectum circa illam dubitatur. Nunquid
ex quo permittit ex ſola contumacia poſſe quempiam foriudicari: & per
conſequens offendi, valeat, & teneat? Et dico ꝙ non: quia ex ſola contuma
cia non poteſt quis interfici. ita ſing. Bal. in. l. Si mora in. i. col. ad fi. ff. ſo-
lu. matri. & late commendat. d. Iaſ. in. l. ſi plagii in primo not. ad fi. ff. de
ver. obli. poſt. d. Alex. in. d. l. Si mora in. ix. col. & d. Feli. in. c. quæ in eccle
ſiarum. col. ii. verſi. primus caſus extra de conſti. refert & ſequitur. d. Catel
lia. Cotta in ſuis memoralibus in ver. ſtatuta, ꝙ bannitus. Non obſtat ex
quo dicta conſtitutio diſponit quempiam ex ſola contumacia poſſe foriu
dicari, vt vtamur verbis illius: quia dico eam non potuiſſe hoc diſponere
per ſupradicta. Nam multoties innocens ſe a comparendo ſubtrahit timo
re carceris: & hanc rationem conſiderauit idem legislator in alia conſtitu
tione, quam edidit, cuius eſt initium: Humanitate nobis ſuggerente. §.

contingebat,de his qui fideiuſſores dare poſſunt , vbi formaliter dicitur. Contingebat enim aliquando q̄ ob timorem carceris accuſati etiam innocentes ſe a iudiciis ſubtrahebant. Non ergo ex ſola contumacia debet interfici.& licet occidens ſit tutus,quo ad pœnam per dictam conſtitutionem ibi, ſic vt ab omnibus offendatur impune,& ibi nullam proinde calumniam vereatur:immo meretur pręmium,vt ibidem ſubiungitur,dum dicitur banni,vel forbanni pœnam, quam incurrerat in pręmium ſuæ fidei & probitatis euitet. Nihilominus , quo ad Deum, & in foro animæ non putarem eum vſq̄quaq̄ tutum per ea , quæ late congerit.d. Feli.in præall.ca.quæ in eccleſiarum,maxime in.iii.&.iiii.col.

Soliloquium. X.

CIrca dictam regni conſtitutionem,de qua ſupra in præcedenti Soliloquio abunde diſſeruimus.Moueo vnam difficultatem,in qua paſſim omnes magiſtratus video grauiter aberrare. Per eam enim cōſtitutionem contumax poſt ipſius anni decurſum patitur foriudicationem eiuſdem bonis ſuis infiſcatis.Nūquid in tali infiſcatione.ſeu mauis publicatione veniant iura,& actiones , & ſic nomina debitorum?& dico q̄ non: quia tex.vtitur verbo poſſeſſiuo.& ſic bonis ſuis:quia iura perſonalia non poſſidentur.ita ſingu Bal.in.l.i.circa prin.ff.de ſta.homi.Et pro ſingu. nota. Ang.Are.in ſuo quem edidit lib.de maleficiis in verbo.Et eius bona publicamus in.ii.col.in verſic.quęro quis iudicum poſſit &c.

Soliloquium. XI.

SEd an in donatione omnium bonorum præſentium & futurorū veniant nomina debitorum?Bal.ſingulariter q̄ non in cōſi.ccxxxii.cuius eſt initium:Super infraſcriptis dubiis in ſecūdo dubio in ſecūdo lib. quod alibi ſe non legiſſe teſtatur. & approbat.d.Iaſo.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta in vltimis verbis ff.de verbo.oblig.vbi refert ſe per hoc conſuluiſſe q̄ in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium vbicunq̄ exiſtentium non veniant nomina debitorū,quod ego applico tibi ad intellectum conſtitutionis regni grandis vtilitas de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis mulctanti cōtumacem in.iii.parte bonorum mobilium,vt non veniāt nomina debitoꝝ, per ſuperius adducta.

Soliloquium. XII.

REgia nouella pragmatica,cuius eſt initium: Quinta die negantem poſitionem ſibi factam ; punit pœna iudicis arbitrio moderanda vt ibi.Dubitatur,num hoc habeat locum quādo libellus fuit ineptus?& Bald.ſingulariter in commento.l edita in pen.col.verſi.expedita propria, & ſubſtantiali materia &c.C.de eden.in repetitione Patauina,tenet q̄ nō: quia quando libellus eſt ineptus,nulla exceptio eſt pœnalis , & ſiue reus tunc mentiatur,vt dicendo ſe poſſidere nomine alterius, cum teneat pro

ſe:ſiue aliter calumnietur no n debet puniri:& hoc dicit notãdum ad multa ſtatuta de exceptionibus pœnalibus loquentia.hoc dictum Bald. ſequitur & commendat.d.Alexan.in.l.etiam.§.i.in vlti.colú.verſic iiii.limita. ff.ſolu.mat.& in l.i.in.i.not.per illum tex.a contrario ſenſu.C.de his qui poten.no.& dicit not.pro limitatione.l.vlti. vbi etiam eadem repetit in eius Paraphraſi.ff.de rei vend.& aliorum iurium,quæ imponunt pœnam neganti:vt non habeant locum,quando libellus fuiſſet ineptus, vel non ſolemnis: & reaſſumit cum multis ſimil.d Felin.in.c.ex tenore in.iii. col. verſi.de reſcrip.nullo extra de reſcrip.Quod not.quia eſt memoria dignũ ad totam materiam poſitionum ſecundum.d.Catellia.Cottam in ſuis memoralibus in dictione Mendax.

Soliloquium. XIII.

ET dato ꝙ libellus non eſſet ineptus, & non ſolemnis immo aptiſſimus, & ſolemniſſimus adhuc negans poſitionem non punitur niſi quando eſſet in dolo, vel lata culpa ita ſing.dicit Bald.in.c.i.§.vaſſallus in ſecunda col.in titu.Si de feu.fue.con.int.do.& agna.quem ſequitur Alexan.in.l.etiam.§.licet in dotalibus in vltima col.in.iii. limitatione.ff. ſolu.matri.vnde non ſufficit leuis culpa.refert & ſequitur.d.Catellia. Cotta in ſuis memoralibus in dictione negans. Ex his duobus Soliloquiis habes duas limitationes ad dictam Pragmaticam quinta die, quas not.

Soliloquium. XIIII.

COncluſimus ſupra in nono Soliloquio ad intellectum conſtitutionis pœnam horum ex ſola contumacia non poſſe quempiam condemnari per ea quę ibi in medium adduximus.quibus addo ea quę not. dixit Specu.in titu.de accuſa.§.fin.in.ix.col.verſi.Sed pone.A.fuit accuſatus &c. Nunc ſubiungo in pręſenti Soliloquio.& dico ꝙ ad hoc vt poſſit condemnari, requiritur vltra contumaciam,ꝙ conſtet de delicto.& debet conuinci de ipſo.ita Specul.in loco proxime alle. vbi dixit, ꝙ licet ex forma.l.vel ſtatuti contumax debeat haberi pro confeſſo tamẽ ad hoc vt valeat condemnatio de delicto contra accuſatum,vel inquiſitũ de crimine, debet vltra contumaciam conſtare de delicto,& debet conuinci de ipſo,aliter non valet bannum nec cõdemnatio.ad quod alle.bonum tex. in.l.raptores.C de epiſ.& cleri.poſt princ.in ver.Conuicti,& ibi circa mediũ in ver. Poſt legitimas ꝓbationes iuri cognitas,& ibi in fin. i ver Repti & ↄuicti fuerint.refert & ſequitur ↄſulẽdo Hippo.Mar.in ↄſi.ſuis criminalibus in conſil.xlix.cuius eſt initiũ: Domine Deus omnipotẽs in. xiiii. col.in libro meo paruæ impreſſiõis in primo lib.Nõ obſt.ſi diceretur per dictam conſtitutionem,diſponitur ſolam contumaciam ſufficere, quia reſpondeo vt alias reſpondi in prædicto.ix. Soliloquio: eã videlicet nõ potuiſſe hoc diſponere per ea quæ hic, & ibi allegata ſunt. Et ex prędictis

optimus iudicens, & Deum timens poterit pro exoneranda ſua conſcientia, optimam Practicam capere, vt non ſit contentus ſola contumacia inquiſiti, vel accuſati, vt eum proſcribat, ſeu foriudicet, vt vtamur verbis cõſtitutionis: ſed conuincat illum de delicto, de quo prius ſibi conſtiterit ꝓpter dictum Spec. ſuperius alle. Et ſiquidem conuinci non poterit, abſoluat eum quod facere poteſt, & debet, vt concluſimus ſupra in. vii. Soliloquio, cuius eſt initium: Proſpectum eſt &c. Et ſic erit iudex tutus, quo ad pœnam temporalem, & quo ad infernum.

Soliloquium. X V.

IN Regno hoc Siciliæ mulieres iure longobardo viuentes nõ cõtrahũt ſine conſenſu maritorum, qui dicuntur legitimi mundualdi, vel in eorum defectum ſine conſenſu aliorum conſanguineorum, vt habetur plene in conſtitutione regni, cuius eſt initium: Obſcuritatem, ſub rubrica de reſtitutione mulierum. Dubitatur modo an hoc procedat etiam quando mulier cõtraheret cum patre? & Bal. ſingulariter in. l. iii. in vlti. col. in. xxi. q. C. de colla. tenuit ꝙ non: cuius dictum commendat, & ſequitur. d. Alex. in conſi. cvi. cuius eſt initium: Quo ad præſens in vltimis verbis in primo lib. & pro ſingu. citat. d. Iaſo. vbi refert multos ſequi. in. l. præſes in ſecunda col. in princip. & in. l. tranſactionem in ſecundo nota. C. de tranſa.

Soliloquium. X V I.

QVid autem ſi mulieres non habent maritos, neq; propinquos, an poſſint contrahere? dico ꝙ ſic: quia hoc caſu conſtitutio prædicta non procedit, ita ſing. voluit Bald. in. l. in coniunctione per illum tex. C. de nup. quod commendat, & cum aliquibus ſimilibus ſequitur And. Barbatia in loco extraneo, videlicet in tractatu de pręſtantia Cardinalium in pri. q. primę partis in. vii. col. verſi. iii. occurrit, & cõſuluit Corn. in conſil. cxxxi. cuius eſt initium: In hac conſultatione col. ſecunda. lib. vltimo: vbi ponit quid eſſet tempore peſtis.

Soliloquium. X V I I.

SEd quid ſi mulier contrahit cum propinquo? dic ꝙ ipſe non poteſt cõſentire: ſed debet adhiberi alius qui non curet propria commoda potiusquam mulieris. ita egregie Bal in. l. viduę in vlt. not. per illum text. C. de nupt. cũ his quę late retulit. d. Catellia. Cotta in ſuis memoralibus in ver. Filiusfamilias poteſt. & in eiſdem memoralibus in verſi. ſtatutum requirens in contractu mulieris: & quę eleganter ſcribit Bald in conſi. xxiii. cuius eſt initium: Pręſuppoſito ſtatuto ciuitatis Spoleti in vlti. libro.

Soliloquium. X V I I I.

IN multis Regni huius partibus viget conſuetudo, ſeu ſtatutum, vel pactum, ꝙ decedente vxore in matrimonio ſine filiis, maritus lucretur dotem datam, vel promiſſam, vel partem ipſius, puta tertiam, vel quartam, ſi

mulier ſtetit in matrimonio ſolum per vnum diem:& poſtea mortua ſit, an maritus lucretur dictam dotem? in hoc eſt ſingu.deciſio Bald.ꝙ ſic,in.l.nō tātum.C.de lega.de quo per domin.Catellian. Cottā in ſuis memoralibus in ver.Momentum,& in ver.Statuto Mediolani.

Soliloquium. XIX.

AD materiam conſtitutionis regni pœnam horum de forbannitis,& foriudicatis,de qua ſupra in vii.ix.x.&.xiiii.Soliloquio fecimus mētionem formo tibi hanc quæſtionē.Pater fecit teſtamentum,in quo præteriit filium bannitum,& foriudicatum:fiſcus vult rumpere teſtamentum quaſi ſucceſſerit patri ex perſona filii:quęritur nunquid poſſit?& reſpondeo ꝙ non:quia valuit teſtamentum patris,& non poteſt rumpi per fiſcū prętеritione filii banniti in ære & perſona:quia bannitus pro mortuo habetur.ita ſingu.decidit Bald.in.l.ſi qua pœna in primis verbis.ff.de his q ſunt ſui:vel alien.iur.Et pro ſing.commendat Cremen.not.xii. cuius eſt initium: Quid ſi filius,& not.lxxxix.quod incip. Pone, &.d.Iaſ.in auten.non licet ante finem.C.de libe.præteri.quod not.

Soliloquium. XX.

CVm in hoc regno omnes cauſæ ſint ſummarię,vt probauimus ſupra in.viii.Soliloquio:quęro an teſti non iurato adhibeatur fides.Bart.ſingu.tenuit ꝙ non in extrauaganti ad reprimendum i ver.& figura poſt medium,& ſequitur.d.Alexan.in.l.milites in.ii.col.C.de teſta.milit.iuncto eleganti dicto Matheſi.not.xxxviii.cuius eſt initium:Nota ꝙ in cauſis ſummariis:immo etiā Papa nō poſſet diſpenſare, ꝙ credatur teſti non iurato.vt eſt ſingu.deciſio Auguſt. Anchonitani in tractatu, quem edidit de poteſtate eccleſiæ.q.lv.arti.vlt.quam pro ſtupenda & incognita refert, & approbat.d.Feli.in.c.conſtitutus in.ix.col.in.ii.fall.extra de reſcrip.

Soliloquium. XXI.

QVia occidens forbannitum & foriudicatum non ſolum non punitur,ſed prēmium conſequitur per conſtitutionē regni,pœnam horum quæro nunquid veneno occidens puniatur:& dico ꝙ ſic,nec iuuabitur dicta conſtitutione.ita ſing.& mirabiliter dixit Ang. per illum tex.in.l.fi.C.de delato.lib.x.& hoc niſi eſſet bannitus pro crimine lęſæ maieſtatis.quod dictum pro valde not.refert,& ſequitur Bartholameus Cepolla in conſi.ſuo.xxxiiii.cuius eſt initium:Si vnꝗ:in.iii.col.ver.prætеrea &c.refert,extollit,& ſequitur,ac aliis cōprobat Hippolytus Marſilius in rubri.ff.ad l.Corne.de ſica.verſus finem ibi.Tene menti perpetuo:quod no.ad intellectum & limitationē.d.cōſtitutionis pœnam horū in actu practico.

Soliloquium. XXII.

QVotidie poſſet hic caſus ex facto incidere: quidam prouocauit me quibuſdam verbis contumelioſis: ego autem ſic prouocatus,non

verbis,ſed gladio eum offendi:quæro nunquid ſit mihi ſubueniẽdum?quilibet prima fronte diceret ꝙ non.Nam debui vti paribus armis.in contrarium eſt veritas Nam mihi ſubueniendum eſt,vnde non debeo puniri de toto,ſed de quanto ego exceſſi.iſta eſt ſing.doctrina Ange.quam tradidit per illum tex.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.item imperatores.ff. de adul.vbi Ange.dixit hæc verba formalia per illum text.not.ꝙ difficillimũ eſt temperare iuſtum dolorem:& ideo neſciens temperare punitur mitius. & alle.pro illis qui incidunt in aggreſſuram contra alium inferentem verba iniurioſa.punitur enim tunc,quia plus fecit,non quia ſe nõ debuit vindicare:refert & ſequitur Augu Bonfrancif.de Arimino in additio. ad Angel.de malefi.in ver.Verba contumelioſa,& iniurioſa in.iiii colũ.in addi. cuius eſt initium:Adde iam doctrinam Spec.& in ver. Et dictus Titius ſe defendendo in.vii.col.in prin.in additione. cuius eſt initium:Tu autem in hac materia adde ꝙ iſtud videtur ꝙ ſolis minis &c.refert etiam & ſequitur conſulendo.d.Hippo. Marſilius in conſiliis ſuis criminalibus conſil. vlt.quod eſt centeſimumtrigeſimumſ. primum in ordine ſm numerum amborum voluminum continuatiuum in ſecũdo volumi. & incip. dictũ conſi. Illumina quæſo domine in.iiii.colũ.numero.x in libro meo papiæ impreſſionis. Et quia hic caſus , vt præmiſi, ſolet ſæpiuſcule ex facto incidere:libuit in præſenti. xxii.Soliloquio poſuiſſe.

Soliloquium. XXIII.

QVoniam (vt in præcedenti Soliloquo concluſum eſt) ſubueniendum eſt prouocato verbis iniurioſis,& offendenti cum gladio , & puniendus eſt non de toto,ſed de quanto exceſſit,diſputandum eſt nunc in præſenti Soliloquio,an debeat puniri pœna corporali? & dico ꝙ non. Nam quando pro delicto, vel homicidio venit de iure imponenda pœna mortis,& ex aliqua cauſa minoratur pœna,tũc dicta pœna minorata nõ intelligitur eſſe corporalis,ſed pecuniaria,vel alia quæ nõ ſit corporis afflictiua, ita per multa ſing.decidit.d.Hippol.Marſil.in.l.i.§.Diuus Adrianus in.vi.col. circa medium ibi:nam quando pro delicto ff.ad.l.Cor. de ſica.& hæc no.in practica ad materiam conſtitutionis regni, cuius eſt initium: Siquis aliquem ſub rub de percuſſione illicita cum armis,per quam percuſſor,manum,cum qua percuſſit,ammittit,ſi percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur: vt non admittat manum in caſu prædicto,in quo de iure venit pœna moderanda.

Soliloquium.XXIIII.

POno caſum,qui quotidie ex facto incidit,in regno ſunt quàm plures Baroniæ,in quibus ſunt duo Barones,quorum alter ciuilem, alter vero criminalẽ iuriſdictionẽ noſcitur obtinere:& quotidie inter eos oritur acerrima concertatio in caſibus occurrẽtibus. Nam qui criminalem habet iu

riſditionem, omnes caſus nititur ad ſuam curiam trahere, quaſi crimina-les ſint. is vero, qui ciuilem habet iuriſditionem, eam vult pro viribus de fendere, aſſerens dictos caſus ad ſe ſpectare: & aduocati hinc & inde multa, atq; varia in medium afferunt, modo allegando vnum, modo aliud eun-tes ad materiam. l. imperium. ff. de iuriſdic. om. iudi. & nunquam poſſunt ponere gladium ad radicem. & quanto magis hęc materia inquiritur, tā-to magis inuoluitur, & redditur difficillima, ſuper qua varii varia ſenſere. Ego autem ad communem omnium vtilitatem, dico φ huiuſmodi hæſi tatio conquieuit ab annis iam hinc xviii. Nam Diuus Ferdinandus, quem catholicum vocitant, cum hic caſus ex facto incidiſſet inter illuſtrem du-cem ſancti Petri in Galatina prouinciæ Hydruntinæ, & hoſpitale ſanctæ Catherinæ nouellæ ordinis ſancti Benedicti cōgregationis montis oliue ti in caſalibus Turris padularum Ara Dei, & Balneoli, regiam nouellam pragmaticam edidit cum aſſiſtentia ſui ſacri conſilii, per quam declarauit omnes caſus, culpas, & crimina pro quibus pœna mortis naturalis, ſeu ci-uilis, vel membri mutilatio principaliter infligenda non venit pertinere ad iuriſditionem ciuilem. In quibus vero mortis naturalis, aut ciuilis, ſeu membri mutilatio principaliter veniret, imponenda ad iuriſditionem cri minalem declarauit pertinere, & dicta regia pragmatica non habetur in-ter impreſſas. & eſt ſub Data in ciuitate Sepobiæ. xv. Decembris. iiii. Indi. M. D. XV. Cuius eſt initiū: Ferdinandus &c. Grauiter corā maieſtate no-ſtra &c. Et originalis ſcriptura ipſius conſtitutionis, & pragmaticæ eſt pe nes venerabile monaſteriū Montis Oliueti ciuitatis Neapolis quæ cum ponat gladium ad radicem ſuper eo de quo quæritur, non immerito pro communi omnium vtilitate fuit per me allegata in hoc. xxiiii. Soliloqo.

Soliloquium. XXV.

Titius vnicam dumtaxat filiam naturalem habens, & nullos alios fi lios, neq; legitimos, neq; naturales tradidit illam nuptui Sempro-nio legitimo, & naturali. in vltimis conſtitutus reliquit illam hæredē vni uerſalem, vel mortuus eſt ab inteſtato non curo. Contra eam opponebāt ſe agnati, & conſanguinei ipſius Titii. Dicentes eam veluti naturalē, et ſpu riam ab hæreditate, & ſucceſſione patris excludendam per iura vulgaria. Dubitatur quid iuris? Ego reſpondi pro filia: & dixi eam non excludendā tanquam naturalem, & ſpuriam: immo admittendam & vocandam tan-quam legitimam. Nam eo ipſo φ fuit tradita nuptui viro ſuo legitimo & naturali, ipſa etiam propter qualitatem mariti fuit effecta legitima. ita ſing. dicit Ang. in. §. quod vero in fin. in auten. qui. mo. na. effi. ſui. Nam ca pacitas viri ad vxorem porrigitur, vt not. Bald. in. l. ſiquis per illum text. C. de natu. libe. refert, & ſequit Deci. in. l. fœminę. numero. ix. ff. de reg. iu.

Soliloquium. XXVI.

QVia hic caſus nunc ex facto mihi incidit, ideo libuit illum in hoc. xxvi. Soliloquio poſuiſſe. quidam Tabellio actuarius cuiuſdam curiæ, & ſignanter in cauſa quadam criminali inter ipſam curiam ex vna inquirentem, & Sempronium ex altera, inquiſitum ſuper quodam homicidio, fecit vnum exemplum ſua manu ſcriptum, & ſuo ſigno ſignatum, in quo aſſerebat illud exemplum extraxiſſe, & ſumpſiſſe a ſuo originali de verbo ad verbum: in quo quidem exemplo aſſeritur eundem Sempronium ſe compoſuiſſe cum curia tanquam culpabilem, & fallitũ, vt ſuis verbis vtar, in non parua pecuniæ quantitate: ad quam perſoluendam vocatus, dictus Sempronius petit exhiberi ſibi originalem ſcripturã. Curia vero quia forte non habet, & hanc credo puram eſſe veritatem, denegat ei tradere & exhibere ſcripturam originalem: & dicit ſtandum eſſe dicto exẽplo facto per eundemmet Tabellionem, qui originalem fecit ſcripturam. quæritur modo quid iuris. ſuper quo prima fronte videtur dicendum, ꝙ curia ipſa bene dicat. Nam licet alias regulariter exemplum inſtrumẽti non probet niſi originale exhibeatur. l. procurator ad fi. C. de eden. l. ii. ff. de fide inſtru. l. ſiquæ ſunt cautiones, & l. Pomponius. ff. famil. herciſ. Tamen hoc fallit, quando exemplum eſt ſumptum ab illomet notario, qui originale ſcripſit, ſm doc. in auten. ſiquis in aliquo documento. C. de eden. ubi Iaſ. in. ii. col. dicit ꝙ ita practicatur. His tamen non obſtantibus dixi, & nunc dico totum contrarium in caſu noſtro. Et moueor ad ſic dicendum. Nam illa fallentia q̃ ſe habet, ꝙ exemplum ſumptũ a Tabellionemet, qui fecit originale probat. limitatur non procedere in caſu in quo de neceſſitate requiritur ſcriptura. ita ſingu. Bal. in rubr. C. de fide inſtru. in. x. col. in. ii. q. & licet. d. Alexan. in. d. auten. ſiquis in aliquo, & in. l. ii. C. de teſta. hoc impugnare videatur, vt dicit idem Iaſ. in. d. autent. in. iii. col. nihilominus cum Bal. tenet Lud. Ro. in conſi. clxxiiii. cuius eſt initiũ: Ampliſſime doctor in. iii. col. & in. l. Sciẽdũ in penul. charta. ff. de verbo. oblig. & Fran. de Are. in conſi. xxxvi. col. iiii. & Ang. Aret. in. §. nihil inſti. de teſta. & ibi ſequitur, & refert limitationem Bal. in. d. rubrica de fide inſtru. & dicit Ludo. in. d conſi. clxx iii. ꝙ Bal. non habet in hoc contradictorem. & eundem Bal. etiam refert, & ſequitur. d. Anto. de Alexã. in d. auten. ſiquis in aliquo in. vi. col. in fi. vbi dicit eſſe perpetuo not. & ratio Bal. eſt, quia in prima ſcriptura conſiſtit virtus, & ſubſtantia ſm doct. in pręalleg. locis. Sed ſic eſt, ꝙ in caſu noſtro requirebatᷣ ſcriptura de ſubſtantia per tex. in. c. quoniam contra. extra de proba. vbi habetur plene ꝙ acta iudicii requirunt ſcripturam de ſubſtantia: ergo exemplum non probat: ergo dictus Sempronius non poteſt compelli ad ſolutionem dictæ pecuniæ quãtitatis per ſupradicta. Et ita cõcluſi, & ꝯcludo in caſu ꝑmiſſo.

Soliloquium. XXVII.

CAſus hic quem nunc ſubiicio in hoc.xxvii. Soliloquio quotidie ex facto icidit, nō in curiis ſecularibus regni:in quo omnes cauſæ ſunt ſummariæ,vt abunde diſſeruimus ſupra in.viii. Soliloquio : ſed in curiis eccleſiaſticis,in quibus regulariter omnes cauſæ ſunt ordinariæ. Pone ꝙ actor producit libellum & ſolemnem cum omnibus qualitatibus requiſitis iuxta glo.& Doc.in.l.i.in prin in glo mag.ff de eden. & in. c.ii. extra de libel.oblatio.& ꝯdiicit clauſulam prout tota die fit,ꝙ non in modum ſolemnis libelli,ſed qualis qualis petitionis:quæritur nunquid procedat talis libellus?& dico ꝙ non:immo ſic libellans debet ſuccumbere per id, quod ſing.conſuluit Pet.de Ancha.in conſi.xxxii.cuius eſt initiū:Per ſtatutum:niſi adiiciat illa verba:videlicet niſi & quatenus a iure requiratur: vt ibi pulchre per eum refert,& ſequitur d.Iaſ.in.l.nam & poſteaquam legit cum.l.ait prætor in.iii.col.ibi.Secundo confirmo ff.de iureiuran. vbi dicit iſta tenenda bene cordi,quia in actu practico infringerent totū vnū proceſſum : & ſic facerent honorem. Et hic caſus mihi ex facto incidit in curia eccleſiaſtica,in qua cum allegaſſem libellum non procedere per dictum conſilium Ancharani,aduocatus concurrens,viſo forte dicto conſilio in fonte,non expectata aliter iudicis pronūciatione,ſup hoc ceſſit.

Soliloquium. XXVIII.

TEſtator in vltimis conſtitutus fecit ſibi teſtamentum:& inter cætera legata pia,quæ fecit,legauit cuidam eccleſiæ centum cados vini anno quolibet.Dubitatur nunquid hæres poſſit ex bonis teſtatoris dare vnam vineam dictæ eccleſiæ,ex qua percipiat dictum vinū. Dubium facit regula,de qua in.l.ii.§.mutui datio in fi.ff.ſi cer.peta.videlicet ꝙ aliud pro alio ſolui non poteſt inuito creditore.In contrarium eſt veritas.Nam hæres poteſt inuitis clericis dare vnam vineam,ex qua percipiant dictum vinum:& eis relinquere curam dictæ vineę:& hoc fauore exercētis munificentiam ſm.d.Iaſ.in.d.§.Mutui datio,in.v.col.ibi Decimoſeptimo notabiliter fall.vbi alle.ita notabiliter tenere Bal.in.l.ſiqs argētū in fi.prin.p illū tex.C.de dona.qd Iaſ.ibi dicit eſſe not.qꝛ quotidianū,& honorabile.

Soliloquium. XXIX.

DIctat regia Nouella pragmatica regis Ferdinandi primi,cuius eſt initium:Quinta die in fin ꝙ omnis poſitio,cui non fuerit reſponſum per verbū credit,vel non credit,ipſo iure pro confeſſata habeatur,vt vtar verbis illius barbaris.quæritur nunc,ſi is cōtra quem fiūt poſitiones, nolit deponere cum iuramento allegata cauſa,ꝙ ſuam intentionem probauerit legitime vel per teſtes,vel per inſtrumenta,vel per quemcunq; alium legitimum modum. Nunquid debeat haberi pro confeſſo?Et videtur prima fronte dicendum,ꝙ ex quo non vult iurare,& deponere ſit habēdus pro confeſſo.l.ſi non fuerit.ff.de iureiuran.& per text.in.d.regia Nouella

pragmatica. Sed in contrarium eſt veritas. Nam omnia quæ ſupradicta ſunt limitãtur ſingulariter, niſi nolens iurare & deponere iam perfecte ꝓbaſſet. ita ſing. Bal. in. c. ii. in. ii. col. verſi. Item in iſto, extra de proba. per il lum tex. ſing. ad hoc. & hanc limitationem pro ſing commendat. d. Iaſo. in repeti. l. Admonendi. col. xli. verſi. Condeſcendo nunc. ff. de iureiuran. & dicit mirandum eſſe, ꝙ nullus canoniſtarum faciat mentionem. & idẽ d Iaſ. in. l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. qui iuſiurandum in primo not. eo. titu. pro qua limitatione Bal. bene facit. quia vbicunq; quis habet intentionem ſuam fundatam, puta publicatis teſtibus, vel inſtrumentis productis, licet aduerſarius faciat poſitiones, non tenetur reſpondere ſm glo. & omnes in. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iuramen. cal. Vnde ſuccedit pulchra regula, ꝙ cui denegatur potentia probandi, denegatur & potentia ponendi. quam tradit Ange. in. l. ſed & ſi reſtituatur. §. i. ff. de iudi. & d. Franciſ. de Curte in tractatu poſitionum. in. xvii. breuiloquio.

Soliloquium. XXX.

HIc caſus ex facto incidit. quidam cum poſſet iniuriarum agere contra Titium, non tamen egit infra annum: ſed eo elapſo egit, & Titius confeſſus eſt. Quęritur nunc an talis confeſſio noceat ſibi necne. Reſpondi, ꝙ non. Nam iniuriarum non poteſt agi poſt annum, vt in. l. ſi nõ conuitii, ibi cum iniuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit. C. de in iur. & eſt glo. fi. circa fin. ibi. item actio iniuriarum in. l. Querela. C. ad. l. Cor. de fal. Modo ſic confeſſio facta tempore inhabili non nocet confitẽti. ita ſing. dixit Bal. in. c. fi. de offi. deleg. in penul. col. in verſi. Pone ꝙ maleficium &c. vbi dicit ꝙ ſi maleficium eſt notorium, tamẽ lapſum eſt tẽpus datum ad inquirendum ex forma ſtatuti, reus confitetur tandem ſe maleficium commiſiſſe. vtrum ex iſta confeſſione poſſit condemnari? & dicit ꝙ non. & allegat rationem dicens: quoties quis confitetur id, cuius nomine cum aliquo non ſit actio, non valet confeſſio, vt habetur in. l. cõfeſſionibus. ff. de interroga. actio. Sed poſt prçſcriptionem ipſo iure accuſatio abolita eſt, immo & ipſum maleficium. igitur &c. Refert, & ſequitur conſulendo. d. Hippo. Marſi. in ſuis coſiliis criminalibus conſil. lxxxvii. cuius eſt initium: Clementiſſimi Dei. nu. ix. x. & xi. vbi prædicta confirmat multis aliis rationibus, & authoritatibus.

Soliloquium. XXXI.

EX quo per regni conſtitutionem, cuius eſt initium: Pœnam horũ de forbãnitis & foriudicatis, de qua ſupra in multis Soliloquiis, & maxime in. vii. fecimus mentionem, poteſt damnari abſens ſi non comparuerit perſonaliter, vel fuerit legitime excuſatus. & concordat etiam capitulum regni, cuius eſt initium: Siue quis ſit forbãnitus, ſub rubrica de for iudicatione. Quæro an pro eo poſſit interuenire procurator: Et dico ꝙ ſic, ita ſing.

ſta ſing.conſuluit Di. quem refert,& ſequitur Io.An.in ſua ad Spec.paraphraſi:immo mauis additione in titu.de procu.§.i. verſi.Item ꝙ cauſa.& Iacob.de Are.& Ci.in.l.reos.C.de accuſa.& Ang.&Io.de Imo.in.l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iudi. &.d.Alex. etiam ſequitur conſulēdo in con ſi.ſuo.iiii.cuius eſt initium:Domini redemptoris noſtri &c. Viſo proceſ ſu inquiſitionis in.i.col.in.vi.lib.dicens ꝙ etiam procurator cū mādato poſſit,& debeat admitti in crimine publico,& capitali,in quo abſens poteſt damnari maxime per.l.ſeruum quoq;.§.publice.ff. de procu.& per.l. intra accuſatorē.ff.de publi.iudi. & ꝑ alia,de qbus ꝑ ſupradictos in ꝑall. locis:quibus addo ea quæ habentur per Bar.& doc.maxime nouiſſimos, in.l.vbi pactum.C.de tranſactio.& plene per Hippo.Marſilium in conſiliis ſuis criminalibus,conſi.lx.numero.xxiii. cuius cōſilii initium eſt:Ser monem rectum &c. quæ nota, quia ſunt memoria digna ad dictam conſtitutionem:Pœnam horum.

Soliloquium. XXXII.

COnſtitutio regni vſurariorum,cuius meminimus ſupra in.iiii.Soliloquio permittit Iudæis lucrari pro decem vnciis per circulum anni integri,unam tantummodo:vt in ea dicitur verſus finem.Dubitatur num hoc potuerit inducere?Et dico ꝙ ſic:quia hoc permiſit ex neceſſitate,vt di citur in ſi.ita ſing.Bal.in auten. & omnino in.iiii.col.verſi. Sed pone.C. ne vxor pro mari.vbi dixit valere ſtatutum principis, ꝙ Iudæi venientes ad fœnerandum in hac vrbe pro duobus denariis pro libra,tractentur vt ciues. Et hoc dictum Bal. commendat,& ſequitur.d. Alex.in conſi.lvii. cuius eſt initium:Quoniam in.q.propoſita, in.ii.col.verſi.Accedit, quod notab.lib.i.&.d.Iaſ.in.l.i. col.xii. verſi.vlti. per eum.C. de ſumma tri.& ſi.cath.in lectura,& i repeti.in.viii.col.verſi.ad prędicta:vbi reputat ſing. & mirabile.Sed dicit cogitandum propter diſpoſitionem Cle. vnice in prin.de uſu.quæ loquitur generaliter. tamen illa Cle.i.ab aliquibus limi tatur non procedere,niſi reſpectu chriſtianorum, q vſuras exercent, nō au tem Iudęorum.vt per doc.in locis pręall.

Soliloquium. XXXIII.

PEr capitulum regni inter alias perſonas,de quibus ibi de uiolentiis il latis uiduis,proceditur ex officio.Pone ꝙ aliqua uidua ingreſſa eſt re ligionem:nunquid gaudeat beneficio dicti capituli, ſi in eam fuerit aliqua uiolētia commiſſa?& dico ꝙ ſic.nam uidualiter uiuere dicitur etiam ea,quæ religionem ingreſſa eſt.& ideo legatum factum uxori donec caſte & honeſte vixerit,& uidualem uitam ſeruauerit,pertinet etiam ad eam quæ religionem ingreditur. ita ſing. Bal.in.l. Deo nobis.in.iii.col.uerſi. Iuxta prædicta.C.de epiſ.& cle. & pro ſing.citat Cremen.not. cxlii. cuius eſt initium: Maritus.

Soliloquium. XXXIIII.

DIſponit regia nouella pragmatica regis Ferdinandi primi, cuius eſt initium: Poſt concluſionem cauſæ ſub rub. de teſtibus poſt cauſam concluſam &c. Teſtes non poſſe examinari facta concluſione in cauſa, vt ibi ſerioſius dicitur: quæ pragmatica eſt conformis cum diſpoſitione iuris communis, vt legi & not. in. c. Cum clamor, & in. c. Cum ueniſſent. extra de teſti. cum ſimil. ut uolút ſcriben. in. c. paſtoralis. extra de cau. poſ. & proprie. Tamen hoc non habet locum in teſtibus nobilibus, & legaliſſimis: quia in eis non cadit ſuſpitio ſubornationis. ita dixit Spec. in titu. de inſtru. edi. §. fi. uerſi. Sed pone ecce. quem refert, & ſequitur. d. Alex. in auten. iubemus in. iii. col. in prin. C. de iudi. refert, & ſequitur etiam conſulendo Hippo. Marſi. in conſiliis ſuis criminalibus. conſi. i. nu. lxxv. Et per hæc habes optimam fallentiā ad dictam regiam pragmaticam. Máda memoriæ, quia quotidie ex facto poteſt incidere.

Soliloquium. XXXV.

ALiam fallentiam habes ad conſtitutionem regni, cuius eſt initium: In cauſa depoſiti, ſub rub. de cauſa depoſiti. vltra alias quas memini me in meis ſingularibus adduxiſſe. Per eam enim conſtitutioné proſpectum eſt ultra libram auri non poſſe depoſitum per teſtes probari: ſed per publicum inſtrumentum: ut hoc fallat, quando probaretur per teſtes legaliſſimos, & graues. ita ſing. uoluit Anto. de Bu. in. c. ii. in fi. extra de proba. vbi ſing. dixit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ certum quid non poſſit probari, niſi per inſtrumentum: ꝙ tamen non obſtante tali ſtatuto poterit probari per teſtes legaliſſimos & graues. refert, & ſequitur conſulendo Hippo. Marſi. in conſiliis ſuis criminalibus. conſi. i. cuius eſt initium: Non auferas de ore meo nu. lxxviii.

Soliloquium. XXXVI.

CApitulum regni, cuius eſt initium: Ludouicus & Ioanna &c. Noui ter noſtræ maieſtati &c. ſub rub. litera regis, & reginę contra vſurarios, vult vſurarium reſperſum infamia poſſe conuinci de uſuraria prauitate per tres teſtes fidedignos, in quos etiam eſſet vſura commiſſa, etiam ſi eſſent ſingulares. Quæro num talis conſtitutio fuerit iniuſta? & dico: ꝙ licet alias de facto ſeruetur, tamen fuit iniuſta ex duplici capite. Primo quidem: quia uidentur deponere in cauſa propria. & ideo dixit ſing. Bal. in. l. dictantibus. C. de teſta. & fede. de ſe in conſi. ſuo. lxiiii. cuius eſt initiū: Pridie cum procurator. & Ang. in diſputatione ſua: Aſtenſis miles. & Bal. in. l. i. in. vi. col. C. de teſta. & Ludo. in ſing. clvi. & in ſing. ccclx. ꝙ ille qui habuit a Titio ſub uſuris, non eſt idoneus teſtis contra Titium ipſum ad probandum illum eſſe vſurarium: quia eſſet teſtis in cauſa propria. Nam ſi conuinceretur ipſe uſurarius, poſſet ipſe teſtis repetere uſuras ab eo ex-

tortas. vt habetur in toto titu. de uſu.ff.&.C. & extra de uſu. & idem te-
net.d. Alex.in conſi.ſuo.lxxii.cuius eſt initium:Inſpectis diligéter.in.vii.
col.in.i.lib.& in conſi.c.cuius eſt initium: Super.i.in.ix.col.in eo.lib. &
in conſi.cvii.cuius eſt initium:In cauſa & lite.&c.etiam in.i.lib. Secun-
do,quia induxit aliud ſpeciale,ut conuincatur quiſpiam de uſura per te-
ſtes ſingulares.& clarum eſt in iure teſtes ſingulares non probare, ut ha-
betur in.c.Bonę de electio,& in.c.Cum dilectus eo.titu & in.c.Licet cau-
ſam:vbi per omnes ſcribentes extra de proba.& in.l.ob carmen.ff.de te-
ſti.in.§.fi.& in.l.qui falſa eo.titu.& in.c. licet uniuerſis extra eo. & habe-
tur in Spe.in titu.de teſti.§.i.uerſi.Item,ꝙ teſtes ſunt uarii &c.

Soliloquium. XXXVII.

Licet communis ſit omnium doctorum ſententia per probationem
bonę famæ expurgari, & tolli inditia quantumuis urgentia contra
quempiam inquiſitum,vel accuſatum,tamen hoc non habet locum quan
do teſtes fuerunt examinati generaliter ſuper bona fama : & primi teſtes
fuerunt examinati ſpecialiter ſuper delicto,de quo accuſatur, vel inquiri-
tur ipſe reus:adeo ꝙ ſi accuſatus ſit Titius de homicidio,&examinati ſint
aliqui teſtes ſpecialiter ſuper maleficio,& inditiis ipſius: poſtea pro parte
rei ſunt examinati alii teſtes generaliter ſuper bona uita, & fama ipſius
rei:ꝙ ipſi teſtes deponentes pro ipſo reo non tollunt inditia ſpecialia ſu-
per homicidio contra reum habita. ita ſing. dixit Inno.in.c.auditis de
pręſcrip.& uoluit etiam Bal.in.l. ſiue poſſidetis in.ii.col.C. de proba. &
.d.Alex.in cõſi.ſuo.lxxvii.cuius eſt initium:In cauſa accuſationis in prin.
.ii.col.in.i.lib.& idem dixit Ludo. Roma. in conſi. clxvii. cuius eſt ini-
tium:Antonius accuſatus in ultimis uerbis.& Hippo. Marſi.in ſuis conſi
liis criminalibus conſi.iii. cuius eſt initium : Diuini numinis.nu.xxii.Et
hæc ſunt memoria digna,quia quotidie ex facto incidunt.

Soliloquium. XXXVIII.

EX forma conſtitutionis regni,cuius eſt initium:Terminum vitæ,ſub
rub de homicidiis puniendis occidens aliquem: vltore gladio pœ-
nam ſubſtinet capitalem:quod etiam eſt cautum de iure communi: ut ha
betur in.l.iii.§.legis Corneliæ .ff. ad.l.Corne.de Sica. & in.l. qui vltimo
cum ibi no. & in.l.reſpiciendum.§.fi.ff.de pœnis,& inſti. de publi.iudi.
.§.item.l.Cornelia.& in.c.omnis.iii.d.& ideo dicit tex.in.l.nemo.C. de
epiſco.audi.ꝙ homicida quod fecit ſemper expectet. Sed dicta conſtitu-
tio.& iura prædicta intelliguntur ſi dolo,& ex propoſito quis occidatur.
ita dixit multum ſing.Pau.de Ca.in.l.i ff de leg.i.vbi dixit, ꝙ ſi ſtatutũ
dicat,ꝙ occidens occidatur,niſi doloſe, & ex propoſito occiderit non oc
cidetur all.no.per Bal.in.l.Data opera.C.qui accu. non poſ. Et dicit ipſe
hoc eſſe perpetuo menti tenendum: quia ignorantes iudices maleficiorũ

ſeruant ſtatutum ad literam ut iacet.ſiue homicidium fuerit commiſſum dolo,ſiue nõ:quod non eſt fiendum.hanc partem etiam firmat Bal in.l. & ſi ſeuerior.C.de his qui no.infa. vbi dicit ſe ita pluries conſuluiſſe, & plures a morte liberaſſe.quod dicit eſſe memoria dignum. & idem dicit ibi Pau.de Caſ. vbi ſimiliter dicit ſe liberaſſe quendam. idem tenet ipſe Pau.in.l.nemo deinceps ad ſi col.i.C. de epiſc.aud.idem etiã ipſe Pau. in .l.i.C.vbi ſenato.uel cla.dicit ſe pluries ita conſuluiſſe,& plures a morte liberaſſe.refert & ſequitur conſulendo Hippo.Marſi.in conſiliis ſuis criminalibus,conſi.vii.cuius eſt initium:Summi cœli nu.xvi.& per hæc habes intellectum ad dictam conſtitutionem, & ad alia etiam iura communia homicidam punientia; ut intelligantur ſi dolo malo, & ex propoſito fuerint commiſſa.

Soliloquium. XXXIX.

PRoſpere quædam alia conſtitutio regni, cuius eſt initium: Siquis aliquem,ſub rub. de percuſſione illicita cũ armis:cuius meminimus etiam ſupra in.xxiii.Soliloquio: Percuſſorem manum cum qua percuſſit ammittere,ſi percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur.Nunc dubitatur quando præſumatur aliquis mortuus ex vulnere?& dicendum: ꝙ ſi a tempore uulneris uiſus eſt ire poſt triduum cum baculo,non præſumitur ex uulnere deceſſiſſe.Glo.eſt ſing. quam omnes doc. ibi ſequuntur, & approbant in.l.i.C.de emenda. ſeruo. quia ſi illud uulnus fuiſſet mortale, non tam cito,& in tam modico tempore potuiſſet ſurgere, & ire cum baculo.Quam Glo.ẽt refert,& ſequitur Io.de Ana.in.c.presbiter,in.ii.col.de homi.& Ange.de Are.in libro,qui de maleficiis inſcribitur. in ver. & dictus Titius ex interuallo ex dictis uulneribus mortuus fuit. & eſt in prin. verſi.Quæro ſi ex interuallo.& Io.de Ana. poſt alios in.c.ii. in antepenul. & penul.col.de cler.percuſ.& Barba.in conſi.ſuo,cuius eſt initium: A Ioue principium.& Bartholameus Veronenſis in conſi.ſuo.xli. cuius eſt initiũ: Licet,in.v.col. & Ang. in.l. quod ſi nolit.§. qui mancipium.ff.de ædili. edic.& Pe.de Ancha.in conſi.cclxxxiiii.cuius eſt initium:Iure ſcripto.

Soliloquium. XL.

BAnnitus, & foriudicatus poteſt impune offendi: quia eſt hoſtis patriæ,ut habetur in conſtitutione regni:Pœnam horum,de qua ſupra in tot Soliloquiis meminimus.ſed dicta conſtitutio limitatur,ut non procedat,quando quiſpiam ex particulari odio, & priuatis inimicitiis bannitũ ipſum offenderit. ita ſing. Bal.in.l.decuriones.C.de infami.in fi.quẽ refert,& ſequitur .d. Feli. in.c.ſi perfodiens ante ſi. extra de homi. & ibi dicit hoc dictum Bal.eſſe ſing.limitationem ad ſtatuta dicentia: Bannitũ poſſe impune offendi.refert, & ſequitur ꝯſulẽdo Hip.Marſilius in cõſiliis ſuis criminalibus conſi.x. cuius eſt initium: Caſus dubitationis. nu. xlii.

&tu nota ad limitationem dictæ conſtitutionis. Nam quotidie poſſet ex facto incidere,cum vt plurimum forbanniti, & foriudicati ab inimicis offendanť: vt tali caſu nõ ſolũ pręmiũ nõ reportẽt,ſed imo punianť.

Soliloquium. XLI.

CVm id quod nunc ſubiicio,poſſit quotidie ex facto incidere,non immerito eſt memoriæ commendandum.Inquiritur,vel accuſatur Titius de homicidio,vel quocunq; alio ſcelere.Prætor pollicetur ei impunitatem:ſiquidem id,de quo quæritur, ſponte ꝯfiteatur.Titius ipſe ſub ſpe gratiæ confitetur huiuſmodi delictum.Dubitatur,num talis cõfeſſio ſibi præiudicet?Reſpondi,ꝙ non.Nam qui confitetur ſub ſpe gratiæ ſibi fiendæ,non poteſt ex tali confeſſione condemnari.ita ſing.dixit Io.de Imo.in conſi.ſuo.cix.cuius eſt initium:Viſa inquiſitione.& mouetur ad hoc dicẽdum per id quod le.& not.in.c.ſane de renun. & per Glo.in.l.itẽ pretio.§.fi.ff.loca.refert,& ſequitur etiã conſulendo Hippo.Marſi.in cõſiliis ſuis criminalibus,conſi.xiiii.cuius eſt initium: Clementiſſimi Dei.nu.xxv. Et hæc arbitror, poſſe applicari ad remiſſiones,quæ quotidie fiunt ab inquiſitis, delatis, vel accuſatis:per quas remittunt ſe pro culpatis ad tollerabilem compoſitionem: vt his remiſſionibus non obſtantibus prætor non poſſit eos punire acriter,ſiue in ære,ſiue in perſona.

Soliloquium. XLII.

IN materia furti ponam caſum, qui quotidie poſſet tibi ex facto incidere.Formatur contra te inquiſitio,vel accuſatio de furto:& dicitur in ea qualiter furto ſubtraxiſti veſtes ad Titium pertinentes.Num talis inqſitio,vel accuſatio procedat? videtur ꝙ ſic.Nam ex quo in ea dicitur illas veſtes ad Titium pertinere,procedere videtur diffinitio furti.vt ſit contractatio rei alienę inuito domino. Et ſic cũ ſit dictum cuius fuerint,talis inquiſitio,vel accuſatio ſubſiſtat,& conſtet ex ſuis partibus. In contrariũ eſt veritas. Nam illud verbũ pertinere latiſſime ſumitur, cum ſit aptũ comprehendere etiã illum,cui debetur actione perſonali.l. verbũ pertinere.ff. de verboꝝ ſig.de quo per Firmianũ in ſuo aureo indice in verbo Pertinere.Et ideo nõ cõpetit accuſatio, vel inquiſitio de furto,niſi adiiciãtur illa verba:videlicet veſtes illas ptinere ad Titium iure dominii, vel quaſi.ita ſing.conſuluit Bar.in conſi.ſuo:cliiii.cuis eſt initium:Videtur dicendum dictos accuſatos &c. per not.in.l.i.§.Scęuola.ff.ſi quis teſt.lib.eſ. iuſ. fue. & per Cin.in.l.ſi abducta.C.de fur.quod dictum refert,& ſequitur pro valde not.d.Maria.Soci in conſi.ſuo.viii.cuius eſt initium:Viſis & diligenter inſpectis.in.ii.col.refert,& ſequitur conſulendo.d.Hippo.Marſi.in conſiliis ſuis criminalibus.conſi.xxvi.cuius eſt initium:Summi Dei clementia.nu.xii.&.xiii.& hoc eſt memoria dignum.

Soliloquium. XLIII.

NVntius quidam ſceleſtiſſimus ſcienter detulit literas homicidii ad Titium: qui illud poſtea receptis literis perpetrauit. Quærit an núntius teneatur homicidii. & dico ꝙ ſic. ita ſing. dicit Bald. in. l. i. §. vt autem in. v. col C. de cadu. tol. & Bal. alle. Ci. cuius fuit hoc originale, & ſing. dictum in. l. non ideo minus. C. de accuſa & voluit etiam Bar. in. l. i. §. incidit. ff. ad Turpil. refert, & ſequitur conſulendo Hippo. de Marſi. in cõſiliis ſuis criminalibus. conſi. xxvii. cuins eſt initium: Super dubitatione præmiſſa. nu. iii. Not. & manda memoriæ.

Soliloquium. XLIIII.

QVæro ad intellectum regię nouellæ pragmaticæ regis Ferdinandi primi, cuius eſt initium: Teſtem falſum. per quam teſtes falſum deponentes per iudicem cauſæ ſeueriter pœna falſi puniuntur. Nunquid hoc etiam verum ſit, ſi teſtes ipſi nulliter deponant? Et dico ꝙ ſic. Nam licet teſtis nulliter deponat, ſi tamen deponit falſum, pœna falſi punitur. ita no. dixit Bal. in. l. fin. i ſi. C. ſi ex fal. inſtr. vbi dicit pro hoc eſſe tex. in. l. .iii. pri. reſponſo eo. titu. & alle. rationem: quia talis teſtis omnino deliqt contra bonos mores, & aures iudicis offendit, & maleficium conſumauit quantum in eo fuit, in cuius conſumatione non attenditur effectus, ſed affectus, vt in. l. ſi quis legatum. ff. de fal. refert, & ſequitur conſulendo Hippoli. Marſi. in ꝯſiliis ſuis criminalibus conſi. xxvii. incip. Super dubitatiõe ꝑmiſſa. nu. xvii. Et per hæc habes veꝝ intellectũ ad dictam pragmaticam.

Soliloquium. XLV.

DEbebat mihi Titius centum in tempore iandiu elapſo. Ego autem, vt mihi ſatisfieret, accepi rem ipſius Titii debitoris authoritate propria: Titius accuſauit me de vi bonorum raptorum. Quæritur nunquid ꝓcedat talis accuſatio, vel inquiſitio, ſi procedatur in modum inquiſitiõis? Quilibet prima fronte diceret ꝙ ſic. Nam nõ debui mihi ipſi ius dicere ꝑ iura ad hoc vulgaria. In contrarium eſt veritas. Nam quando creditor accipit rem debitoris pro ſua ſatisfactione, non tenetur vi bonorum raptorum. ita ſing. Rofredus in ſuis libellis iuris ciuilis ſuper conſtitutione Diui Marci, quę eſt. l. extat quod me. cau. circa finem. refert, & ſequitur conſulendo. d. Alex. in conſi. ſuo. cxxxv. cuius eſt initium: Circa primum dubium in. iii. col. circa medium, ibi: Et ad hoc allego in primo libro. refert, & ſequitur ẽt conſulendo Hippo. Marſi. in conſiliis ſuis criminalibus cõſil. xxxv. cuius eſt initium: Miſericordia domini. nu. xii.

Soliloquium. XLVI.

DIximus ſupra ĩ. viii. &. xxvii. Soliloqo cauſas eẽ ſummarias ĩ regno: quamobrem hanc tibi quæſtionem propono: quæ in iudiciis quotidie ex facto incidit. Nũquid in curiis ſecularibus regni ꝓcedat libellus obſcurus, vel incertus, ſeu generalis? Tu diceres prima fronte, ꝙ ſic, parte

non opponente, ſecus autẽ ea opponente: vt in.l.fi.in prin.C.de anna. excep.& C.fi.extra de libel.obla. Sed in cõtrarium eſt veritas in caſu noſtro. Nam in cauſis ſummariis procedit libellus obſcurus, vel incertus, aut generalis etiam parte opponente. ita ſingu.tenet Bar.in extrauag.ad reprimendum in ver.Figura.in.iii.col & licet.d.Alex.in conſi.cccccxvii.cuius eſt initium: In cã executionis motæ contra Bartholameum in.iiii. col.dicat illud dictum Bar.debere intelligi: ſi non opponatur a parte, alias ꝗ nõ ſit verum, & referat ita vidiſſe de facto iudicari Bononiæ eo exiſtente aduocato. Tamen quia hoc modo non daretur ſpecialitas in cauſis ſummariis, prout ibi præſupponit Bar. ideo intelligendum eſt etiam parte opponente, prout in ſpẽ tenet idem.d. Alex. ſibi cõtrarius in conſi.cccxxviii. cuius eſt initium: In hac cauſa, & lite.in.ii.col.& in.l.ſi ita ſtipulat⁹.§. Griſogonus.in.ix.col.ff.de verbo.oblig.Io.de Lig.Petr. de Ancha.& Ioã.de Imo.in Cle.Sæpe. in prin.de verbo. ſign.Refert, & ſequitur.d.Iaſo. in.l. edita.in.ii.col.verſus fi.C.de eden.& hoc eſt memoria dignũ ad ſubmouendos procuratores, & aduocatos, qui euntes per mendicata ſuffragia, ſtatim opponũt cõtra libellũ de obſcuritate, incertitudine, aut gñalitate.

Soliloquium. XLVII.

SEd pone ad materiam præcedentis Soliloquii nos eſſe in cauſis ordinariis, in quibus requiritur libellus & ſolemnis cum omnibus requiſitis q̃litatibus iuxta Glo. & doc.in.l.i.in prin.in Glo.magna.ff.de edẽ. & in.c.ii.extra de libel.obl. & dĩ ximus ſupra in.xxvii.Soliloquio. Et aliquis produxit libellum obſcurum, vel incertum, aut generalem: & cũ fuiſſet producenti illum oppoſitum de obſcuritate, vel incertitudine, aut generalitate, fuit admiſſus producens ad declarandũ ſemel. Nunquid ad huc iterum ſit admitendus iuxta materiam.l.edita. C.de eden. Dicas ꝗ non. Glo.eſt ſingu.in.l.quicquid aſtringendæ in Glo.magna.in ver.Promiſſorem, circa medium.ff de verbo.oblig.quam pro ſing.ad hoc not. Angel. vbi dicit eam non eſſe alibi in.l.ſi quis intentione in pen.col.verſus fin.ff. de iudi.& eam pro ſing.etiam allegat.d.Iaſ.in.d.l edita.in.iii.col.

Soliloquium. XLVIII.

SOlet ſæpiuſcule ex facto incidere hic caſus, quem nunc ſubiicio. Notarius, ſic dictus ſm communem conſuetudinem, cum tñ ſm Romanã linguam Tabellio, vel etiam Libellio appellãdus ſit, anno ab hinc.xx.vel .xxx.ſcripſit quendam contractum inter Titium, & Meuium. Nunc requiſitus ab altero negat ſe de dicto contractu rogatum. Accuſatur de falſo. Quæritur quid iuris? Quilibet prima fronte diceret llum pœna falſi teneri: per id quod not.Bal.per illũ tex.in.l.eũ qui.C.de fal.ꝗ notarius negãs protocollum ſuum, & negãs ſe de inſtrumento rogatũ, tenetur pœna falſi. In contrarium eſt veritas in caſu noſtro, in quo tam lungũ tempus effluxit

xit,& dictus Tabellio eſt alias bonę famæ.ita ſing.limitat Ioan.in ſua ad Specu.paraphraſi:immo mauis additione,in titu.de inſtr.edi.§.inſtrumẽ tum in prin.& ſequitur.d.Alex.in.l.qui accuſare,& ibi.d.Iaſ.in.iii.not.C. de eden.vbi reddit rationem,quã confirmat aliis mediis: vt ibi per eum: quod eſt memoria dignum ad excuſationem Tabellionum.

Soliloquium. XLIX.

DIximus ſupra in.xviii.Soliloquio in multis regni huius partibus vigere ſtatutum,conſuetudinem,vel pactum,ꝙ decedente vxore ſine filiis,maritus lucretur dotem datam, ſeu promiſſam.de qua materia abun de per.d.Catellia. Cottã in ſuis memoralibus in verbo.Statuto Mediolani.& concluſio eſt ꝙ valet huiuſmodi ſtatutum,conſuetudo, vel pactum. vt plene per Bar.& alios ſcribentes in.l.i.C.de ſum.tri.& fi.catho. & per do.Catellia.in alle.loco.Sed tale ſtatutũ non ꝓcedit in re feudali data in dotẽ.tex.eſt ſing.& ibi Bal.no.in.c.i.§.fi. de iueſt.de re.ali.fac.refert,& ſequit.d.Iaſ.in.d.l.i.in.vi.col.ibi not.etiã,ꝙ iſtud ſtatutũ de dote lucrãda.

Soliloquium. L.

IN tantum excreuit hodie iudicum eccleſiaſticorum malitia, & auaritia:vt cupiẽtes extorquere a miſellis clericis pecuniam pro quolibet delicto (ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem procedatur) intendant clericos ſubiicere quęſtionibus, vt de laicis delinquentibus fieri ſolet.Sed ego dico clericos non poſſe ſubiici quęſtiõibus,etiam in caſu,in quo multa vrgerent inditia contra eos,niſi alias ſint infames.ita ſingu.dixit Ab.antiquus in.c.grauis extra depoſi.& ibi eum ſequitur Pau.de Liaza. & eum etiam refert,& ſequitur Ioan.de Ana.in.c.i.circa.v.col. extra de cleri.percuſ.& Ab.moder.in.c.cum in contemplatione de regu.iur.&.d.Alex. in ſua ad Bar. paraphraſi,immo mauis additione in.l.Milites.C.de quęſti. & in.l.ſi.ff.eo.& idem tenuit Barba.in.c.ſi conſtituerit.in.iii.col. de accuſ. & illud dictum etiam refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.veniens in.ii.col.de teſti.& in.c.vniuerſitatis de ſenten.exco.& in.c.de hoc in.i.col.verſi.ii. limita.de ſimo.& in.c.cum oporteat in pen.col.de accuſa.de quo abunde per Hippo.de Marſiliis in ſingu. ſuo.lv.cuius eſt initium: Aduertas ad vnum. & refert,& ſequitur etiam conſulendo idem Hippo.in conſiliis ſuis criminalibus.conſi.xli.cuius eſt initium:Diuini numinis.nu.vii.

Soliloquium. LI.

ET ſi de his quæ nunc dicam in præſenti Soliloquio diſſeruerim aliquantiſper ſupra in.vii.Soliloquio,cuius eſt initium:Proſpectum eſt. attamen nunc ponam caſum ad materiam conſtitutionis regni, Pœnam horum:per quam contumax habetur pro confeſſo:vt ſi liqueat iudici talẽ abſentem,quamuis contumacem,eſſe innocentem,& inculpabilem, non condemnet eum.Et ſic non inconuenit, vt etiam contumax abſoluatur,

cum de

tum de eius conſtiterit innocentia.ita ſing.dixit Bar.in conſi.ſuo.c.cuius eſt initium: A domino Cino de Bononia.in vltima.col. per.l.ſi non defendantur.ff.de pœn.& ita colligitur ex verbis Bald.in rubrica.C.de manumiſ.vindic.& voluit.d.Bartholameus Veronen.in conſi.ſuo.xlix.cuius eſt initium:Quanquam &c.in vlt.colū.& in cautela ſua.lxviii.in cauſa criminali &c.cum multis aliis quę late congerit.refert,& ſequitur etiam conſulendo Hippo.Marſi.in conſiliis ſuis criminalibus.conſil.xliii. cuius eſt initium:Spiritus ſanctus.numero.xxv.

Soliloquium. LII.

VOlo tibi tradere vnum alium intellectum,ſiue limitationē, & fallentiam ad regiam nouellam pragmaticam,cuius eſt initium : Teſtem falſum.de qua ſupra in.xliiii.Soliloquio ſermonem fecimus. vt enim ibi habetur Teſtis falſum deponens pœna falſi punitur,ſed limitatur,ſiue fallit in Ruſtico:qui non ex malignitate,ſeu dolo,ſed ex errore, & ſimplicitate quadam depoſuit.dictum eſt Ange.in auten.de teſti.§.licet in.ii.col. vbi dicit iudices in hoc debere animaduertere.refert,& ſequitur conſulēdo Hippo.Marſi.in cōſiliis ſuis criminalibus.conſi.lxii. cuius eſt initium: Summi Dei.nu.vi &.vii.quod dictum eſt memoria dignum.& alias cum mihi ex facto incidiſſet,inſeruiuit mihi in materia non parum ardua.

Soliloquium. LIII.

IN dubitati iuris eſt per conſtitutionem videlicet regni Pœnam horum, contumacem haberi pro confeſſo.Sed illa intelligitur præcedente libello valido,vel inquiſitione valida alias non.tex.eſt not.& hoc ibi voluit Bar.eum ſummādo in.l.ſi filius.ii.ff.de interrogato. actio. quem tex. ad hoc alle.Lud.Ro.in ꝯſi.ſuo.ccxxiiii.cuiꝰ eſt initiū:Iſta captura in.i.col.

Soliloquium. LIIII.

ITem data inualiditate,vel nullitate accuſationis in criminalibus,vel inquiſitionis,admittitur procurator.Ita dixit ſing.Bal.in conſil. ſuo. cvi. cuius eſt initium:Verba accuſationis in primo lib.licet alias in criminalibus procurator non admittatur,vt in.l.ſeruum quoq;.§.publice intereſt. ff.de procu.& in.l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iu.&.c.veniēs,extra de accu.

Soliloquium. LV.

INimicus repellitur a teſtimonio in tantum,vt etiam criminibus exceptis non admittatur.tex eſt not.quem doc.faciunt ſingu.in.c.per tuas extra de ſimo.& hoc voluit Bart.in.l. in quęſtionibus.ff.ad.l.Iul. maie.& Spec. in titu.de accuſa.§.i.in vlti.verbis,& Ludo.Ro.in.l.ſi vero §.de viro.in.xxii.col verſi.Quintadecima &c.ff.ſolu.ma. Sed licet doc.reputent illum tex.in.d.c.per tuas pro ſing.tamen non eſt ſing.quia ſimilis eſt tex. in.c.cum p. de accuſa.quem ibi ad hoc ponderat Ab.qui tex.optime probat etiam in criminibus exceptis inimicum nō admitti contra inimicum.

Ioan.de Ar, C

quod etiā voluit Barba.ibi,& Ang.in.l.qui accuſare.ff.de accuſa.& in.l.famoſi.ff.ad.l.Iul.ma. vnde notabis vtrunq; tex.contra inimicum deponentem etiā in criminibus exceptis: vt lęſæ maieſtatis:hæreſeos: ſimoniæ:& hodie in crimine blaſphemiæ: & ſodomiæ per recentiores pragmaticas, in quibus non admittitur repulſatoria exceptio: niſi ex capite inimicitiarum per dicta duo iura. Et alias ego obtinui,cum caſus ex facto incidiſſet,& ille iniquiſſimus prætor nūquam voluit me exaudire,quin prius Decretalium librum attuliſſem: licet apud me dicta duo capitula anno abhinc trigeſimo,fuerint ſatis nota.

Soliloquium. L VI.

SOlent magiſtratus regni in ingreſſu officii emittere quædam edicta, quæ vulgo banna nuncupantur:quibus inter cætera cauetur: Ne quis rumorem committat,pœna contrafacientibus imminente. Contingit vt quis inimicum ſuum percutiat,ex quo incidenter ſequitur rumor. Quęrit, num ſit locus edicto? Dicas ꝙ non.ita ſing.conſuluit Bal.in ciuitate Aſſiſii per.l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff. de capti. & poſtlimi.re. quod dictū pro not.refert,& ſequit.d.Catel.in ſuo tracta. ſindi. verſi. cccxciiii. cuius eſt initiū: Adde tamen,ꝙ ille non dr̄ turbare, &c.q̄ omnia ponit,& approbat.d.Feli.in rubri.de treu.& pa.in.iii.col.qd eſt memoria dignū.& quia ſæpiuſcule ſolet ex facto incidere,libuit ī hoc.lvi. Solilogo poſuiſſe.

Soliloquium. L VII.

NOn eſt negligendum, immo perpetua memoria dignum, quod in præſenti.lvii.Soliloquio diſputandum aſſumpſi.Inquirūtur, vel accuſantur quinq;,vel decem per iudicem ſecularē de aliquo ſcelere:quorum vnus reperitur eſſe clericus,etiam primæ tonſuræ tantum:qui gaudet priuilegio clericali,quo ad forum maxime. vt eſt tex.& ibi Io.An.d. Ant. & Ab.in.c.ii.de foro compe.& Archi.& Io.An.in.c.nullus de tempo.ordi.in.vi.Inno.in.c.i.de apoſta.& in.c.nouit de iudi.& Anto.de Butr.in.c. cum non ab homine de iudi. cum aliis non parum multis adductis per Hippo.Marſi.in ſuis conſiliis criminalibus,conſi.lxvii. cuius eſt initium: Domine Deus cœli.nu.lix. Quæro,num ratione illius clerici,omnes alii laici debent remitti ad iudicem eccleſiaſticum? Et dico,ꝙ ſic: quia non debet cauſæ continentia diuidi:& ne forte contingat varias ſententias ferri.ita multum ſing.tenuit Anto.de Prato veteri doctor Bononienſis in.l. i.in fi.ff quæ ſenten.ſiue appella.reſ.quod dictum ſummis laudibus extollit.d.Maria.Sonzi.in.c.ii.in.iiii.char.in.iii.col.ver.viii.fall.&c.extra de mutu.peti.& in conſi.ſuo.xii.cuius eſt initium:Quoniam in præſentiarū. in.vi.colū.in verſi. Eſt adeo &c. & illud dictum refert,& ſequitur etiam d.Feli.in.c.i.in.v.col.circa medium extra de pręſcrip. & idem tenet Ioan. de I mo.in conſi.ſuo.cxxxix.cuius eſt initium:Præfatus ſeruus.in.iii.colū.

poſt medium.verſi.quinimmo &c.refert,& ſequitur etiam conſulendo,& nonnullis aliis authoritatibus comprobando idem Hippo. in prædicto conſilio.lxvii.nu.lxii. Et ego per prædicta,cum alias hic caſus ex facto incidiſſet,obtinui apud religioſiſſimum iudicem.

Soliloquium. LVIII.

MEminimus ſupra in.xxxv. Soliloquio conſtitutionis regni in cauſa depoſiti:per quam depoſitum vltra libram auri non poteſt probari per teſtes,ſed per publicum inſtrumentum. Sed hoc non habet locũ ſi teſtes recipiantur officio iudicis. dictum eſt Specu.in titu. de probatio. §.videndum.verſi.Sed quid ſi debitor.vbi dixit,ꝙ ſi debitor iurauit non probare ſolutionem,niſi per inſtrumentum inciſum,tamen poteſt procurare,vt teſtes ſuper ſolutione recipiantur officio iudicis.

Soliloquium. LIX.

VVlgata eſt illa concluſio,quæ ſe habet, vt teſtes ſingulares minime probẽt:attamẽ ex iuxta cauſa,puta nobilitatis,& integritatis ipſorũ teſtium,poteſt moueri iudex ad iudicandum ſm dicta ipſorum teſtium ſingularium.dictum eſt ſing.Pau.de Caſt.in.l.admonendi.ff. de iureiur. & in.l.Lucius in recollectis Florentinis.ff.de his qui not.infa: in quibus locis dixit ipſe Pau.de Ca.hoc dictum ſuum eſſe de mente Bal.in d.l.Lucius.& illud dictum Pau.refert,& ſequitur pro valde ſingul.d.Ioan. Bap. Cacialupus, alias de ſanto Seuerino in repe.d.l.admonẽdi in.vii.char.in iii.col.&.d.Fran.Bru.in tractatu,quem edidit de inditiis & tortura. in prima char.in.iii.col.Et Sonci.in conſi.ſuo.cclxii.cuius eſt initium:In cauſa magna.de quo latius per Hippo.Marſi.in ſingulari ſuo.cxiiii. cuius eſt initium: Vulgatum,& tritum eſt.& in.l.i.§.fi.in.xiii.col.ff.de quæſtio. & in conſiliis ſuis criminalibus. conſi.lxxiii.cuius eſt initium: Altiſſimum refugium tuum.numero.xxx.&.xxxi.

Soliloquium. LX.

SOlet ſæpiuſcule ex facto incidere vt ſocius criminis deponat in cauſa.Et dubitatur , num ei credendum ſit?Et dico ꝙ non.nam ſocio criminis non creditur etiam in criminibus exceptis:vt læſę maieſtatis, hæreſeos,ſimoniæ,falſæ monetæ,ſodomiæ,blaſphemiæ , niſi dictum ſuum contra ſocium criminis fecerit in tortura,alias non.ita ſing. dixit Raph. Fulg.in conſi.ſuo.clxxiii.cuius eſt initium: In cauſa inquiſitiõis.in.i.col. ante fin.& ibi alle.iura,& rationes.ad hoc refert,& ſequitur conſulendo, & aliis authoritatibus non parum multis confirmat.d.Hipp.Marſi. in cõſiliis ſuis criminalibus,cõſi.lxxviii.cuius eſt initiũ:Salus oĩum,nu.xv.

Soliloquium. LXI.

SAEpe impetunt aliqui de auxilio præſtito alicui ad aliqđ maleficiũ: & in inquiſitione,vel accuſatione nõ apponitur verbũ aſſiſtẽdo. Quę

ſitur,nunquid inquiſitio,vel accuſatio ſubſiſtat?& dico ꝙ non. ita ſingu. dixit Bat.in.l.qui ſeruo.§.fi.ff.de fur.quem refert,& ſequitur d.Alex.in.l. fi.ff.de ſicca.in.ix.ad Bar.paraphraſi,immo manis additione. Et Ang. de Are.in ſuis maleficiis in ver.Et dicto maleficio ſemper aſſiſtit.in.i. verſic. refert,& ſequitur conſulendo Hippo.Marſi.vbi alias authoritates non pa rum multas in medium affert in conſiliis ſuis criminalibus, conſil.lxxxi. cuius eſt initium:Salus omnium in te confidẽtium.'nu.xxxi. Quapropter ſapienter dictam inquiſitionem,vel accuſationem inſtitues,ſi in ea dixeris Titium præſtitiſſe auxilium aſſiſtendo.

Soliloquium. L X I I.

EX forma conſtitutionis regni Pœnam horum,capiens bannitum,vel foriudicatum:ſiquidem ipſe bannitus,aut foriudicatus fuerit banni, vel forbanni pœnam,quam incurrerat in præmium ſuæ fidei,& probitatis euitat.verba ſunt formalia tex.Sed quæro,num conſequetur hoc beneficium ipſo facto:an vero cum miniſterio iudicis.Et dico,ꝙ ipſo facto, & ſine aliquo iudicis miniſterio euitabit pœnam banni,vel forbanni: per id quod ſing.voluit Bal.in.l.i.in.i.col.C.de ſecun.nup.vbi dicit illũ tex. in ver.Sit infamis,intelligi ipſo facto.quod dicit facere ad ſtatutum , dicens : Siquis fecerit tale quid,ſit exbannitus.nam hoc intelligitur ipſo facto ſine miniſterio iudicis.quod dicit eſſe memoria dignum.

Soliloquium. L X I I I.

ALias cum mihi hic caſus ex facto incidiſſet,conſului, & obtinui , & ideo libuit in pręſenti.lxiii.Soliloquio poſuiſſe.Fuit offenſus clericus non graui quidem,aut atroci iniuria,ſed leui.Pretor ex officio procedere intendebat vigore capituli regni,cuius eſt initium:De iniuriis. Ego autem dixi hoc fieri non poſſe,cum illud capitulum intelligatur de graui,non autem leui iniuria.ita Bal.ſing.in.l.ſi quis in hoc genus in fin.C. de epiſ.& cleri.quod dictum refert,& ſequitur conſulendo Hippo.Marſi. in cõſiliis ſuis criminalibus,conſi.ciii.cuius eſt initium:Spiritus ſanctus, nu.xx.quod eſt memoria dignum ad intellectum dicti capituli regni

Soliloquium. L X I I I I.

SVpra in.lx.Soliloquio concluſimus,ſocio criminis non credendum in criminibus ẽt exceptis contra ſocium, niſi dictũ ſuum fuerit in tortura.Nunc retento eodem themate dico:ꝙ d.ctum ſuum quando eſt de per ſe ſolum ſine aliis inditiis,nõ ſolum non facit probationem, ſed nec inditium ad torturam.ita ſing.dixit d. Alex.in conſi. ſuo.cccclxxv. cuius eſt initium:Quoniam abunde &c.in fi.vbi alle.hoc voluiſſe Sali.in.l.fin. ad fi.C.de accuſa.& Ioan.de Imo.in.c.i.de confeſ.cum aliis alle. per Hippo.in conſiliis ſuis criminalibus,conſi.cix.cuius eſt initium:Spiritus ſanctus,nu.xvi.Ex his igitur corelarie infertur,quod duo requiruntur copu-

ſatiue,vt ſocius criminis noceat ſocio quo ad torturam inferendam:vt di
ctum ſuum ſit in tortura:& ꝙ ſit fulcitũ aliis inditiis.vt patet ex his quæ
dixi ſupra in dicto.lx.Soliloquio,& in hoc præſenti.lxiiii.

Soliloquium. L X V.

PLeriq; ſunt caſus,in quibus per regni capitula poteſt ꝓcedere iudex
ex officio:ſed illa intelliguntur,ſi quidem contra inquirendum præ
ceſſerit infamia,alias nõ poteſt formari inquiſitio.vt eſt tex.in.c.qualiter,
& quãdo.ii.de accuſa.& habetur in.c.inquiſitionis eo.titu.& in.c.i.&.ii.
eo.ti.in.vi.& in.c.licet helideſimo.& in.c. Deus omnipotẽs.ii.q.i.in prin.
& voluit Spec.in titu.de inqui.§.i.in prin.& Bar.in.l.congruit.ff.de offic.
præſi.& Bal.in titu.de pace conſtan.§.damna circa fi.& Alex.in conſi.cxx.
cuius eſt initium:Viſo proceſſu &c.in prin.lib.vii.& Sali.in.l.quod pro-
mulgatis.C.de offi.præfec.vr.per illũ tex.& Raph.Cu.in conſi.ſuo.cxxxv.
cuius eſt initium:Quo ad primum &c.in prin.vbi no.loquitur. Et ita alias
ego interpretatus ſum dicta capitula in tractatu meorũ ſingularium. His
præmiſſis,quæro quid ſi non præceſſit infamia:tamen per teſtes eſt pro-
batum delictum,de quo fit inquiſitio,an præiudicent ipſi inquiſito?Et di
co ꝙ non.ita ſing.dixit Spec.in titu.de inquiſitione.§.nunc videndum in
.iiii.col.in prin.quem refert,& ſequitur Bal.ibi in ſua paraphraſi,immo ma
tiis additione,in vlt.ver.de quo eſt tex.clarus,& apertus:quem ipſi non al
legant in.c.inquiſitionis in.§.tertiæ dubitationis de accuſa.refert,& ſe-
quitur conſulendo Hip.Marſi.in ſuis conſiliis criminalibus,conſi.cxvii.
cuius eſt initium:Illumina quæſo.nu.vi.&.vii.Et ideo ſapienter faciet iu-
dex inquirens ſi teſtes ſuper fama ꝓducat,priuſq̃ ad inquiſitionẽ ꝓcedat.

Soliloquium. L X V I.

STante regni conſtitutione Pœnam horum,ꝙ bannitus,& foriudica-
tus poſſit impune offendi.Quæro,num frater poſſit illũ impune of-
fendere?Dico ꝙ non.ita ſing.dixit Nellus in tractatu bannitorum in.iii.
parte ſecundi temporis.q.liiii.cuius eſt initium:Quæritur duo ciues.quod
dictum pro valde no.refert,& ſequitur Bartholameus Veronẽ.in conſi.
ſuo quinto,cuius eſt initium:Caſus talis eſt.in.v.col.poſt princ.de quo p
Hip.in ſing.ſuo.ccx.cuius eſt initium:Iura ſanguinis. Et per eundem in
conſiliis ſuis criminalibus,conſi.cxxi.cuius eſt initium:Stare pace,ſeu tre
gua.nu.xviii.qđ eſt memoria dignum ad intellectũ dictæ conſtitutionis.

Soliloquium. LXVII.

IN iudicio quotidie poſſet tibi hic caſus ex facto incidere:ex quo pote
ris tibi & pecuniam,& honorem comparare.Clari etenim iuris eſt:vt ſi
cut requiritur citatio partis ad videndum iuramenta teſtium,vt in.c.ii.ex
tra de teſti.ita etiam requiritur ad productionem ſcripturarum,alias nihil
operantur,vt.iii.q.ix.c.chartę.&.l.iudices.& ibi Bal.in.iiii.no.C.de fide in

ſtm.&.l.properandum.§.ſinautem reus.& ibi not.Ang.C.de iudi.& nõt.
Ang.in.l.item illa.ff.de conſti.pecu.& Ang.in.l.omnium.C.de teſta. Po-
ne fuiſſe partem citatam ad productionem ſcripturarũ:tamen producens
non dedit copiam earum parti cum termino ad opponendum. Num ta-
lis productio operetur? Dicas ꝙ non.ita not.dixit Bar.in extrauagan. ad
reprimendum in ver.de plano quod dictum refert,& ſequit Ang.de Are.
in.§.appellãtur in vltimis verbis inſti.de excep.& Ludo.Ro.in conſ.ſuo
clvi.cuius eſt initium:Honorande domine.vbi alle.Bal.in duobus locis
approbantem hoc dictum Bar.& idem Ludo.in.l.qui ante Calendas.ff.
de verbo.obliga.& in cõſi.ſuo.cxix.cuius eſt initium:In caſu præpoſitę.
& Alex.in.l.fi.in ſua ad Bar.paraphraſi,immo mauis additione.C.de fide
inſtru.& Hippo.in ſing.ſuo.lxxxi.cuius eſt initium:Aduertas.& in conſi
liis ſuis criminalibus,conſi.cxviii.cuius eſt initium:Splendore gratiæ tuę.
nu.xvii.&.xviii.quod eſt memoria dignum.

Soliloquium. LXVIII.

QVia ſupra in.xv.Soliloquio concluſimus,mulieres in regno iure lõ
gobardo viuentes,non poſſe contrahere ſine conſenſu mundualdo
rum.Nunc quæro,nunquid poſſit ſuſcipere officium procuratoris extra
iudicium ſine conſenſu mundualdorum.Et dico ꝙ ſic.per id quod dixit
ſing.Ang.poſt Iac.de Are.in.l.quãuis in prin.per illum tex.ff.de acquirẽ.
poſſeſ.ꝙ licet mulier ex forma ſtatuti non poſſit obligari ſine conſenſu
mariti:tamen poterit officium procuratoris extra iudicium ſuſcipere:& te
nebunt geſta per eam.Et ita refert Ange.ſe obtinuiſſe Florentiæ:vbi tale
ſtatutum viget.Et hoc dictum pro ſingu.citat.d.Philip.Dec.in.c.cum di
lecta.ſuper Glo.in ver.Procuratricem de confir.vti.vel inuti.& eſt memo
ria dignum:quia hoc ſtatutum eſt fere vbiqꝫ ſm.d.Catellia.Cottam:qui
prædicta refert,& ſequitur in ſuis memoralibus in dictione Mulier.

Soliloquium. LXIX.

SI actum eſt iniuriarum ciuiliter iuxta materiam conſtitutionis regni
Varietates pœnarum.Quęro an in defectum probationis ſit locus de
laitoni iuramenti ſuppletorii? Cappella Tholoſana in deciſione.ccxliii.
cuius eſt initium:Item fuit quæſitum,tenere videtur,ꝙ nõ.& alle.Ci.in.l.
in bonę fidei.C.de iureiur.& Ioan.An.in glo.illius regulę iuris,cum ſunt
obſcura de regu.iur.lib.vi.glo.in.c.tam literis de teſti.& Specu.in titu.de
iura.dela.§.i.verſi.vt autem.Nihilominus paraphraſis,immo mauis addi
tio,quę eſt in dicta deciſione videtur in caſu noſtro,& dictę conſtitutio-
nis Varietates pœnarum,tenere contrarium,dum dicit prędicta limitari,
quando cauſa iniuriarum non eſt multum præiudicialis,vt quia ageretur
ad emendam pecuniariam contra iniuriantem:nam tunc ceſſaret pericu-
lũ famæ,vel furti.§.qui alieno.ff.de his q̃ not.infa.ſuper quo periculo fa-

mæ fundatur opinio contraria.Et hoc dicit voluiſſe Hoſti.in.d.c.tam literis.& ſequitur Ioan.Fab.in alle.l.in bonæ fidei,dum limitat illam glo.ibi: niſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ condemnationem,quaſi ſecus ſi immineret aliud periculũ perſonale,puta infamia.Sed nihilominus in caſu noſtro,& dictæ conſtitutionis eſt dicendum contrarium, & ſimpliciter concludendum cum dicta Capella Tholoſana.nam licet euitetur infamia iuris,non tamen infamia facti.& ſic actio iniuriarum ſemper eſt præiudicialis.ergo non eſt locus delationi iuramẽti in defectum probationis.& ita tandem reſidet dicta paraphraſis,ſiue mauis additio in fi.quod ẽ memoria dignum ad materiam dictæ conſtitutionis Varietates pœnarum.

Soliloquium. L X X.

AD intellectum conſtitutionis regni,Minorum iura,formo tibi hanc quæſtionem.Minor.xviii.annis inquiritur,vel accuſatur de aliquo delicto:comparet in iudicio:& nullo ſibi dato curatore,quo authore confiteatur,ſponte confeſſus eſt delictum,de quo aliter nõ erat probatum:vel authore ẽt curatore eſt cõfeſſus delictum. Quæro, num debeat reſtitui in integrum aduerſus talem confeſſionem abſq; aliqua probatione alicuius erroris?& dico ꝙ ſic:quia ex hoc ſolo ꝙ confeſſus eſt,apparet eum eſſe lęſum.ita ſing. Ang.in.l.certum.§.in pupillo.ff.de confeſ.alle.tex. cum glo. ii.in.c.ii.de in integ.reſt.in.vi.& reputat hoc eſſe valde no.& quotidianũ. idem ſequitur,& dicit eſſe diligentiſſime not.d.Alex.in.l.nam & poſtea §.ſi minor in pen.col.ff.de iureiu.& in cõſi.cccclxxx.cuius ẽ initiũ:In cauſa inq̄ſitionis formatę cõtra.d.Helenã.refert,& ſequit.d.Iaſ.in.l.error i.ii. col.C.de iur.& fac.igno.Not.hæc ad dictã conſtitutionem Minorũ iura.

Soliloquium. L X X I.

REgni conſtitutio,cuius eſt initium:Intentionis noſtræ, ſub rub.de illicita portatione armorum,prohibet in regno portationẽ armorum.Quæro,nunquid prohibeantur gladii,qui ad calamos aptandos,vel ad menſam parantur?Dicas,ꝙ nõ.Glo.eſt ſing.in auten.de armis,in glo. ante penul.quæ non eſt alibi in iure ſm Ang.in pulchra q.in.l.ſi pignore.§.furem.ff.de fur.& pto ſing.commendat Anania in.c.lator circa prin. extra de homici.&.d.Alex.in.l.vlt.ff.ad.l.Iul.de vi pub. & late ſcribit. d. Feli.in.c.ita quoruudam in.i.col.ad fi.& ſeq.extra de Iudæ.vbi inter alia dicit dictum Ang.in.d.§.furem,eſſe ſing.Refert, & ſequitur.d. Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver.armorum,quod dicit eſſe memoria dignum ad ſtatuta prohibentia portationem armorum:quia proprie ſcdm Ang.nõ veniũt niſi ea quæ principaliter inuenta ſunt ad vſum offendẽdi.

Soliloquium. L X X I I.

DIximus ſupra in.xxxiii.Soliloquio,per capitulum regni de violentiis illatis viduis, poſſe ex officio procedi.Pone aliquam mulierem

non eſſe viduam,ſed virum habere inutilem.Num de violentia illata huiuſmodi mulieri poſſit ex diſpoſitione dicti regni capituli ex officio procedi?Dicas ꝙ ſic.Glo.eſt ſolemnis & ſingu.in.l.vlti.in ver.Orbitates.C.ad.l.Flau.de plag.per quam not.ibi eleganter Bal.ꝙ priuilegia,quę dantur viduis,competunt etiam inutiliter nuptis. quod verbum dicit bene notandum.d.Iaſ.in commento.l.ſi is,qui pro emptore in.iiii.col.ver.Adde ꝙ Ioan.de Ligna.ff.de vſuca.Refert,& ſequitur,& aliis non parũ multis ornat.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus,in verbo vidua.quod eſt memoria dignum ad extenſionẽ & ampliationem dicti capituli regni.

Soliloquium. LXXIII.

QVidam dominus,quem ex certa ſcientia non duxi aliter nominandum,condidit ſibi teſtamentum,in quo multa legata ad pias cauſas fecit eroganda,& ſoluenda per executores cum conſilio meo.Euenit,vt mortuis dictis executoribus, vel aliter negligentibus adimplere infra annum,ſucceſſerit Epiſcopus diroceſanus. Quæro,num ipſe Epiſcopus in exoluendis dictis legatis,teneatur requirere conſilium meũ? Dico ꝙ ſic.ita ſing.decidit Bald.in.l.ſi puellam in vltimis verbis.C.ſi man.ita.fue.aliene man.dicens,ꝙ ſi teſtator dedit formam diſtributioni legatorum piorum.ſ.vt fiat cum conſilio prioris fratrum pręedicatorum,& executor deceſſerit,vel fuit negligens ĩfra annum.Et ideo eius loco ſucceſſit Epiſcopus.tenebitur tamen Epiſcopus prioris conſilium adhbere:alias non valeret diſtributio.quod putat Bal.memoria dignum:& commendat.d.Feli.in c.cum acceſſiſſent.colũ.vii.in prin.de conſtitu.& in.c.cum dilecta in.xvi.col.in.vii.ampliatione de reſcrip.Tenet ergo Epiſcopus in caſu propoſito requirere conſilium meum per prædicta. quæ refert & ſequitur.d.Catelli.Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Subrogatum.

Soliloquium. LXXIIII.

MEminimus ſupra in quarto Soliloquio conſtitutionis regni vſurariorum:per quam vſurarius punitur in publicatione omnium bonorum.Modo quidam creditor obtinuit ſententiam contra debitorem:qui debitor poterat opponere exceptionem vſurariam:tamen maluit cõdemnari:quam illam opponere. Quæro,num poſſit petere reſcindi illam ſententiam,& dico ꝙ ſic.ita ſing.Bal.in.l.cum allegas in.ii.col.verſi.Sed quærit hic.C.de vſu.per tex.ad hoc ſing.ſm eum in.l.ſi ſpõſus.§.ſi vxor,vel maritus.ff.de dona.inter vir.& vxo.vbi.d.Alex.dicit hoc dictum Bal.eſſe ſing.& per d.§.ſi vxor,debet declarare.l.ſi iudex.&.l.Iulianus.ff.de cõdi.inde.ſm Lud.Roma.in ſing.cccx.cuius eſt initium: Tu ſcis.vbi fatetur ſe hoc didiciſſe a Bal.in loco præallegato. Ex prædictis corelarie infero ad materiam dictæ conſtitutionis: vt ſi ſententia ſit lata contra debitorẽ,cum competebat exceptio vſurariæ prauitatis:vt non obſtante dicta ſen-

tentia

tentia,& exceptione non oppoſita,accuſet creditorem vſurariæ prauitatis iuxta terminos dictæ conſtitutionis.

Soliloquium. LXXV.

SVpra in.viii.Soliloquio probauimus cauſas in regno eẽ ſummarias. Nunc quæro, num ſatiſdatio de iudicio ſiſti,de qua principaliter loquitur titulus.ff.qui ſatiſda.cog.debeat præſtari per reum conuentum ẽt in cauſis ſummariis?& in quibus poteſt procedi abſq; litis conteſtatione? Ang.ſing.tenuit,ꝙ non.in.l.Iulianus ad fi.ff.qui ſatiſda.cog.Sed iſta Deciſio multum ſtringit totum illum titulum,qui ſatiſda.cog. Propterea contrarium in hoc tenuit Rapha.Fulg.ibi & ante eum Bal.in.§.i.inſti. de ſatiſdatio.quæ opinio gratior eſt teſte.d.Iaſo.in rub.illius titu.ad fi. vbi illã deciſionem Ang.dicit vnicam,& ſing.Quod eſt memoria dignum nedũ ad cauſas ſummarias regni:ſed etiam ad alias cauſas ſummarias iuris cõmunis. vt in Clem.Diſpendioſa de iudi.& in Clem.ſæpe de verb.ſigni.& in extrauagan. Ad reprimendum,cum aliis ſimil.

Soliloquium. LXXVI.

INter coniunctos vſq; ad quartum gradum conſanguinitatis,vel affinitatis incluſiue computandum,ſm ius ciuile debent cauſæ compromitti per regiam nouellam pragmaticam,cuius eſt initium:Odia.ſub rub.de compromiſſis inter cõiunctas perſonas.Quæro,num talis pragmatica ſit fauorabilis.& dico ꝙ ſic:quia ſic lites cito expediuntur:quod intereſt reipu.vt dicit imperator in.i.conſti.C.ad fi.quem ibi ad hoc not. Bald poſt Bar.& in.l.fratris tui:vbi Bal.C.de tranſactio.Et ex hoc inferebat ſingula. Bal.in.l.qui ſe patris in vlt.col.ver.i.quęſtio.C vnde liberi.ꝙ ſtatutum cogens affines,vel agnatos ad compromittendum,eſt fauorabile. ideo extenditur etiam ad eos,qui de propria ſignificatione verbi nõ ſunt affines, vel agnati.quod dictum pro ſing.multum not.ibi Pau.de Caſt.&.d. Alex. in penul.col.&.d.Iaſ.in antepen.col.quos vide.& in not.q. conſuluit Maria.Sõci.conſi.iiii.cuius eſt initium:Viſis actis,& actitatis ad fi.in.i.lib.Refert,& ſequitur.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus in ver. Lites cito. quod eſt memoria dignum ad intellectum.d.regiæ nouellæ pragmaticę.

Soliloquium. LXXVII.

TRita,& vulgata eſt omnium doc.concluſio:vt non valens inuenire fideiuſſores,remittatur ſuæ iuratorię cautioni.Glo.ẽ in.l.i.in ver. Datus fideiuſſoribus.ff.qui ſatiſ.cog.Sed hæc concluſio procedit,quando propter paupertatem, vel quia eſt forenſis,non poteſt fideiuſſores dare: ſecus ſi propter malos & corruptos mores nullum fideiuſſorem inueniat. Nam tunc non ſtabitur ſuæ iuratoriæ cautioni,cum eius mores corrupti ſint. & tale iuramentum vilium perſonarum pondus non habet. ita ſing. Bal.in auten. cui relictum in.iii.col.C.de indic.vidui.tol. ſequitur Flo.in

Ioan.de Ar. D

l.iiii.C.de vſufructua.refert,& ſequitur.d Iaſ.in.d.l.i.in.vii.col.ibi.vii.limita.ff.qui ſatiſda.cogan.

Soliloquium. LXXVIII.

FIliusfamilias non poteſt eſſe in iudicio ſine patris coſenſu.tex.eſt in.l.vlti.§.ſanſimus itaq;,verſi.Neceſſitate.vbi Bar.& ſcribẽ.ad hoc no.C.de bo.quæ libe.immo iudicium eſt ipſo iure nullum:vt cõcludit Bal.in conſi.cxciii.cuius eſt initium:In decidendo.lib.iii. Amplia.procedere hoc non ſolum quando ordinarie agitur:verum etiam quando proced.ſ ſummarie,& executiue.ita ſingu.Bal.in.l.necquicquam.§.de plano in.ii.col.verſi.Sed nunquid.vbi poteſt &c.ff.de offi.procon.& lega.quam ampliationem dicit.d.Iaſon ſe alibi non legiſſe.in.l.i.in.iii.colũ.ad fin.C.qui admittit.quod eſt memoria dignum ad cauſas regni,quæ ſunt ſummariæ,vt probauimus ſupra in.viii.Soliloquio.refert,& ſequitur.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus in ver.Filiusfami vbi dicit talem ampliationem eſſe memoria dignam ad cautelam ſing.quam tradit Ange.in.l.Sed & ſi de ſua,quam legit cum.l.hæres,ad fin.ff.de acquir.hæredi.ex qua magnopere laudaberis,ſi ſciueris vti ea in actu practico ſecundum eum.

Soliloquium. LXXIX.

DIximus ſupra in.xviii.Soliloquio in multis regni partibus vigere conſuetudinem,vel ſtatutum,ꝙ decedente vxore in matrimonio ſine filiis,maritus lucretur dotẽ.quid ſi prædecedat vxor cũ vno filio,an vir lucretur dotem?& videtur prima fronte dicendum ꝙ non:quia cum talia ſtatuta ſint exorbitantia,& concipiant verba ſua in plurali numero.ergo in illo caſu debent intelligi & non in alio.ar.l.ſi ſeruum,verſi.non dixit p̃tor.ff.de acqui.hære.c.ad audientiam de deci.tamen dic ꝙ cõtrarium eſt verius:quia ratio naturalis magis attenditur,q̃ pluralis locutio.& licet vera,& recta natura pluralis numeri nõ ſit contenta vno indiuiduo:vt in.l.ſi.ff.ad Trebel.& in.l.vbi numerus ff.de teſti.& in.c.pluralis locutio de regu.iur.in.vi.& vnitas non ſit numerus,ſed principium numeri:tamẽ ſecus eſt de ratione naturali.iſtud ſing.decidit Bal.in.l.i.C.de condi.inſer.refert,& ſequitur Corſe.in ſing.ſuo in ver.Statutum.cuius eſt initium:Statuta Italię:quod confirmat aliis authoritatibus non parum multis.

Soliloquium. LXXX.

DIctat capitulum̃ regni,cuius eſt initium:Item ſtatuimus ꝙ eccleſiæ,ſub rubrica ꝙ rei fugientes ad eccleſiam non extrahantur inuiti,vt eccleſiæ in toto regno Siciliæ gaudeant priuilegio eis per iura communia indulto.ſ.ꝙ rei qui ad eccleſias confugiunt,abinde non extrahantur inuiti,niſi in caſibus a iure permiſſis.Quæro,nunquid confugiens ad corpus Chriſti,dũ defertur extra eccleſiam,puta ad infirmum,vel in die corporis Chriſti gaudeat beneficio dicti capituli regni?Dicas,ꝙ ſic.ita ſing.

Hoſti.in ſumma de immu.eccle.§.inquantum in.iii.col.verſi. Quid ergo ſiquis dum fugit.quem ſequuntur cõmuniter doc.in.c.ſane.extra de cele-bra.miſ.vbi per Anto.de But &.d. Abba.quod eſt memoria dignum ad extenſionẽ,& ampliationem dicti capituli regni.

Soliloquium. LXXXI.

AD materiam præcedentis Soliloquii,quaſi retento eodem themate, ſcias ꝙ ille,qui eſt decaptandus,vel furca ſuſpẽdẽdus hodie,ſi hoc mane ſumpſit eucariſtiam, ob reuerentiam tanti ſacramenti non eſt deca pitandus,nec ſuſpendendus hodie,nec per tres,aut quatuor dies ſequentes. ita ſing Hoſtien. in ſumma de immu.eccle.in.§. inquãtum in.iii.col.ver. Si cum eccleſia &c.refert,& ſequitur.d. Aeneas de Falconibus in ſua ad Ab.paraphraſi,imo mauis additione in.c.ſane de cele.miſ.ſuper litera. B. quod eſt memoriæ commendandum ad differendam mortem alicuius, ad vltimum ſupplicium damnati,ſi latrunculator vellet Deo reuerentiam exhibere,& interim poſſet aliquid boni accidere.Et hoc remedium poſ-ſes addere ad multa alia,quæ ad differendam mortem alicuius adducit Bartholameus Veronenſis in tractatu,quẽ edidit cautelaꝝ in prima char.

Soliloquium. LXXXII.

PEr aliud capitulum regni,cuius eſt initium:Item ſtatuimus , ꝙ cleri-ci,ſub rubrica:Quod clerici clericaliter viuentes &c.Statutum eſt, ſi-cut alias eſt,etiam de iure communi,clericos clericaliter viuentes non co gendos cum aliis communicare in collectis,nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitime contingentibus: modo clerici volunt legi fraudem facere:& fratres,ſiue nepotes,ſeu alios excuſare:quaſi bona illa ſint ſua.Dicas ꝙ hoc non licet. optime facit in argu.l.illud.C.de anno.& tribu.lib.x.Et ſi fraus detegatur,bona illa publi cantur.vt tenet Bar.in l.i.C.de nauibus non excuſan.lib.xi.vbi colligit ar gu.ex illo tex.immo dicit eſſe caſum contra comitantes, qui faciunt ali-quem ciuem emere res pro eis,vt ſub titulo ciuium non ſubſint oneribus eis impoſitis:quia tales res ſunt publicandę : & ille qui committit illam fraudem,ammittit priuilegium.arg.l.qui ſub prætextu.C.de ſacro ſan.ec cle.refert,& ſequitur Correctus in ſingu.ſuo , cuius eſt initium : Clerici, vel alii ſub rubrica de Gabella.quod not. quia hodie clericorum excre-ſcente malitia,paſſim huiuſmodi fraudes committuntur.

Soliloquium. LXXXIII.

POnam caſum mirabilem ad materiam præcedentis Soliloquii. Cle ricus non cogitur tum de iure communi,tum ex forma etiam capi-tuli regni communicare cum aliis laicis in collectis.Pone eundem cleri-cum ſimul habitare,vt fieri aſſolet,cum fratre ſuo abſq; fraude , & habere bona adinuicem pro cõmuni,& indiuiſo.Num dictus eius frater laicus,

qui alias non eſſet immunis a collectis pro portione ſua:ſit immunis ratione ſui fratris clerici?Dico ꝙ ſic.ita not. & ſingu. conſuluit excellens V. I. D. d.Lod.de Lodouiſiis in conſi.ſuo,cuius eſt initium:Præmittẽdum &c.vbi ex facto conſuluit bonis iuribus,& rationibus: ꝙ ſi duo fratres ſimul habitant,quorum vnus eſt immunis a collectis, & ab oneribus propter numerum liberorum,quos habet:ꝙ iſto caſu debet etiam gaudere dicta immunitate alius frater, licet ipſe non habeat numerum liberorum,ſicut habet alter frater.& hoc propter perſonam fratris. & illud conſilium fuit ſubſcriptum,et affirmatum a quãpluribus doctoribus. Refert, & ſequitur conſulendo,& aliis authoritatibus non parum multis cõprobat.d.Hippo.de Marſi.in conſiliis ſuis criminalibus,conſi lxxxiiii.cuius eſt initium:Vias tuas domine,nume.trigeſimotertio,& trigeſimoquarto. & ſingu.clxxx.quod eſt memoria dignum ad materiã dicti capitu. regni. & quotidie ex facto poſſet incidere.

Soliloquium. LXXXIIII.

CVm mulieres in regno iure longobardo viuentes non poſſint contrahere abſq; conſenſu mundualdorum,vt meminim⁹ ſupra in.xv. Soliloquio,& duobus ſequentibus.Si ille contractus parit liberationem ipſis mulieribus,an poſſit initi abſq; mundualdorum authoritate? Dicas ꝙ ſic.ſing.eſt Glo.ſm Ang.in.l.ii.ff.de acceptila.quod not. dicit eſſe pro ſtatutis Florentiæ:vt ibi per eum refert,& ſequitur d.Corſectus in ſingu. ſuo. cuius eſt initium:Licet pupillus,ſub rubr.pupillus:vbi cõprobat hoc aliis authoritatibus non parum multis.

Soliloquium. LXXXV.

REgni huius capitulo cautum eſt,cuius eſt initium:Si iuſte quis, ſub rub.ꝙ recipiatur appellatio a tormentis:vt iudex debeat recipere appellationem a tormentis.Quæro ad eius intellectum.Num interpoſita huiuſmodi appellatione ante inhibitionem iudicis ad quẽ interponitur appellatio,ſint ligatę manus iudicis a quo?Dicas ꝙ ſic.ita eleganter,& ſing. dicit Bald.in rubr. C.commi.vel epiſto.in ſi.penul.col.refert, & ſequitur Bartholameus Veroneñ.in cautela ſua.cuius eſt initium:Siquis timet,ſub rub.cautela:ꝙ ille qui timet poni ad torturam appellet.& idem Firmianus approbat in ſuo aureo indice,immo mauis repertorio in ver. Appellatio a tortura.quod eſt memoriæ commendandum a latrunculatoribus, maxime qui ſitientes ſanguinem humanum,vt videantur iuſti, cum non ſint,appellationes a futuris tormentis non admittunt.cum tamen debeãt per.d.Cap.regni:per quod proditæ ſunt contra eos variæ pœnæ, vt ibi. Nam talis appellatio ligat eorum manus. Tam & ſi inhibitio ſuperioris nondum fuerit præſentata per prædicta.

Soliloquium. LXXXVI.

REgni conſtitutio Pœnam horum de forbannitis,& foriudicatis,de qua ſupra in.vii.viii.&.xiiii.Soliloquio meminimus,dat præmium occidenti,aut capienti,vel detegenti bannitum,vel foriudicatum: vt ibi. Modo aliquis,qui inculpabatur,ad ſuam defenſionem delinquentem detexit,& demonſtrauit.Quæro,num habeat præmium?Dic ꝙ non. tex.eſt in argu.opt.in.l.nulla macula.C.de delato.lib.x.hoc colligit ibi Bart. vbi idem dicit:Si ſtatutum concedit præmium occidēti aliquem hoſtem, vel rebellem,& aliquis eum̃ occidat ſe defendendo, quia non debet habere præmium. Nam præmium datur illi,qui vltro,& ſponte ſe offert ad faciē dum illud,quod eſt cauſa præmii:ſecus ſi caſu,vel fortuna hoc fecerit. vt .l.ſi quis ingraui.§.vtrum.ff ad Sillenia.Refert,& ſequitur Corſeƈt.in ſingu.ſuo.cuius eſt initium:Statuto cauetur ꝙ manifeſtans,ſub rub.ſtatutū. & hoc not.ad intellectum dictæ conſtitutionis Pœnam horum.

Soliloquium. LXXXVII.

EX quo per regni conſtitutionem,cuius eſt initium:In aliquibus, ſub rub.de ſucceſſio.filio.co. vel baronum,proſpectum eſt, vt exſtantibus maſculis,filiæ fœminæ non ſuccedant.Quæro an beneficio illius conſtitutionis gaudeant etiam clerici.Matheſila.in ſuis notabilibus.notabili. iii.cuius eſt initium:No.vnam lucroſam,& vtilem doctrinam.dicit ꝙ clerici non poſſunt vti ſtatutis editis per laicos,etiam ſi ipſis ſint multum fauorabilia,niſi ſint ſpecialiter approbata per Papam.& hoc nedum in foro eccleſiaſtico:ſed etiam ſeculari.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu & in .c.bene quidem.xcvi.d.& hanc regulam ponunt doc.in.c.ſi.de ſolu.vnde infert ad ſtatutum Bononiæ,ꝙ agnati vſq; ad quartum gradum excludūt filias a ſucceſſione patris,non poterunt vti ſtatuto hoc agnati,qui ſunt clerici.Et hoc etiam viſus eſt ſequi Lud.Ro.in ſing.ſuo.cccxli. cuius eſt initium:Habeo caſum in facto Cardinalis Nouarienſis.Sed tu dic,ꝙ cōmunis concluſio eſt in oppoſitum.Nam clerici gaudent beneficio dicti ſtatuti.& ſic prædictæ conſtitutionis contra fœminas.ita tenet Feli.in.d.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xxvii.in ſi.ver.vii. Quæro adducit Lapum alleg. xcix.cuius eſt initium:An ſtatutum excluſorium fœminarum.& latius al leg.ſeq.cuius eſt initium:In ciuitate Florentiæ Cardi.Zabar.in.c.perpendimus.col.xxiii.ver.Sed quæro quid ſi conſtitutio.de ſenten.excō. Ab.in .c.ꝙ clericis.col.xiiii. ver.hæc vera ſm Lap.hic de foro compe.& abunde per Ioan.Bapt Caſtellioneum in ſua paraphraſi,immo mauis addi.ad dictum.ccccxli.ſing. Lud.eandem etiam concluſionem ſequuntur moder. Parthenopei.in.d.conſtitu. in aliquibus in.xvii.colū.ibi. Quintodecimo quæro quid ſi pater,vbi tamen de prædictis per me adductis paruam, aut nullam faciunt mentionem.Et hoc eſt memoria dignum ad intellectum dictæ conſtitutionis in aliquibus.

Soliloquium. LXXXVIII.

IN caſu in quo fiſcus ſuccedit in bonis alicuius banniti,vel foriudicati, vniuerſaliter moueo tibi hãc quæſtionem.dictus bannitus vendiderat rem,quam tamen antequam ſuccederet fiſcus,non tradiderat emptori:an etiam in illa re ſuccedat fiſcus?Dicas ꝙ ſic.caſus eſt ſingu in.l.ſi fundum, quem mihi locaueras,verſi.nam & ſi vendideris ff.loca.& non tranſit cũ onere,quod eſt mirabilius,licet regulariter fiſcus cenſeatur loco hæredis. Sed tertius contra vendentem agat ad pretium . & illũ tex.in.d.l.ſi fundũ pro ſingu.ad hoc alle.Ludo.Roma.in ſing.ſuo.ccccxxv.cuius eſt initiũ: Nunquid confiſcatis.quod eſt memoria dignũ ad intellectũ cõſtitutionis regni foriudicatorum bona,ſub rubrica de fiſco ſuccedendo foriudicatis.

Soliloquium. LXXXIX.

IN dubio vitæ diſcriminis conſtitutus occidens aggreſſorem ſuũ , nullam propterea calumniam ſubſtinebit.dicit tex.ad literam in conſtitutione regni Terminum vitæ,ſub rubrica de homicidiis puniendis.Modo quæro quid ſi exceſſerit modum in defendendo ſe,vt cum potuiſſet euadere vulnerando , voluit occidere, vt in.l.i. C.vnde vi.Num puniatur de occiſo?Bal.ſing.in.c.i.de pace tenen. & eius viola.dicit ꝙ non:ſed vt culpabilis punietur arbitrio iudicis.all.vnicam notulam.Io. An.in.c.ſignificauit de peniten.& remiſ.in nouella refert,& ſequitur Roma.in ſuo ſing. iii.cuius eſt initium: An ſiquis exceſſerit.& ibi Ioan.Baptiſta Caſtellioneus in ſua paraphraſi,immo mauis additione.quod eſt memoria dignum ad intellectum dictæ conſtitutionis regni Terminum vitæ.

Soliloquium. XC.

QVia per ſupradictam cõſtitutionem Terminum vitæ.de qua in precedenti Soliloquio meminimus,occidens vltore gladio, pœnam ſubſtinet capitalẽ.Quæro nũc pro eius intellectu ex quo in patria mea eſt mos,vt pueri per modum prælii ludant ad lapides,& vnus ſemel interfecit alium cum lapide:an debeat puniri pœna mortis?Pet.de Ancha.in.c. cum venerabilis de conſue.dicit ſe alias liberaſſe vnũ puerum Bononiæ a pœna mortis per Glo.in.d.c.cum venerabilis: dicentẽ conſuetudinem etiam iniuſtam excuſare a pœna temporali.refert,& ſequitur Fran.Crem. in ſing.cxlix.cuius eſt initium : Mos puerorum Bononiæ eſt. Nota ad dictam conſtitutionem Terminum vitæ.

Soliloquium. XCI.

TAm & ſi caſus hic,quem nunc ſubiicio,ſit alias,& aliter deciſus per c.regni,cuius eſt initium: Mulier dotarium,ſub rubrica de dotibus mulierum.Attamen libuit in hoc præſenti.xci.Soliloquio poſuiſſe, qualiter decidatur inſpecto iure communi.Ex conſuetudine,vel ex pacto proſpectum eſt,vt mortuo viro mulier lucretur quartam bonorum ſui viri,

vel centum:poſtea tranſit ad ſecundas nuptias, & habuit filium ſecundi matrimonii:& etiam erat filius primi matrimonii:qui cõtradicebat filio ſecundi,ne ſuccederet in dicta quarta,ſeu in dictis centum,in quibus dicebat vxorem tranſeuntem habere vſufructum dumtaxat: cuius proprietas debebat conſeruari filio primi matrimonii.Quæritur modo quid iuris ſit:non loquor(vt dixi)inſpecto dicto regni capitulo diſtinguente:an nubat,nec ne:& an ſuperſint filii,vel non?Sed loquor inſpecto iure communi.Dico ꝙ in totum ſuccedit filius primi matrimonii per text.in.l.fœminæ in prin.C.de ſecun.nup.vbi tex.proprie loquitur de iſtis lucris nuptialibus,quę debent ꝯſeruari filiis primi matrimonii.& eſt tex.melior de iure in.§.Gregoriana.vet.Perſpeximus in auten.de non eligen.ſecun.nup. refert,& ſequitur Fran.Crem.in ſuo ſing.vlt.cuius eſt initium: Conſului pridie,vbi hunc articulum latius attingit.& ex prædictis ita concludit.qd eſt non parum memoriæ commendandum:quia caſus eſt,qui ex facto ſoleat quotidie incidere.

Soliloquium. XCII.

VVlt regia nouella pragmatica, cuius eſt initium:Quinta die verſus finem.de qua ſupra in.xxviiii.&.xii.ét Soliloquio fecimus mentionem: vt omnis poſitio:cui non fuerit reſponſum ſimpliciter per verbum credit,vel non credit ipſo iure pro confeſſata habeatur:vt vtar verbis barbaris illius. quod eſt de iure etiam communi quando quis eſt monitus, & iuſſus.c.ii.de cõfeſ.lib.vlt.Modo feciſti mihi poſitionem, ſiue articulũ, ꝙ mutuaueris mihi.x.ego autem nolui reſpõdere,an debeam haberi pro confeſſo.Tu diceres forte ꝙ ſic per.d.regiam pragmaticam ad fi.& per.d. c.ii.Sed dic ꝙ non debeor haberi pro confeſſo:quia poſuiſti ſine tempore.& ſi probares ſine tempore,non vinceres.iſtud eſt ſingu.dictum Bal.in .l.i.ad fi.C.ſi plures vna ſen.refert,& ſequitur Fran.Crem.in ſing.ſuo.cix. cuius eſt initium:Statuto cauetur ꝙ contumax.de quo dicto dicit ſe lucratum fuiſſe duos ducatos.quod eſt memoria dignum ad intellectum dictę regiæ nouellæ pragmaticæ.

Soliloquium. XCIII.

PRopono tibi hanc quæſtionem ad intellectum alterius regiæ nouellæ pragmaticę,cuius eſt initium:Dubitationem,ſub rub.de termino citandi authorem in cauſa reali.Dicit enim ibi tex.ad fi.ſententiã latam contra reum defenſum executioni mandandam contra authorem ſuum citatum,etiam ſine alio nouo proceſſu. Pone igitur nunc reum ipſum denunciaſſe litem authori ſuo:ſed tamen ipſe reus nunquam comparuit,ſicut nec ipſe author,& reus reportauit ſententiam contra: nũquid ſit exequenda contra authorem.Tu diceres prima fronte ꝙ ſic per tex.dictæ regię pragmaticæ ad fi.Dicas tamen,ꝙ nõ.Nam præpõderat culpa ipſius

emptoris non comparentis. iſtud eſt ſingu. dictum Bald. in. l. i. C. de peri‑ cu. & com. rei ven. Refert, & ſequitur Fran. Crem. in ſing. ſuo. lxxxvii. cu‑ ius eſt initium: Si emptor citatuſ. Ex quo infertur ipſum reum debere cō parere in iudicio, vt poſſit ſententia contra eum lata executioni mandari cōtra ſuū authorē laudatū vigore dictæ regię nouellę pragmaticę. & hoc eſt memoria dignū ad eius itellectū: & quoti die poſſet ex facto incidere.

Soliloquium. XCIIII.

VOlo tibi tradere vnam fallentiam ad conſtitutionem regni editorum de literis citatoriis, ibi enim dicitur, citationē debere eſſe vnā, quæ peremptorium continebit. Sed non habet locum, ſi citatur perſona potens. nam tunc ſufficit vnica citatio, etiam non peremptoria. ita ſingu. dixit Ioan An. in c. non minus de immunita. eccle. quem ſequitur Bald. in. c. i. in prin. in. ii. col. de mil. vaſal. qui contu. eſt. & d. Felin. in. c. ii. in. v. col. de teſti. refert, & ſequitur. d. Hipppo. Marſi in ſingu. ſuo. xci. cuius eſt initium: Regulariter ad hoc.

Soliloquium. XCV.

EX quo mulieres in regno non contrahunt abſq; conſenſu mūdualdorum, vt ſępe diximus in multis Soliloquiis. Quæro an valeat contractus, ſi mundualdus habuerit conſcien tiam, licet non conſen ſerit? Dicas q; ſic. caſus eſt ſing. in. §. emphiteoſis, vel hypotheca in auten. de alie. & emphi. ſm Ro. in ſingu. ſuo. 788. cuius eſt initium: Statutum dicit.

Soliloquium. XCVI.

TRibuta eſt facultas marito vxorem in ipſo actu adulterii deprehendenti tam adulterum, quam vxorem occidere, nulla tamē mora protracta, vt dicit tex. ad literam in cōſtitutione regni, ſi maritus de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ. Quæro igitur de ratione dictę cōſtitutionis? Dicas rationem poni a iureconſulto in. l. ii. §. initium ibi: vt morte virginis contumeliam ſtupri arceret. ff de origi. iur. & eadem ēt ratio eſt in patre occidente filiam adulteram. vt ibi dicit tex. loquens in patre. refert, & ſequitur Roma. in ſingu. ſuo. 749. cuius eſt initium: Quæ fuit ratio q; l. Ex quibus corelarie infero poſt interfectam vxorem, vel filiam non poſſe patri, vel marito ſtuprum in opprobrium allegari.

Soliloquium. XCVII.

MVltoties meminimus in præcedentibus Soliloquiis, vt in. xii. in. xxix. & xcii. regiæ nouellæ pragmaticę, quinta die per quā pars debet reſpondere poſitionibus per verbū credit, vel non credit. Pone q; pars quæ vult reſpondere, petit dari ſibi terminum ad delibe rate reſpondendum, nunquid debeat ſibi dari? videtur q; ſic per. l. qui interrogatur. ff de interrogato. actio. l. iuſiurandum: & ad pecunias. ff. de iureiuran. In contrarium eſt veritas in caſu noſtro, in quo tenetur reſpondere per verbum

credit

credit,vel non credit.nam tunc ſtatim poteſt cogi ad reſpondendũ. Glo. eſt ſingu.in.c.quoſdam.in Glo.fin.in vet.Credo.extra de præſump. quæ reddit rationem.contraria loquuntur,quando vellet reſpondere per verbum aſſertiuum. refert, & ſequitur Roma.in ſingu.ſuo.689.cuius eſt initium: Parti reſponſuræ. quod eſt memoria dignum ad intellectum dictę regiæ pragmaticæ.

Soliloquium. XCVIII.

REtento eodem themate,de quo in præcedenti Soliloquio: videlicet vt teneatur reſpondere per verbum credit,vel non credit. Pone ꝙ quis dicat,& iuret ſe neſcire veritatem poſitionis.& ideo nolit reſpondere. An per iudicem compelli poſſit, vt reſpondeat per verbum credit, vel non credit? Dicas ꝙ ſic: cum talis reſponſio æque præiudicet, ſicut per verbum aſſertiuum facta foret.ita ſingulariter concludit Archidiaco. xc.d.in.c.Ponderet.refert,& ſequitur Ludoui.in ſingula. ſuo.688. cuius eſt initium:Siquis a iudice.& hoc etiam eſt memoriæ cõmẽdãdũ in actu practi.o pro intelligentia dictæ regiæ pragmaticę.

Soliloquium. XCIX.

NOtandus eſt hic caſus,quia ſolet quotidie ex facto incidere. Inter alia edicta,quæ in ingreſſu officii ſolent magiſtratus paſſim edere, eſt & hoc etiam: videlicet Nequiſpiam abſque mandato pro aliquo in iudicio compareat, aut litiget. Non obſtante huiuſmodi edicto aliquis ſine mandato litem exercuit,magnuſq; eſt cum eo fabricatus proceſſus: quo ſic fabricato comparuit principalis,& ratificauit factum ab illo abſq; mandato: ſed pars aduerſa dicebat proceſſum nullum. Quæritur modo quid iuris? Dicendum videtur prima fronte proceſſum fore validum ob ſubſecutam ratihabitionem per.l.ſi tutor.C.in quibus cau.in integrum reſtitu.non eſt neceſſ.&.l.licet.C.de procura.in contrarium eſt veritas in caſu noſtro.iſta eſt ſingula.authoritas Bald.in.l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.alleg.text. bene probantem in.l.ſi vero non remunerandi.§. ſi poſt creditam.ff.manda.ſm Ludo.Ro.qui iſta refert,& ſequitur in ſuo ſingu. 679.cuius eſt initium:Tu audiuiſti.l.Si tutor.

Soliloquium. C.

NOn loquor de laico morante in excommunicatione per annum: quia contra eum eſt prodita pœna, de qua per.c. regni. cuius eſt initium: Siquis in excommunicatione, ſub rubrica de morantibus in excõmunicatione: ſed loquor de clerico cõmorante in excõmunicatiõe: per annũ:qui poſt annũ poteſt omnibus benefi ciis priuari.xi.q.iii.c. rurſus.&.c.quicunque,quæ declarat Glo.in c. cum contumacia de hæredi. libro ſexto.Sed hoc habet locum,quando fuit excommunicatus pro cauſa criminali: ſecus pro ciuili. tunc enim non poteſt beneficiis priuari,

Ioan.de At, E

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

etiam ſi mille annis ſic ſteterit in excommunicatione. Glo eſt ſingularis in.c. contingit de dolo, & contuma. de qua ibi.d. Anton. facit feſtum magnum, ſm Roma. in ſuo ſingula.ccciii. cuius eſt initium: De hoc heri fui interrogatus.

Hic Deo Opt. Max. authore, ſupraſcripta Soliloquia centenario numero concluſa: ac per menſem vnum abſoluta, finem accipiunt.

Sequuntur eiuſdem Ioannis de Arnono Epitomata ex diuino; & humano iure excerpta.

IOANNIS DE ARNONO DE SANCTO ANGELO Faſanellæ iuris Laureati Epitomata ex iure diuino,& humano excerpta Deo Opt.Max.authore initium ſumunt.

Epitoma. I.

PRodita eſt pœna per conſtitutionem regni.cuius eſt initium: Pœnas.ſub rub. de pœna contra mercatores : ne corruptas merces,& veritas mercatores diſtrahant. Quæro pro intellectu ipſius:num ſit licitum ipſis mercatoribus commiſcere corruptas merces cum incorruptis? Et dico q ſic.tex. eſt celebris in l. omnia.C.de rebus conductis in publicis horreis.& ibi Bar. dicit illum tex. ad hoc eſſe memoriæ cōmendandum:quia contrarium,ſecundum eum, dicerent laici.quod non eſt verum,vt ibi. Et dicit ibi Ang. q facit pro argentariis,qui miſcent ceram corruptam,q eſt eis licitum. refert,& ſequitur Ant.Corſec. in ſing. ſuo ſuper verbo Commixtio. cuius eſt initium: Licitum eſt commiſceri.quod eſt memoria dignum ad intelligentiam dictæ conſtitutionis.

Epitoma. II.

PRoſpicitur per regiam nouellam pragmaticam regis Ferdinandi primi.cuius eſt initium:Inſtantia cauſæ.Non eſſe reſtituendā inſtantiam cauſæ decurſam per negligentiam partis,niſi prius refectis expenſis. Quid ſi propter paupertatem non poteſt ſoluere expenſas:an inſtantia cauſę ſit reſtituenda? Dic q ſic.Iſtud eſt ſing.verbum Bal.in.l.ii.§.ſiquis in iudicio .ff.ſiquis cau.vb: dicit:Si ſtatuto cauetur appellantem debere ſoluere certam gabellam, alias appellatio ſit deſerta: q ſi propter paupertatem non potuit ſoluere gabellam:talis appellatio non erit deſerta. vbi dicit etiam ſe liberaſſe vnū pauperem per.c.licet extra de cenſi.& dicit liberaſſe a pœna furcarum Refert,& ſequitur Fran.Crem.in ſing.ſuo.cxxi. cuius eſt initium:Statuto cauetur: q appellans. & vide Matheſi. in ſuo notabili vlti. cuius eſt initium:Not.q licet paupertas.

Epitoma. III.

PEr regem Ferdinandum primum facta eſt nouella pragmatica.cuius eſt initium:O dia litium.per quam inter coniunctas perſonas de cauſis earum itur ad arbitros:qui procedunt de iure, & de facto. Sed in pronunciando de iure tantum modo quæritur num poſſint arbitri ipſi pronuntiare partibus non citatis. Videtur prima fronte dicendum q ſic. ex quo de iure,& de facto poſſunt procedere. In contrarium eſt veritas: etiā ſi in compromiſſo fuerit dictum arbitros poſſe procedere ad ſententiam

etiam abſentibus partibus.ita Spec.in titu.de arbi.§. excipitur in fi.dicẽs non valere ſententiam hoc caſu partibus non citatis. quod dictũ pro valde not.refert,& ſequitur Io. de Imo. in.c.cum dilectus de arbi.&.d.Alex. in.l.ſiquis arbitratu in.v.col.verſ. Quarto limita.ff. de verbo.obliga.&.d. Feli.in.c.cum olim in.ix. col.de re iudica. & ideo debet dici in compromiſſo arbitros poſſe ferre ſententiam partibus abſentibus, & non citatis. nam hoc caſu bene valebit ſententia partibus non citatis ſecundum doc. in dictis locis.refert, & ſequitur.d.Hip. Marſi.in ſuo ſing.clxxiii. cuius eſt initium:Fiunt quotidie compromiſſa.vbi dicit hoc eſſe practicabile. Manda igitur memoriæ tam in concipiendis compromiſſis ex forma dictæ regiæ pragmaticæ, q̃ aliis voluntariis,vt tribuatur facultas arbitris proferendi ſententiam abſentibus partibus,& non citatis.

Epitoma. IIII.

TV noſti pœnas proditas contra violentum per conſtitutionem regni,cuius eſt initium: Violentias ſubiectorum, ſub rub. de violentiis circa poſſeſſionem admiſſis. & per alias etiam.l. communes. vt in.l. ſi quis in tantam.C.vnde vi. Sed dictæ pœnæ non habent locum in occupante rem ratione præſumptionis iuris, quod habet in re. & nõ ſolum in proprietate, ſed etiam in ciuili poſſeſſione. excuſatur a dolo,& a culpa, & per conſequẽs a pœna.d.l.ſiquis in tantam.C.vnde vi.& dictæ conſtitutionis.ita ſing.dixit Inno.in.c.cum in officiis.extra de teſtam.quod dictũ pro valde not.refert, & ſequitur Bald. in auten.licentiam in vlti.col.C.de epiſ.& cle.&.d. Bartholameus Veronen. in conſi.ſuo.iiii. cuius eſt initiũ: Viſa querela.in vltimis verbis. Refert, & ſequitur.d.Hip.de Marſi. in ſuo ſing.clxvii. cuius eſt initiũ: Violentus inuaſor. vbi ponit exemplum poſt Bal.in eccleſia occupante poſſeſſionem rei:quæ re vera pertinet ad hæredem prælati. Nam eccleſia non incidit in aliquam pœnam. nam ratione præſumptionis iuris,quam habet eccleſia pro ſe excuſatur, vt ſupra idem a paritate rationis dici poſſet in priuato.quod eſt not. verbum ſecundum .d.Hip. in præall.ſing.Et nunc mihi ex facto incidit.

Epitoma. V.

IN Soliloquiis noſtris,Soliloquio.xciii.cuius eſt initium: Propono tibi hanc quæſtionem,meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ, dubitationem de termino citandi authorem in cauſa reali. Pro cuius intelligentia quæro, num denuntiatio de lite mota emptori poſſit fieri venditori quolibet tempore? Dicas q sic.l.ſi rem.§.quolibet tempore.ff.de euictio. tamen ſi eſt in cauſa concluſum, non poterit fieri. elegans eſt Glo.in.d.l. ſi rem.§.quolibet tempore.quam reputauit ſing.Bal.in.l.ii.alias fi.C. de vſur. rei iudi. Refert, & ſequitur Barba. in repe.c.paſtoralis de cau.poſ. & prop. ſecundum Anto.Corſec. in ſuo ſing. cuius eſt initium: Denuntia

tio.quod eſt memoria dignũ ad intellectum dictæ regię nouellæ pragmaticæ:quæ quotidie ex facto incidit.

Epitoma. VI.

IN eiſdem noſtris Soliloquiis, Soliloquio.xxxiii.&.lxxii. meminim' capituli regni,quo proſpectum eſſe nouimus iuſdicentem ex officio,tã etſi nullus accuſator appareat,procedere poſſe cõtra inferentes offenſiones,violentias, & iniurias pupillis inter alias perſonas. De quibus ibi quęro,num illud capitulum intelligatur indiſtincte de quibuſlibet pupillis? Dicas ꝙ non. Sed ꝙ de illis tantum pupillis qui pauperes ſunt,& nõ aliter:quia iſto caſu dicuntur eſſe miſerabiles.ita not.decidit Cardina. Zabarel.& Ioan.de Imo.in.c.ſignificantibus de offi.delega. Et eodem modo dictum capitulum regni loquens de vidua, intelligendum eſt de vidua paupere.per id quod legi.& not.in.d.c.ſignificantibus.Et licet dicti doct. quos ſupra citauimus,hoc non dicant,tamen hoc voluit in terminis Spe. in titu.de inſtrumen.editio.§.nũc vero aliqua. verſi. & ſcias.ii.Et ideo abſolute viduę & pupilli non enumerantur inter miſerabiles perſonas. vt patet in rubrica,quando imperator inter pupillum,& vidu. vel miſerabiles &c. Nam dictio iſta vel ponitur inter diuerſa.l.hęc verba ille..ff.de verbo.ſigni.refert,& ſequitur conſulendo.d.Alex.in conſi.cxxi.cuius eſt initium:Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio.viſo proceſſu in vlti. col.ad fi.lib.i.quod eſt memoria dignum ad intellectum dicti capituli regni.

Epitoma. VII.

IN.viii xx.&.xxvii. Soliloquio noſtro, diximus cauſas in regno hoc Siciliæ eſſe ſummarias. ſed in cauſis ſummariis,vt ſcitis,licet non requiratur libellus, requiritur tamen talis qualis petitio,vt reus deliberet,an velit cedere,vel contendere,iuxta regiam nouellam pragmaticam primam in ordine.cuius eſt initium:Diſpendia litium. Nunc quæro, num actor, qui produxit ſupplicationem cum reſcripto abſq; alia formali petitione tali quali ſit admittendus?Quilibet forte prima fronte diceret ꝙ non. nã (vt dictum eſt) dicta regia pragmatica exigit talem qualem petitionẽ. At tamen in contrarium eſt veritas.nam in cauſis ſummariis ſufficit producere reſcriptum petitionis loco.vt not.Inno.in.c.dudum.ii.de electio.Spec. in titu.de libel.concep.§.nunc dicendum. verſi.vi.& in titu.de præben. §.i.ad fin.& Bal.& Ioan.de Imo.in.l.ſi quis filio exhæredato.§. ii autem .ff.de in iuſ. rup.& irrito teſtamẽ.not.doc.maxime Anto.de But.in.c. pręterea de dila.bene facit id quod habetur in Clemen.ſæpe.de verbo. ſignifica.refert,& ſequitur conſulendo.d. Alexan.in conſi.ſuo.cci.cuius eſt initium:In cauſa,& lite vertente inter magiſtrum Petrum in princi.in.ii.,lib. quibus addo moder.Papien.in.l.Dubium non eſt.in.ii.col.C.quando libel.principi datus facit litis conteſtationem.vbi reddunt rationem, quia

in cauſis ſummariis,cum in illis procedatur ſummarie,& de plano,non re quirit ſolēnis libellus:ſed ſufficit talis qualis petitio. vt in.d.regia nouella pragmatica.& hic caſus eſt memoria dignus,qa quotidie ex facto incidit.

Epitoma. VIII.

OCcidens aliquem,vltore gladio,pœnam ſuſtinet capitalem per cōſtitutionem regni:Terminum vitę,de homicidiis puniēdis, de qua in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.lxxxix.& xc. fecimus mentionem.ſed non habet locum in illo,qui mandato alicuius quempiam occiderit.nam damnatur in metallum,& morti ciuili traditur.vbi alias ſine mādato morti naturali traderetur.vt eſt caſus in.l.ſeruus.C.ad.l.Iul.de vi.refert,& ſequitur Bartholameus Veronen.in cautela ſua.xli.cuius eſt initium:Not ꝙ licet mandatum.vbi dicit hoc eſſe perpetuo not.propter eum, qui mandato tiranni aliquem occidit.nam licet non excuſetur,pœna tamen mitigabitur:quia morti naturali non tradetur ſm Bar.& Salice. in.d.l.ſeruus. & dicit hoc eſſe not. vt ſcias adiuuare illos qui interficiunt homines de mandato dominorum ſuorum.

Epitoma. IX.

QVi in cauſa ſcienter producit teſtem falſum,vel alias ſcripturas, ipſo iure cauſam perdit niſi intra octo dies poſt publicatum proceſſum continuo ſequentes,renunciauerit coram iudice talis teſtis depoſitioni.tex.eſt ad literam in regia nouella pragmatica.cuius eſt initum: Teſtē falſum.Sed tu ad euitandum falſitatem, & vt non tenearis de falſo pro vſu dicti teſtis,vel ſcripturarum,vtere conſilio Bal.in.l.fi.C.ſi ex fal.inſtru. vt facias actum coram iudice,ex quo non poſſit comprehendi, ꝙ reputes ſcripturas, vel teſtes falſos : quia eſſet, diffamare te,& teſtes, & Tabellionem:& ponere te,& illos in diſcrimen.Sed dicas te non reputare tibi hos teſtes,vel talem,& talem teſtem,vel de talibus inſtrumentis, ſeu ſcripturis non curas,& vſui cedis.vt dicit Bal.in.d.l.fina. Et ſic euitabis pœnam falſi,& diffamationis tuæ,& aliorum.refert,& ſequitur Bartholameus Veronenſis in cautela ſua.cuius eſt initium:Communiter in cauſis. vbi tamen conſuluit melius eſſe,ſi id fiat per procuratorem.vt ibi per eum.

Epitoma. X.

REgulanter res litigioſa vendi non poteſt,vel alienari.vt in.l.vlti. & per totum.C.de litigio.& in.c.i.extra de confir. vti. vel inuti. & ſignanter in regno eſt proſpectum per conſtitutionem. cuius eſt initium:Eorum fraudibus.ſub rub.de alienationibus rerum in iudicio deductarum.Sed talis prohibitio non procedit, ſi iuſſu, vel licentia iudicis fiat alienatio. vt eſt caſus in.l.diuus ad fi. prin.ibi . Sed res tempore perituras permittere debet prætor &c.ff.de peti.hære.& ibi ad hoc not.Ang. dicēs per illum tex.limitari omnia iura dicentia rem litigioſam pendente iudi-

cio alienari non poſſe:quia de iuſſu, & licentia prætoris ſemper alienatio fieri poterit.Ref ert.& ſequitur Bartholameus Veronen.in cautela ſua. cu ius eſt initium: Res litigioſa.vbi in fi.ponit aliam limitationem.ſ.quādo eſt iudicium vniuerſale,& controuerſiam paſſus idonee ſatiſdedit ſecundum formam.d.l.Diuus.quas etiam duas limitationes cum aliis non parum multis ponunt moder.Parthenopei in all.conſtitutione Eorum fraudibus.Et ſunt memoria dignæ ad dictum titulum de litigioſis.C. & ad dictam conſtitutionem eorum:cum quotidie poſſint ex facto incidere.

Epitoma. XI.

PLuries & pluries in Soliloquiis noſtris meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ:Quinta die.qua inter cætera cautum eſt,poſitiones, quibus non fuerit reſponſum per verbum credit vel non credit,ipſo iure,pro confeſſatis haberi, vt barbaris verbis illius vtar. Volo igitur tibi declarare illud verbum Ipſo iure:id eſt non per ſententiam. vt not.in.l.ii §. ſed qui veremur alias ꝙ ſi actor.C. de iura.cal. & in.c.ii.de confeſ in.vi. & habetur in auten. vt litigantes iurent in prin.colla.ix. Nam ſi non eſſet appoſitum illud verbum ipſo iure,requireretur ſententia contra non reſpondentem,vt poſſet haberi pro confeſſo ſecundum Bartholameum Veronenſem in cautela ſua.cuius eſt initium:Quando actor,ſeu reus.

Epitoma. XII.

SVpra in.v.Epitomate,& in Soliloquiis noſtris,Soliloquio.xciii. meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ.cuius eſt initium: Dubitationē de termino citandi authorem in cauſa reali. per quam tu habes ad finem illius,ſententiam latam contra reum defenſum , executioni mandandam contra authorem laudatum ſine alio nouo proceſſu.Quæro igitur de intellectu iſtorum verborum?Et dico: Hæc verba cum miniſterio iuris non paruo fuiſſe appoſita.Nam abſq; his verbis , emptor non potuiſſet prius agere ad deducta in contractu,& ad pœnam contra venditorē, niſi prius res empta,& euicta ſibi ab ipſo ſit abdicata,& reſtituta euincenti.nec ſufficit ꝙ fuerit condemnatus ad reſtitutionem,niſi reſtituerit.tex eſt cū Glo. not.in.l ſi ſeruum in ver. abeſt.ff. de actio.emp. & in.l. euicta.§. ſi de euictione. vnde niſi fuiſſent appoſita dicta verba in dicta regia pragmatica, emptor debuiſſet expectare quouſq; res euicta ab ipſo fuiſſet ablata. per prædicta,quæ refert,& ſequitur Bartholameus Veronen.in cautela ſua.cuius eſt initium: Nota ꝙ emptor.quæ ſunt memoria digna ad intellectum dictæ regiæ nouellæ pragmaticæ in actu practico.

Epitoma. XIII.

VIdiſti regiam nouellam pragmaticam.cuius eſt initium:Statuimus, ſub rub.de refrenatione teſtium.per quam tu habes inter cætera omnem examinationem teſtium debere fieri per extenſum : & non per vera

eſſe.Nec dixit vt proximus.pœna etiam de qua ibi examinatori imminẽte,ſi maiorem numerum accepit,q̃ qui ab illa regia pragmatica fuerit tributus.Et ratio,quare examinatio debet fieri per extenſum, & nõ per vera eſſe.nec dixit vt proximus eſt,quia quando loquuntur teſtes vno, & eodẽ ſermone præmeditato,dicuntur ſuſpecti.l.iii.§.ideoq; Diuus.ff.de teſti. & illum tex.ponderat Bar.& doc.Sed tu limita dictam regiam pragmaticã ſecundum Bal.in titu.de pace conſtantię.ſuper ver.ſi.vbi dixit hoc procedere,quando teſtes ſunt ſuſpecti:ſecus ſi ſunt bonæ famę: quia per dictos teſtes ſic deponentes probabitur.all.Io.An.in.c.nihil de ver.ſig. refert,& ſequitur.Fran.Curtius in ſuo tractatu practicabili de teſtibus in.xiiii.concluſiõe.vbi dicit hoc eſſe not.ppetuo ad limitationẽ huius dicti de pręmeditato ſermone.& tu no. ad limitationẽ dictę regię nouellę pragmaticę.

Epitoma. XIIII.

IN tractatu, quem edidimus Soliloquiorum noſtrorum, Soliloquio .xxxvi.cuius eſt initium:Cap.regni.meminimus cap.regni,Ludouicus & Ioãna &c.Nouiter noſtrę maieſtati &c.ad vnũ finem,vt ibi diximus. Nunc vero adhuc de eodem ad alium effectum , & notabiliorem in hoc .xiiii.Epitomate verba faciemus.Eo igitur cap. cautum eſt vſurarium reſperſum infamia poſſe conuinci de vſuraria prauitate per tres teſtes fidedignos.Quæro nunc pro intellectu illius, an teſtes illi tres pręſumantur fidedigni:an vero ſit capitulandum , & probandum illos eſſe fidedignos per producentem?Dicas q; Ang.in.l.tabularum quidam autẽ.ff. quemadmo.teſta.ape.dixit probandum eſſe per producẽtem eos eſſe fidedignos: alias producens ſuccumbet.idem ſequitur Ang. Are.in §.item verborum inſti.de inuti.ſtipula.ita conſuluit Alex.in conſi.ſuo.lxxxii. cuius eſt initium:Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio.In cauſa vertente inter Petrum Io.de Dotiis in.i.col.verſus ſi.ibi.Pro hoc bene facit in.i. libro,& in conſi.xliiii.in.iiii.lib.& Fran.Cur. in ſuo practicabili tractatu de teſtib. in .xxxv.conclu.cuius eſt initium:Si in diſpoſitione aliqua.quod eſt perpetua.memoria dignum ad intellectum dicti regni capituli in materia vſurarię prauitatis iuxta conſtitutionem regni vſurariorum de vſurariis puniendis contra latrunculatores,& tyrannos noſtri temporis ſitientes ſanguinem humanum,non vt vſurę reſtituantur, ſed potius vt ſuis commodis bona hominum applicent. ex quo per dictam conſtitutionem vſurariorum prodita eſt pœna publicationis omnium bonorum.De cuius quidem conſtitutionis validitate alias forte in eiſdem noſtris Epitomatibus ſermonem habebimus,& concludemus audacter iudicem laycum fuiſſe, & eſſe penitus incompetentem in materia vſurarię prauitatis: cum illa ad eccleſiaſticum iudicem ſpectare dignoſcatur. Opponas ergo per prędicta facta concluſione in cauſa in allegationibus iuris contra latrũculatores,

& tyrannos

& tyrannos noſtri temporis:& dicas dictos tres teſtes non probaſſe, cum probatū non ſit eos eē fidedignos. & ſic obtinebis contra eos quos ego, & hoc auſim etiam ſub religionis iuramēto affirmare, ſemper ab ineunte ætate odio proſecutus ſum in quoſq;,ſi mihi tributa fuiſſet animaduertendi facultas,hercle tyrannidem eorum penitus,& radicitus extirpaſſem.

Epitoma. XV.

Extantibus maſculis, filia fœmina non ſuccedit, ſed maritatur de paragio.vt eſt proſpectum per conſtitutionem regni. cuius eſt initium: In aliquibus de ſucceſſione filiorum comitum, vel baronum. Quæro, an etiam excludatur ſororis filius,in quo non cadit dos.Bal.ſing.in.l.penul. ad fi.principii.C.de inofficio. teſta.tenuit ꝙ non.& hanc deciſionem pro mirabili refert.d Iaſ.in.l.qui ſe patris.col.vlti.circa medium.C.vnde libe. eamq; pro ſing.adducit acutiſſimi ingenii vir.d.Fran.Are.in.l. Gallus.§. nunc de.l.velleia.in vlti.col.ante fi.ff.de libe.& poſthu. vbi declarat quomodo poſſit procedere.Refert,& ſequitur.d.Catel.Cotta in ſuis memoralibus in ver. ſtatutum, quod frater excludat.vbi dicit hoc eſſe memoria dignum ad intellectum ſtatuti Mediolanenſis,in rubrica de ſucceſſionibus ab inteſtato,capitulo vndecimo,& tu dicas eſſe memoria dignum ad intellectum dictæ conſtitutionis in aliquibus.

Epitoma. XVI.

QVia hic caſus,quem nunc attingo,ſolet ſæpiuſcule ex facto incidere:ideo illum libuit in hoc.xvi. Epitomate poſuiſſe. Clarum eſt in regno mulieres non poſſe contrahere ſine conſenſu mundualdorum: vt diximus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.xv. & duobus aliis ſequentibus.Proindeq̄ quæro,num poſſit mulier teſtari ſine conſenſu mundualdorum? Et dico ꝙ ſic.etiam ſi expreſſe diceretur in regno ſine eis non poſſe mulieres teſtari:quia ſtatutum,ꝙ vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri,non valet.Nam aufert liberam teſtandi facultatem.ita ſing.Pau.de Caſtro.in.l.ex facto.in prin.in penul.not. per illum tex.ff.de vulga. & pupil. vbi refert ſe ita conſuluiſſe.& cum Paulo concordant magis communiter ſcriben.vt ibi late per.d.Iaſ.in.vii.not.vbi tamen tenet contrarium. & dicit ꝙ contrarium conſuleret, & iudicaret. Sed illam deciſionem Pau.pro ſing.approbat,& ſequitur idem.d.Iaſ.in.l.non idcirco.C.de codicil. & in.l.ſtipulatio,hoc modo concepta in.i.not.ff.de verbo. obliga. refert,& ſequitur.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus.in ver. ſtatutum ꝙ vxor nō poſſit teſtari.vbi dicit hoc eſſe memoria dignum ad ſtatutum Mediolani, ſub rub.de ſucceſſio.ab inteſta.c.xxiii. cuius eſt initium: Vxori liceat.vbi tñ adducit in contrarium Bal. in loco ibi per eum citato, in ſtatuto communis Aſſiſii.vbi Bal.concludit valere ſtatutum. Sed non eſt recedendū a Paulo de Caſtro.poſteaq̄ cum eo ſcribentes magis communiter concor-

F

no vidit il
author aff
Indicis. 250

dant. vt ex ſupradictis patet. Et propterea nemo mihi iure ſuccenſeat ſi ſequendam non cenſeam ſententiam doctorum in regno contrariam.

Epitoma. XVII.

EST quædam conſtitutio in regno. cuius eſt initium: Quicunq; mulierem, ſub rub. ſiquis mulieri violentiam patienti, & clamanti non ſuccurrerit, puniens non ſuccurrentem mulieri patienti, & clamanti in pœna, de qua ibi. Quæro pro eius intellectu, num comprehendat ciuitatem, vel caſtrum, vel hæreditatem iacentem? Bal. ſing. in. l. omnes populi, in penul. col. verſ. ſed nunquid ſub illo. ff. de iuſti. & iur. tenuit q; non: quia ſtatutũ loquens per dictionem ſiquis, non comprehendit ciuitatem, vel caſtrum, vel hæreditatem iacentẽ: quia ſunt perſonæ fictæ, & repreſentatæ: ad quas non extenditur ſtatutum. & eſt egregia, & ſing. deciſio ſecundum. d. Iaſ. in. l. ſiquis maior. in. iii. not. C. de tranſac. vbi tamen multis mediis eam reprobat, contrarium dicens ſe conſuluiſſe. Ego tamen non recederem a deciſione Bal. tum propter eius authoritatem, tum etiam propter rationem ſuam. Et dico hanc deciſionem eſſe memoria dignam ad intellectum dictæ conſtitutionis quicunq; quæ licet vſa fuerit dictione quicunq;, & non dictione ſiquis: tamen ambæ hæ dictiones eædem ſunt ad effectũ de quo quæritur: ut patet ad ſenſum. Et non ab re cenſeo hoc eſſe memoria dignũ ad dictam conſtitutionem. Nam ſæpe vidi magiſtratus meæ patriæ impetere, & moleſtiam inferre illi, q̃obrem patienti, & clamanti non ſuccurrerit. quia, vt ex his patet, talis conſtitutio patriam non comprehendit.

Epitoma. XVIII.

VLpianus iureconſultus, rompheam inter arma connumerauit in. l. iii. §. Armis. ff. de vi. & vi arm. licet apud eum ſciolus quidam rombore repoſuerit. & eſt gladii gen⁹. de quo Val. Flac. argo. vi. Aequaq; nec ferro breuior, nec romphea ligno. Et licet Val. Flac. mediã corripiat, Claudianus tamen produxit hoc carmine: Sic ſternat geticas victrix romphea ſagittas. quod nota ad capitulum regni. cuius eſt initium: Siquis cũ Roncha de armis acutis. Sed reponas Romphea.

Epitoma. XIX.

TV regnicola ſcis diſpoſitionem conſtitutionis regni. cuius eſt initium: Omnes noſtri regiminis, ſub rubrica de violentia meretricibus illata. per quam habes meretrices volentes, & non inuitas tuæ poſſe impune ſatisfacere voluntati. vt probatur ibi per Ar. a contrario ſenſu, dũ dicitur: Nullus eas cõpellat inuitas ſuæ ſatisfacere voluntati. Finge nunc pro intellectu illius nos eſſe in aliqua meretrice coniugata: nunquid etiã volens poſſit impune tuæ ſatisfacere voluntati? Et prima fronte videtur dicendum q; ſic. Primo per tex. dictæ conſtitutionis a contrario ſenſu. Secundo per illam regulam quę ſe habet: q; ſcienti, & conſentienti non fit

iniuria,neq; dolus.de qua in regula:Scienti de regu.iur.lib.vi.& in.l.i.§.ff.de actio.emptio.Sed in contrarium eſt veritas.Nam prædicta conſtitutio loquens de meretricibus,non vendicat ſibi locum in meretricibus cõiugatis.dictum eſt ſingula.Ioã.An.in ſua ad Specu.paraphraſi,imo mauis additione,in rubrica de iniuriis,& dãno dat.vbi decidit q̃ ſtatutum permittens meritrices percuti,non habet locum in coniugata.argu.text.in.l.vxori.§.i.ff de adulte.vbi matrimonium in meretrice conſideratur.ita q̃ locus eſt accuſationi adulterii.& hanc limitationem reaſſumunt certatim do. Alex.& Andr.Sicul.in.l.conſentaneum in paraphraſi ad Baldi monumenta.C.quomodo,& quãdo iudex.refert,& ſequitur.d.Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Meretrix.Et hoc eſt memoria dignum ad limitationem dictæ conſtitutionis:Omnes in actu practico.

Epitoma. XX.

SVpra in.xv.Epitomate meminimus cõſtitutionis regni In aliquibus.per quam habes.q̃ extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedit:ſed maritatur de paragio.Quæro,num ſufficiat momento temporis maſculũ vixiſſe,vt filia dotata perpetuo excludatur.& dico q̃ ſic.ita ſingu. decidit Bal.in l.in quibus.ver. Sed hic concurrit alia queſtio.C.de ſecun.nup.per Glo.ibi.vbi dicit q̃ ſtãte ſtatuto,q̃ filia dotata extãtibus maſculis,nõ ſuccedat:ſufficit momento temporis maſculum vixiſſe,vt filia dotata perpetuo excludatur:niſi ſtatutum requireret perſeuerantiam liberorum: vt per eum cum his quæ pulchre ex facto cum incidiſſet ſcripſit.d. Marianus Sõci.conſ.v.cuius eſt initium:Præſens conſultatio in.i.lib. & ſequitur etiam d.Alex.conſi.xxix.incip.Quoniam abunde,circa fi.in.i.lib.refert & ſequitur,& aliis authoritatibus non parum multis cõfirmat.d. Catellia. Cotta in ſuis memoralibus , in ver. momentum. Quod eſt memoria dignũ ad intellectum,immo mauis ampliationem dictæ cõſtitutiõis:In aliquibus.

Epitoma. XXI.

DIxi in Soliloquiis meis,Soliloquio.iii.me in ciuitate Salerni publico ære conductum octo iam annos in iure pontificio publicum legendi munus obiuiſſe: q̃obrem cum ex dicto legẽdi munere,laudem nõ mediocrem,& gloriam,atq; vtilitatem ſim aſſequutus,in laudem,& honorem illius ſtudii propono tibi hanc quæſtionem:quia ſæpe ciuitas illa turbatur per ciuitatem Parthenopeam ſuper ſtudio legalis ſapientiæ , q̃ non habeat priuilegium publici ſtudii legalis.& vidi quandoq; de hoc fieri acerrimas cõcertationes.Nam ad illud Salernitanum Gymnaſiũ confluũt vndiq; legum ſcolaſtici,vt hauriant doctrinam ex fonte vberrimo celeberrimi viri.d.Ianicolę vicarii Salernitani patritii,ætate noſtra ſine controuerſia iuriſconſultorum iuriſconſultiſſimi.Num ex quo non habet priuilegiũ poſſit inibi publice legi in legali ſcientia:vbi tamen ſemper lectum eſt a

tanto tempore,cuius initii memoria hominum in contrarium non exiſ-
tit? Et dico ꝙ ſic.per id quod ſingu.dicit Bal.cõſi.lxxvii.cuius eſt initiũ:
Verba Cini in vlti.lib.vbi conſuluit ꝙ ſtudentes Mediolani dicuntur ſtu
dere in loco approbato:quia Mediolanum,ex coſuetudine cuius contra-
rii memoria non exiſtit,intelligitur apud ſe habere ſtudium generale. re-
fert, & ſequitur.d.Catellia. Cotta in ſuis memoralibus in ver. Mediola-
num. Quod dicit eſſe memoria dignum ad multa.& maxime ad ea,
quæ tractantur per doct. de ſtudiis generalibus in præfatione digeſtorũ
ad ſi.Quod ego confirmo,etiam ſi tale priuilegium eſſet de regalibus, &
de ſpectantibus ad principem,& de reſeruatis eidem in ſignum ſpecialis
priuilegii.per id quod not. Panhor.in.c.ſuper quibuſdam.in.§. præterea.
extra de verbo.ſigni.vbi ex illo tex.not.vnum ſemper memorię cõmen-
dandum.nec alibi ſe legiſſe atteſtatur ita clare ꝙ reſeruata principi in ſi-
gnum ſpecialis priuilegii poſſunt acquiri conſuetudine tanti temporis,cu
ius initii memoria in contrarium non exiſtit. Ex quo ibi cotelarie infert
dominos inferiores,& ciuitates poſſe pręſcribere poteſtatem legitimandi
ſpurios. Item reſtituendæ famæ creandi Tabelliones, & alia id genus.
Quæ cum ſint memoria digna,libuit in hoc.xxi.Epitomate poſuiſſe.

Epitoma. XXII.

QVia in Soliloquiis noſtris Soliloqo.xviii.&.lxxix.diximus in mul
tis regni partibus,& quaſi vbiq; vigere cõſuetudinẽ, vel ſtatutũ,aut
pactũ,vt muliere decedẽte ſine filiis,maritus lucret dotẽ,vel certã partem
ipſius. Proinde q̃ro,ſi marit⁹ vxori infirmę nõ ſubuenit de alimẽtis,medi
cinis,& aliis neceſſariis:vt de bono medico,num priuetur commodo do
tis,q̃d ad eum pertinet ex conſuetudine,ſtatuto,vel pacto? Et dico ꝙ ſic.
ita ſingu.not.Bal.in.l.quod in vxorem.C.de nego.geſt.& pro ſingu. ci-
tat,& ſimpliciter ſequitur.d.Alex.in.l.i.in vlti.col.C.vnde vir,& vxor. &
in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir in.ii.nota.ff.ſolu.matri.vbi limitat,& dubitat de
veritate:tamen Baldi authoritas ſecundum eum eſt magna:quæ non ha-
bet contradicentem.Et vltra prædictos adde ꝙ idem conſuluit Bal.conſ.
liii.cuius eſt initium:Quædam domina Richabella in.v.lib.vbi ampliat
ſingu.etiam ſi mulier eſſet excommunicata.

Epitoma. XXIII.

CVm in regno hoc cauſæ ſint ſummariæ, vt abunde probauimus in
Soliloquiis noſtris,Soliloquio.viii.xx. & xxvii. & meminimus ſu-
pra in.vii.Epitomate.Quæro,num petito,& obmiſſo etiam in cauſis ſum
mariis iuramẽto de calumnia ꝓceſſus ipſo iure reddatur nullus? Dico ꝙ
ſic.ita concludit Mateſ.notab.lxv.cuius eſt initium:Nota ꝙ ſtatutum. &
latius Ludo.Roma.ſing.cccc xxv.incip.Tu habes per caſum expreſſum in
.§.cæterum.extra de iuramen.cal.Quod eſt memoriæ cõmendandum ad

inualidandum aliquem proceſſum, in quo fuiſſet petitum, & obmiſſum iuramentum de calumnia.

Epitoma. XXIIII.

INter cæteros effectus, quos operatur iuramentum, eſt ꝙ ſi iudex admiſit aliquem ad actum alias prohibitum, puta ad probandum per teſtes poſt publicatum in cauſa, ſub conditione ſi iurauerit non habuiſſe eorũ notitiam, ſubintelligitur alia conditio: videlicet, ꝙ verum ſit. & ideo ſi probaretur poſtea, ꝙ habuit eorum notitiã, actus eſt nullus. ita ſing Pau. de Caſt. in .l. cum patruo. C. communia vtriuſq; iud. & pro ſing. commẽdat ad multa. d. Feli. in. c. ii. col. iiii. verſ. Clauſula ſi preces &c. extra de reſcrip. Quod eſt memoria dignum ad regiam nouellam pragmaticã. cuius eſt initiũ: Quãdoq; ſolẽt partes. ſub rub. de teſtibus, q de nouo ſupueniſſe allegãtur. vt ſi poſt publicatũ in cauſa pars fuerit admiſſa ad ꝑducẽdos teſtes: qa iurauit ſe de nouo habuiſſe notitiã eoꝝ, ſi poſtea appeat, ꝙ habuit eorũ notitiã, talis ꝑductio & examinatio teſtium eſt nulla per ſupradicta.

Epitoma. XXV.

STatuto municipali meæ patriæ, cauetur ꝙ de dãno dato ſtetur iuramẽto damnum paſſi. Sed an contra tale iuramentum admittatur probatio? Dico ꝙ ſic. ita ſing. decidit Ang. in. l. qui vaſ. in prin. per illum tex. ff. de fur. Et pro ſingu. citat. d. Iaſ. in. l. ſi quando, in. iiii. col. C. vnde vi. immo ſi diceret ſtatutum, ꝙ non admittatur probatio in contrarium, adhuc nõ videtur excluſa probatio per euidentiam oculorum. dictum eſt illuſtre Azonis in ſumma C. ad. l. Aquiliam, in antepenul. col. Quod dictum pro ſing. inducit Bal. in. l. contra negantem, in vltimis verbis. C. ad. l. Aquiliã. & pro ſing. citat. d. Iaſon in. l. eum qui. §. in popularibus, in. iii. col. circa medium. ff. de iureiur. & in. l. videamus. §. deferre in vlti. col. in prin. & in. l. vlti. ff. de in litem iuran. Et hoc eſt memoria dignum ad intellectum dicti ſtatuti. Nam ſæpiuſcule ſolet ex facto incidere: vt aliqui videntes ex ſtatuto prædicto municipali ſtandum eſſe eorum iuramento: in eorum animarum diſpendium iurent multo plura damna ſe pertuliſſe, ꝗ re vera pertulerint: vt eorum malitiis occurratur per exceptionem probationis in contrarium faciendæ per euidentiam ſaltem oculorum.

Epitoma. XXVI.

PRo declaratione conſtitutionis regni, cuius eſt initium: Varietates pœnarum, ſub rub. de conſideratione iniuriæ temporis, & perſonæ. Quæro abs te, num actio iniuriarum detur contra coniuges, puta quando maritus atrociter verberaſſet vxorem? Eſt ſingu. quæſtio Ioan. An. in ſua ad Specu. paraphraſi, in titu. de iniuriis, ſuper rub. vbi refert aliquos tenere ꝙ ſic: tamen ipſe putat melius eſſe, ſi vxor agat actione in factum: vt fama mariti illæſa præſeruet. & hoc in ꝓpriis terminis dicit. d. Alex. ꝙ nõ

meminit alibi ſe legiſſe.in.l.diuortio, in.§. ſi vir.in.iii.col. in prin.ff.ſolu. ma.Et putat poſſe inueniri in rariſſimis locis, vt per eum, qui ita refert ſe Paduæ conſuluiſſe.

Epitoma. XXVII.

TAmetſi de iuris communis cenſura nemo cogatur acceptare compromiſſum.l. iii.§. tametſi.ff. de arbi.tamen fallit, niſi ſit coniuncta perſona vtrique litiganti.Bal.ſing.in.l.i.§.quis.per illú tex.ff.vbi pupil.edu. deb.de quo tex.ibi exclamat Bal.Refert,& ſequitur Fran.Cremé.in ſing. ſuo.lviii.cuius eſt initium: Nemo cogitur. Quod eſt memoria dignú ad regiam nouellam pragmaticam:Odia litium.

Epitoma. XXVIII.

MEminimus ſupra in.xxii. Epitomate, in multis regni huius partibus,& quaſi vbique vigere cóſuetudiné, vel ſtatutum, vt vxore decedente ſine filiis, vir lucretur doté,vel partem ipſius. Pone quod hoc municipio caueatur hoc:& vxor eſt Salernitana:vbi eſt contrarium ſtatutú.Moritur vxor in matrimonio.Quæro quod ſtatutum,quæ ue conſuetudo attendatur?Dico quod ſtatutum,vel conſuetudo domicilii viri, & non vxoris valet ad lucrádam dotem.l.exigere dotem.& ibi Bar.Bal.& Ang.ff. de iudi.Bar.in.l.cunctos populos.C.de ſumma trini.pulchre Bal.in auten.Oés peregrini.C.communia de ſucceſ.pulchre in.c.fi.de foro compe.Sed hoc non habet locum,quando vxor duceret maritum ad domum ipſius vxoris:quod eſſet ſignum maximæ triſtitiæ. Nam tunc inſpiceretur ſtatutum domicilii vxoris.ita ſing.dixit Bal.in.l.fi.C.ſi a non compe. iud.Refert & ſequitur Fran.Cremen.in ſuo ſing.lxvi. cuius eſt initium: Statuto Florentino cauetur,quod eſt memoriæ cómendandum ad limitationem dicti ſtatuti,& cóſuetudinis:de qbus toties meminimus:& i Soliloquiis, & in Epitomatibus noſtris.& poſſet ſæpiuſcule ex facto incidere.

Epitoma. XXIX.

PErcuſſor manú cum qua percuſſit,ammittit,ſi percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur.Dicit tex.ad literam,in conſtitutione regni.Siquis aliquem,ſub rubrica de percuſſione illicita cum armis.de qua conſtitutione meminimus in Soliloquiis noſtris Soliloquio.xxiii. cuius eſt initium:Quoniam.Quæro,nunquid percutiens ſeipſum, incidat in pœnam,de qua in dicta conſtitutione: Bal. in procemio Decretalium.in.v. col.ibi.Sed hic quæritur de eo,qui ſtudioſe decidit,quod ſic:quia delinquere in ſe non eſt minus delictum,quam delinquere in alium.vt not.ff de infami.l.atletas.§.Póponius. refert,& ſeqtur.d.Iaſon in.l.i.in.ii. col. C.de ſeruis fugiti.Quod eſt memoria dignum ad ampliationem dictæ conſtitutionis:Siquis aliquem.& alias ex facto incidit in patria mea.

Epitoma. XXX.

QVia hic caſus, quem nunc ſubiicio, ſolet ſępiuſcule ex facto incidere: ideo duxi illum in hoc.xxx. Epitomare diſcutiẽdum. Dixi ſupra in.xvi. Epitomate, mulieres in regno non poſſe abſq; mundualdis contrahere. vt ẽt poſuimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.xv. & duob⁹ aliis ſequentibus. Sed quia ſæpe contingit, vt vocati mundualdi abſq; iuſta cauſa, nolint conſentire. Quæro an ipſæ ſolæ poſſint cõtrahere? Dicas ꝙ ſic. ita determinat Bar. quem omnes ibi ſequuntur. in.l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. mat. cũ multis concor. ibi traditis per.d. Alexã. & vltra eum ponit Panhormi. in.c. nullus de præſumptio. & Sali. in.l. dudum. C. de contrahen. emptio. & propterea dicit opportune Pau. de Caſt. in.l.i. C. vnde vir, & vxor: ꝙ ſi ſtatutum diſponit in contractu mulierum, debere interuenire conſenſum conſanguineorum, ſi adſunt conſanguinei: & rogati nolunt intereſſe, reddunt ſe alienos recuſando per.l. ſi legatario in fi. ff. de fideicõmiſſa. liberta. Mãda memoriæ ad actũ practicum.

Epitoma. XXXI.

CArolus rex Siciliæ in .c. ad hoc ꝙ noſtrorum, ſub rubrica de furtis, cenſuit committentem furtum in rebus ad Auguſtalem vſq; aſcendentibus, fuſtigandum, in fronte ſignandum, banniẽdũq; de tota prouincia. Quæro pro eius intellectu, num debeat adhuc carcerari, donec furtum reddatur. Et dico ꝙ ſic. Nam dicit Bald. in.l. quod euitandi. C. de condi. ob tur. cau. ꝙ ex proceſſu criminali peruenitur ad ciuilem proceſſum ex eadem inſtantia ex officio iudicis. & ideo dicit ꝙ fur, qui criminaliter fuſtigatur, nõ debet de carcere relaſſari, donec furtum reddatur. alle.l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Et propterea dicit ꝙ cuſtodes carcerũ caueant ne ſic condemnatum dimittant, niſi prius ſit ſatisfactum fiſco, & parti. & idem videtur velle Bald. in.l. ea quidem. C. de accuſa. in vlti. col. & idem Bar. in.l.i. §. hoc edictum. in.i. col. ff. vi bo. rap. & idem Bar. in.l.i. quando ciuil. actio præiudi. crimi. cum aliis non parũ multis allegatis per.d. Stepha. Auffretii in ſua paraphraſi, immo mauis additiõe ad capellam Tholoſanam deci.xxii. cuius eſt initium: Item fuit quæſitum, an probato crimine. Eſto memor ad dictum cap. regni: quia ſæpiuſcule poſſet ex facto incidere. Et per ſupradicta habes notabilem ampliationem ad illud: vt nõ ſolũ fur veniat fuſtigãdus: vel etiã cõdẽnãdus ad reſtitutionẽ rei furto ſubtractæ. Et niſi hoc fieret, iudex teneret de ſuo in ſindicatu p p̄dicta.

Epitoma. XXXII.

QVotidie ex facto incidit, vt aliqui conciues mei matrimonium cõtrahant extra proprium domicilium: ineantq; pactum vxoribus, ꝙ ſemper moram trahent in domibus ipſarum mulierum, aut parẽtum, ſuorum certi loci. Quæro, num valeat huiuſmodi pactum? Capella Tholoſana, &.d. Stepha. in ſua ad eam paraphraſi, deciſio, lxxxvii. cuius eſt initiũ

Item fuit quæſitum ſi vir fecit pactum vxori, tenetur ꝙ ſic, niſi aliud viris cótingat excuſabile: puta infirmitas: vel intemperies aeris: vel inimicitię: vt expreſſe tenuit Hoſti. in ſumma de coniugio ſeruo. §. iiii circa fi. ibi: Habes argu. &c. cum aliis ibi allegatis. Manda memoriæ, quia (vt dixi) quotidie ex facto incidit.

Epitoma. XXXIII.

IN partibus noſtris quaſi vbiq; ſunt clerici orientales: qui vulgo clerici Græci vocitantur: quibuſq; permiſſum eſt vxores ducere. iuxta. c. cum olim de cler. coniuga. Quęro, an gaudeant immunitatibus conceſſis aliis clericis occidentalibus: Bal. ſing. in hoc conſuluit, ꝙ non, ſi habent vxores. in conſ. xxxiii. cuius eſt initium: Orientalibus licitum eſt in. iii. lib. Et ideo ſecundum eum hodie remanet correpta. l. ii. poſt prin. in ver. omnibus clericis. C. de epiſco. & cle. Et hęc mandabis memorię ſi ſapis: quia quotidie inſeruient tibi in actu practico.

Epitoma. XXXIIII.

QVamuis armorum vſus vltra iuris cómunis diſpoſitionem. de qua in rubro, & nigro. C. vt armorum vſus inſcio principe interdictus ſit lib. xi. ſit prohibitus tam laicis, ꝗ clericis, & ex conſtitutione regni, cuius eſt initium: Intentionis noſtræ, ſub rubrica de illicita aſportatione armorum ſit prohibitus laicis. vt probatur in. d. cóſtitutione circa prin. ibi, dum dicitur: Omnibus noſtri regni fidelibus prohibemus: tamen poteſt poteſtas propter partialitates, vel factiones, vel bellum imminens permittere armorum vſum contra diſpoſitionem dictæ conſtitutionis, quam iurauerat obſeruare iuxta aliam conſtitutionem regni, cuius eſt initium: Puritatem, ſub rubrica de præſtando ſacramento a baiulis, & camerariis. ita ſingu. Bal. in rubrica. C. qui admi. in. i. col. verſi. quandoq;. ꝙ late commẽdat And. Sicu. ibidem in repe. in xxiii. col. & pluribus ſequen. vbi in propoſito aggregauit. xl. ſimilia. Cómendat etiam idem Barba. in tractatu de præſtan. cardi. in. v. q. ii. partis. in. iii. col. ad fi. & ſeq. Et latius pro ſingu. reaſſumit in vlti. q. eiuſdem partis, in. i. col. Et ibi inter alia refert dictũ Nicol. de Neapo. in. l. vlti. C. de prox. ſacro. ſcri. lib. vlti. dicentis: ꝙ euntes rus ad videndum poſſeſſiones, poſſunt arma deferre. Et idem dicunt doct. in eo qui portat arma ligata. per text. ſingulari. in. c. primo. §. Mercator de pace tenen. quibus adde Bartholameum Sonci. in tractatu, quem edidit regularum, & fallentiarum, in regula. xxx. cuius eſt initium: Arma portare, vbi ponit nonnullas alias fallentias.

Epitoma. XXXV.

FVit factum compromiſſum: vel voluntarium, vel neceſſarium ex forma regię nouellę pragmaticę. cuius eſt initium: Odia litium, in certos arbitros ſuper aliquo fundo: & nihil fuit dictum de fructibus, & expẽ-

ſis. Quæro

ſis. Quęro, num arbitri poſſint condemnare de fructibus, & expenſis? Dico ꝙ ſic, & etiam dare dilationes. ita ſing. Bal. in l. i. in. ii. col. C. ſi a non. com pe. iud. fuer. appella. & pro ſing. reaſſumit. d. Iaſon in .l. iiii. in. ii. col. circa prin ff. de tranſactio. Quod notabis in actu practico.

Epitoma. XXXVI.

IN caſu in quo mater accipit tutelam filii, vel ex teſtaméto patris, vel ex iuris diſpoſitione. ad hoc vt tutela ſit valida, requiritur ꝙ renuntiet ſecũdis nuptiis, & velleiano, & omni legum auxilio. Item ꝙ obliget omnia bona ſua pro adminiſtratione tutelæ. vt plene no. Bar. in. l. ſiquis, ſub cõditione. ff. de teſtamen. tute. & in auten. Matri, & Auiæ. C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt. Itẽ ad hoc vt tutela dicatur legitime decreta per iudicem. oportet ipſam matrem ſpecialiter promittere ſe ſubire defenſionem ipſius pupilli. vt in. l. fi. §. defenſione. ff. de adminiſtra. tuto. Refert, & ſequitur Matheſi. in notabilibus ſuis, notabili. cviii. & notabi. cix. Et hæc ſunt memoratu digna, & deſeruientia ad materiam capituli regni. cuius eſt initium: Feudatarius decedens §. ſed ſi mater, ſub rub. de ſtatuendo Balio. quod capitulum ſemper memoriæ cõmendabis. Habes enim per illud etiam in Feudalibus, feudatariũ poſſe relinquere baliũ, & tutorẽ filio pupillo. & eſt correctorium conſtitutionis regni. cuius eſt initium: In aliquibus. §. ſi vero minores ibi ipſarum balium noſtra excellentia recipiat, ſub rub. de ſucceſſio filiorum comitum, vel baronum. De qua quidem cõſtitutione ad alium effectum meminimus ſupra in eiſdem noſtris Epitomatibus, Epitomate. xv. & . xx.

Epitoma. XXXVII.

SAepiuſcule aſſolet ex facto incidere, vt latrũculatores in criminalibus procedentes vehementer errent. Quæro igitur, num fiſco detur in integrum reſtitutio? Quilibet prima fronte diceret ꝙ ſic: quia fiſcus, minor, & reſpublica æquiperantur. vt habetur in. l. reſpub. C. ex quibus cau ma. Sed minor, & reſpublica reſtituuntur in integrum. vt habetur in conſtitutione regni. cuius eſt initium: Minorum iura, de reſtitutione minorum. Et in conſtitutione: Beneficium, de reſtitutione reipub. Ergo & fiſcus reſtituetur ſi eſt erratum in criminalibus per iudicem. In contrarium eſt veritas: quia in criminalibus etiam in publicis pœnis non datur in integrum reſtitutio. l. auxiliũ. ff. de mino ita ſing. dixit Bal. in ſua ad Specu. paraphraſi, immo mauis additione. in titu. de accuſa. verſic. ſed qui ſi ipſum in fi. ii. col. refert, & ſequitur Cremen. in ſing. ſuo. xxii. cuius eſt initium: Quid ſi iudex errauerit. Manda memoriæ in actu practico.

Epitoma. XXXVIII.

QVoniam caſus iſte, quem nunc ſubiicio, ſolet ſæpeſępius ex facto incidere: ideo duxi illum præſenti. xxxviii. Epitomati inſerendum.

De eo enim pluries interrogabetis.& alias dum eſſem generalis Vicarius apud Compſam,interrogatus de hoc,reſpondi prout hic,Non tamen allegaui in terminis,quæ nunc allego, ſed fui motus tantummodo ratione.Nunc autem quoniam id quod dixi in propriis terminis, & in indiuiduo inueni vehementer lætatus ſum . In multis regni partibus, & quaſi vbiq; locorum,viget ſtatutum,ſeu conſuetudo,vel pactum,vt præmoriente vxore, maritus lucretur dotem.Quæro an hoc habeat locum ſiue fuerit traducta ad domum mariti,ſiue fuerit ſubſecuta carnalis copula,ſiue nõ? Reſpondi tunc,& nunc etiam magis audacter q; ſic: dummodo fuerit cõtractum matrimonium per verba de præſenti vt.l.nuptias.ff.de regu.iur.L nihil.ff.rerum amota.& ibi no.per Bar.,refert, & ſequitur Matheſila. notab.ſuo.lxxv.cuius eſt initium:No.q; diſponẽs. Quod no.ad intellectum dicti ſtatuti, cõſuetudinis,vel pacti:de qbus ſępius in Soliloquiis noſtris, & in pſentibus Epitomatibus,vt in.xxii.&.xxviii.ſermonem habuimus.

Epitoma. XXXIX.

CIrca materiam præcedentis Epitomatis:Ecce maritus ex forma ſtatuti præmoriente vxore lucratur tertiam partem dotis. Poſtea maritus recipiendo dotem promiſit in caſu ſoluti matrimonii reſtituere dotẽ integram.Quęro,an iſto caſu poterit retinere portionem ſtatutariam, vel conſuetudinariam, vel deductam in ſtipulatione ? Videtur prima fronte dicendum q; non: quia non eſt integra dos.In contrarium ſing.determinat Bal.in.l.Neratius.ff.de reli.& ſumpti.fu. per vnam gloſellam ibi. vbi maritus debet reſtituere integram dotem: & tamen poteſt deducere iuſtã retentionem,puta expenſas funeris.Sed portio ſtatuti eſt iuſta retentio, ergo.&c.refert, & ſequitur Cremen.in ſing.ſuo.xxiiii.cuius eſt initium: Statuto cauetur,q; mortua vxore.vbi dicit hoc eſſe memorię cõmendãdum.

Epitoma. XL.

IN caſu,in quo ex forma ſtatuti,vel conſuetudinis,vel pacti maritus lucratur tertiam partem dotis, pono tibi hanc quæſtionem. Moritur maritus,& nihil dixit in vita,cum vxor eſſet præmortua:an hæres mariti poterit tale lucrũ petere,pueniẽs ex ſtatuto, vel cõſuetudine,vel pacto?Dicas q; ſic.ita ſing.dixit Bal.in.l.ſi.arrogator.ff.de adopti.refert,& ſeqtur Cremen.in ſuo ſingu.xciii.cuius eſt initiũ: Statuto cauetur, q; mortua vxore.

Epitoma. XLI.

EXtat capitulum regni.cuius eſt initium:Item ſtatuimus,q; eccleſię.de quo in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.lxxx. meminimus. per quod proſpectum eſt, vt rei confugientes ad eccleſiam, non extrahantur inuiti.& in dicto Soliloquio dedimus vnam ampliationem ad dictum cap. Hic autem dabimus ad illud vnam fallentiã,vt infra videbitis. Pone igitur aliquem ob ſuam contumaciam,vel delictum eſſe reiectum ab ingreſ-

ſu eccleſiæ. Num confugiens ad illam gaudeat immunitate prędicta, nẽ ab ea extrahatur inuitus? Videtur dicendum prima fronte ꝙ gaudeat. Nã licet alias is cui eſt interdictum ingreſſum eccleſiæ, non poſſit intereſſe diuinis etiã tacendo, alias incurrit irregularitatem. vt in.c.is cui.de ſenten. exco.in.vi. Tamen per eccleſiam tranſire non prohibetur: & extra eccleſiã celebrare poteſt. Glo.iii.& Io.An.ibi in.d.c.is cui.ex quo videtur quibuſdam, ꝙ is ſit tutus, qui ad eam confugit: quia etiã eccleſia interdicta gaudet immunitate. Imo.in Clem.i.iii.col. de immu. eccle. Sed in contrariũ eſt verum.per.c.quia fruſtra.de vſu.& quia iſte qui non poteſt ingredi eccleſiam, non poteſt in ea ſepeliri. Archi.in.c.præſenti.v.q.ii.vbi etiam ponit illud de tranſitu licito. ergo iſte viuens non protegitur ab eccleſia. Solus autem tranſitus non ita ſonat in protectionem ſecundum.d.Feli.in.c. a nobis.vbi iſta refert, & ſeqtur in.ii.col.ad fi.extra de exceptio. Et hęc ſunt memoria digna ad fallẽtiã, & intellectũ dicti capituli regni: Itẽ ſtatuimꝰ.

Epitoma. XLII.

FOrmo tibi hanc quæſtionem ad materiã conſtitutionis regni. cuius eſt initium: Varietates pœnarum.de qua in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.lxix.abunde diſſeruimus. Et facit ad materiam præcedentis Epitomatis. Num excommunicatus poſſit proſequi ſuam, vel ſuorũ iniuriamẽ Ab.in.c.a nobis de excep.dicit ꝙ non.cui addo Glo.in.c.omnibus.iiii.q. vlti.& Federi.pulchre in conſilio ſuo.cxvi. cuius eſt initium: Mirandum eſt &c. quia ſi non admittitur in ciuilibus de iudi.c.intelleximus: multominus in criminalibus.& ſequitur Pet.de Ancha.in.c.i.iii.col. de reſcrip. in.vi.inferens, ꝙ ſi bannito non debet reddi ius vigore ſtatuti, non poteſt iudex inquirere de iniuria ſua. Quod nota ad conſtitutionem regni Pœnam horum.de qua toties in Soliloquiis noſtris diſſeruimus. Refert, & ſequit Feli.in.d.c.a nobis.de excep.i.iii.col.circa prin.ibi: Excõicatꝰ nõ põt.

Epitoma. XLIII.

NOta diligenter vnam fallentiam ad conſtitutionem regni.cuius eſt initium: Edictorum, ſub rubrica de literis citatoriis. vbi dicitur primam citationem debere eſſe vnicam, quæ peremptorium cõtinebit: vt fallat quando quis eſt præſens & monitus a iudice ſedente ad ius dicendũ: quia talis monitio obtinet vim peremptorii.ita ſing.Bal.in.l.ii.ante finẽ. C.quomodo & quando iudi.vbi reputat not.dignum, & pro ſing.approbat.d.Iaſ in rubrica.C.de in ius vocan.in verſ.adde ꝙ iſta &c.refert, & ſequitur.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus, in verbo peremptorii vim. Quod nota ad dictam conſtitutionem edictorum.

Epitoma. XLIIII.

DVo reguli ſub magna pœna promiſerunt tali die eorum controuerſias armis diiudicare. venit dies. vnus recuſat pugnam: an perdere

debeat pœnam. Quilibet ex facto cum incidiſſet, dicebat ꝙ ſic tamen cõtrarium de iure notabi. determinat Io. de Imo. poſt Ang. per eum relatum in repeti. l. is. qui reus. in. xviii. col. verſi. ex prædictis nota ff. de publi. iud. Sequitur late, & confirmat. d. Iaſ. in. l. ex hoc iure in. iii. & iiii. colũ ff. de iuſti. & iur. cum multis ſimilibus latiſſime adductis per Calcaneum in conſ. ii. cuius eſt initium: Licet iſta materia in. i. dubio. Et ante omnes ſingu. cõſuluit Bal in conſi. cccxliii. incip. Illuſtris dñe, in primo dubio, in. ii. lib. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus. in ver. Perduellionis verſus finem. Quod eſt memoria dignum ad materiam conſtitutionis regni Monomachiam. & poteſt ſæpe ex facto incidere.

Epitoma. XLV.

SVpra in. xli. Epitomate dedimus vnam fallentiam ad cap. regni: Item ſtatuimus. per quod rei confugientes ad eccleſiam, ab ea non extrahũtur inuiti. in hoc autem pręſenti Epitomate tradem⁹ vnam ampliationem ad illud, vt infra videbitis. Vnde quæro, an Iudęi confugientes ad eccleſiam, ab ea extrahantur inuiti? Tangit hãc quæſtionem Ioã. de Ana. in. c. Iudęi. i. extra de Iudę. Et videtur tex. ꝙ non gaudeant immunitate eccleſiarum. in. l. i. C. de his qui ad eccleſias confug. Et firmat ibi Sali. dicẽs eccleſiam non eſſe tutelam eorum qui non ſunt ſub lege. facit. c. quia fruſtra de vſu. idem tenet Glo. in verſi. cogentur, in auten. de manda. princi. §. publicorum. & Ci. in. l. pręſenti in. i. q. C. de his, qui ad eccle. confugi. & Ioan. de Ana. in. d. c. Iudęi. Sed contrariũ tenet Guiliel. de Monte laudu. Pet. de Ancha. Car. & Imo. in Cle. i. de peni. & remiſ. & Archid. & Ioan. de Fantu. in. c. diffiniuit. xvii. q. iiii. & Glo. & d. Anto. & d. Abb. in. c. inter alia in ver. extrahendus de immu. eccle. quia etiam peſſimis viris concedit eccleſia hoc bñficiũ, vt cognoſcãt ingratitudinẽ ſuã. & maxime quia. l. vult ꝙ ipſę ſinagogæ Iudæoꝝ pmittanſ, & nõ ꝙ turbenſ. vt in. d. c. Iudęi. & in. c. ſicut Iudæi eo. titu ad. l. i. præalle. Reſpõde, vt per Glo. in. c. inter alia. refert, & ſequitur. d. Fel. in. d. c. Iudęi. i. Quod eſt memoria dignum ad ampliationem, & extenſionem dicti. c. Item ſtatuimus: vt nõ modo Chriſtiani, ſed & Iudęi ad eccleſiã cõfugiẽtes, ab ea nõ extrahantur inuiti.

Epitoma. XLVI.

PRo intellectu conſtitutionis regni. cuius eſt initium: Intentionis noſtræ, ſub rubrica de illicita aſportatione armorum. Quæro, vtrum pila plumbea, quæ alias vulgo balotta plumbea vocitatur, comprehendatur in illa conſtitutione. Et dicas ꝙ ſic. nam etiam apta ad ſolam defenſionem dicuntur arma in ſtatutis puta lorica, & ſimilia ſm Pe. de Ancha. in. c. i. in penul. char. de conſti. & no. Albe. in ii. parte ſtatutorum. q. cxxvii. refert, & ſequitur. d. Feli. in. c. ita quorundam, in. i. col. extra de Iudæ. vbi dicit idem in balotta plumbea (vt ſuis verbis vtar) & claua ferrea. alle. l. ar-

matos.ff.ad.l.Iuliam.de vi pub.Nota ad dictam conſtitutionem,quia poſſet quotidie ex facto incidere.

Epitoma. XLVII.

PONe quempiam eſſe bannitum ab aliqua ciuitate maritima,nunquid dicatur etiam bannitus ab illa parte maris,vel inſulæ,quæ adhęret illi ciuitati?Dicas ꝙ ſic per Glo.ſingu in c.vbi periculum,in ver.qui ſua de elec.lib.vi.quæ vult mare attribui terrę viciniori.vnde infert Gemin.ibi ꝙ bānitus nō eſt tutus in illa parte maris,vel in inſula, quæ adhęret loco vnde eſt bannitus.& illam Glo.ſequitur Bar.in.l.vni.C.de venato.fera.lib.x.& Bal.in.c.licet de fer.dicit p illum tex.reſpondiſſe Piſis quoſdam piratas non eſſe tutos in quadam inſula propinqua Piſis.Refert, & ſequitur, & alia non parum multa adducit. d. Feli. in capitulo ad liberandum in primo notabi.extra de iudi.Quæ ſunt notanda ad conſtitutionem regni, Pœnam horum,de forbannitis,& foriudicatis.

Epitoma. XLVIII.

CVm habeamus conſtitutionem regni: Quicunq;,de vēdentibus venenum.per quam vendens toxicum,aut malum venenum ad confectionem non vtile,nec neceſſarium ſuſpenditur. Quæro,num etiam emptor ſubeat ſimilem pœnam?Dicas ꝙ ſic.Nam par eſt prohibitio emptionis,& venditionis,eſt enim talis natura correlatiuorum : vt diſpoſitio de vno ſolo extendatur ad aliud,etiam non expreſſum.l.fi.& ibi Bar.C.de in dic.vidui.tol.&.l.fi.& ibi Bar.ff.de acceptila.& ideo dicit Bar.in.l.i. C.de cupreſ.lib.xi.ꝙ pœna appoſita vendenti,cenſetur appoſita emēti. Refert, & ſequitur,& aliis non parum multis corroborat.d.Feli.in.c.vlti.extra de Iudæ.Quod eſt memoria dignū ad intellectū dictæ cōſtitutiōis,Quicūq;.

Epitoma. XLIX.

AD materiam præcedentis Epitomatis,quæro an in occidente veneno ſit plus,q̄ gladio?Dicas ꝙ ſic.l.i.C.de maleſi.& maniche.per quā dicit Bal.in.l.nemo. C.de ſumma tri. ꝙ talis eſt proditor.Refert,& ſequit.d.Feli.vbi ponit multas alias ſpecies ꝓditiōis in.c.i.i ptin.extra de homi.

Epitoma. L.

QVæro etiam ad materiā præcedentis Epitomatis,qua veniant pœna plectendi conſanguinei venenantes carceratum , ne vituperent ex publica morte? Dicas eos puniri tanquam parricidas.ita Bald.in.l.i.ff. de ſtatu homi.refert, & ſequitur.d.Feli.in.c.cum iuramentum, in vltimis verbis.extra de homici. Et hoc eſt memoria dignum:quia ſæpiuſcule ſolet ex facto incidere. & vidi quandoq; hoc ex facto incidiſſe.

Epitoma. LI.

COnſtitutio regni, cuius eſt initium:Terminum vitæ hominis , ſub rubrica de homicidiis puniendis.de qua in Soliloquiis noſtris,So-

liloquio.lxxxix.&.xc. & in eiſdem Epitomatibus,Epitomate.viii.abunde diſſeruimus.Occidentem aliquem vltore gladio,pœna punit capitali, niſi fecerit ſe defendendo.Sed an procedat ſi ex culpa leui,vel lata caſualiter quis occiderit?Dicas ꝙ non.ita dicit.d.Car.in.c.lator de homi. vbi dicit ſe ita pluribus conſuluiſſe ad intellectum ſtatuti diſponentis, ꝙ occidens occidatur,niſi fecerit ſe defendendo,in fauorem cuiuſdam,qui volens incidere ramos impedientes piſcationem cum romphea ferrea occidit ſocium.& conſuluit.d.Car.in conſi.xliiii.quod allegatur in paraphraſi lõga,imo mauis additiõe ad dictũ.c.lator in litera. A.refert,& ſeqtur ibidẽ.d.Feli.Et ſunt mẽoria digna ad dictá regni ↄſtitutionẽ Terminũ vitę.

Epitoma. L I I.

SI maritus vxorem in ipſo actu adulterii deprehenderit, tam adulterũ, ꝗ vxorem occidere licebit.dicit tex.ad literam in conſtitutione regni: Si maritus de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ.de qua etiam conſtitutione ſermonem fecimus in Soliloquiis noſtris,Soliloquio.xcvi.cuius eſt initium:Tributa eſt facultas.Nunc ego quæro,num ſit licitum interficere vxorem prægnantem?Dicas ꝙ ſic.ita tenet Bal.in.l.imperator.ff. de ſtatu homi Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.ſi vero.i.ii.colũ.in prin.extra de ſenten.excom.Et hoc no.ad ampliationem,& extenſionem dictæ conſtitutionis:Si maritus,in qua hoc non tangunt moder.Parthenopei.

Epitoma. L I I I.

PRo intelligentia conſtitutionis regni:Siquis aliquem de percuſſione illicita cum armis,de qua meminimus in Soliloquiis noſtris,Soliloquio,xxiii.cuius eſt initium: Quoniam vt in præcedenti circa finem. Moueo tibi hanc quęſtionem per dictam conſtitutionem:Siquis aliquẽ, percuſſor manum cum qua percuſſit ammittit. Num iudex poſſit loco manus facere ꝙ non manum,ſed digitum tantum amittat? ſi is qui percuſſit eſſet notabilis artifex,qui vteretur pollice,puta in pictore? Dicas ꝙ ſic.quia quo ad effectum eſt ac ſi abſcinderet totam manum. ita conſuluit Bar.quem refert Ioan.de Ana.in.c.cum ex iniuncto in.iii.char. de hęre.& ita dicit fuiſſe iudicatum Bononiæ.Refert, & ſequitur. d. Feli. in.c. cum illorum,in.ii.col.circa medium ibi.Et nota limitationes extra de ſenten.excom.Quod eſt memoria dignum ad intellectum dictæ conſtitutionis: vt licet alias digitus non ſit membrum,fall.in artifice notabili, qui vteretur pollice,puta in pictore:quia quo ad effectum eſt ac ſi abſcinderet totam manum.Et ſic per ammiſſionem digiti ſaluaretur manus,& eſſet ſatisfactum dictæ conſtitutioni per prædicta.

Epitoma. L I I I I.

SImilem caſum decido ad materiam præcedentis Epitomatis. Dictat conſtitutio regni:Blaſphemãtes,de Blaſphemantibus Deum,&

virginem Mariam. Blaſphemantes Deum, & virginem glorioſam linguæ maliloquæ mutilatione puniendos. An ex quo fit mẽtio de lingua, & ſic de membro, poterit facere iudex, ꝙ digitus abſcindatur? Videtur dicendum ꝙ ſic: quia tunc manus, & ſic membrum debilitatur, vt dicit Bal. in c. i. de noua forma fidelitatis. Contrarium tamen decido, etiam ſi non digitus tantum, ſed tota manus mutilaretur. Nam contrarium in caſu noſtro apparet de mente ipſius conſtitutionis, quæ loquitur de lingua. Præterea ille non puniretur, in quo peccauit. quod eſt abſurdũ ad adducta in principio in contrarium. Reſpondeo, & dico illa procedere in caſu, in quo ſtatutum loqueretur de membro indifferenter: quia tunc intelligeretur de quolibet. per Glo. in Cle. i. in ver. aliqua de foro compete. licet. d. Feli. qui iſta refert, & ſequitur non affirmet, in. c. cum illorum in. ii. col. de ſen ten. exco. Tene ergo blaſphemantes puniendos mutilatione linguæ, niſi concurrant aliquæ qualitates, ex quibus talis pœna veniat mitiganda. de quibus alias dixi in ſingularibus meis: in quibus adduxi aliquas fallentias, & limitationes ad dictam conſtitutionem, Blaſphemantes.

Epitoma. LV.

MOderni Parthenopei in conſtitutione Terminum vitæ hominis, de homicidis puniendis, afferunt in medium multas fallentias ad dictam conſtitutionem. de qua ſupra in. li. Epitomate meminimus. Et illæ fallentiæ tametſi alias notabiles ſint, earum tamen nulla notabilior eſt hac, quam in hoc. lv. Epitomate deſcribendam aſſumpſi. vnde fallit illa conſtitutio ex his, quæ elegantiſſime conſuluit. d. Fran. de Are. in conſ. cxlvii. vbi conſuluit non teneri de homicidio illum, qui percuſſit cũ pugno etiam armato, & etiam in capite: & etiam ſi percuſſus cecidit in terrã: & ex colliſione facta ad lapidem mortuus eſt: quia ſtatutum, & ſic dicta conſtitutio in caſu noſtro punit occiſorem habentem animum occidendi: dummodo ſequatur effectus, alias nõ ſecundum Bart. in. l. i. ff. ad. l. Corne. de ſica. & in. l. ſenatus. ff. de accuſa. vnde ꝗs percutiẽs cum pugno habuerit animum occidendi percuſſum: tamen hoc non eſt ſecutum ex percuſſione: quia ex ea ſola iſte non fuit interfectus, ꝗ ex colliſione facta capitis ad lapidem fuerit occiſus. quia tamen hoc fuit præter intentionem occidentis, non videtur ab occidente dolo occiſus. Vnde cum ſtatutum, & ſic ipſa conſtitutio requirat duo: videlicet animum occidendi, & occiſionem ex animo ſecutam ex propoſito, & animo inſultantis, neq; ex inſtrumento, quo ipſe volebat vti ad occidendum: ſequitur ꝙ non fuit occiſor in dolo, ſed præter intentionem, vt latius deducit Aretinus. Refert, & ſequitur. d. Feli. in tractatu, quem fecit ſub titulo: Quando conatus puniatur, in. iiii. col. vbi dicit huiuſmodi deciſionem eſſe ſemper memoriæ cõmendandam, cum ſit noua, & fortiſſima, & per quam multi poſſent libe-

tari a morte. Nota eam ad dictam conſtitutionem, Terminum vitę hominis: quia ex ea poſſes tibi magnum honorem, & gloriam comparare in caſu, in quo hoc ex facto incideret.

Epitoma. LVI.

QVia hic caſus frequenter ex facto incidit in patria mea, quæ in hyeme propter inundantiam aquarum, & diſcrimina lutorum, viam habet publicam deſtructam: ideo libuit in hoc. lvi. Epitomate poſuiſſe. Num ex quo ſtatutis meæ patriæ cautum eſt, ne quis per fundũ alienum conducat animalia ſua: poſſit ſi via publica ſit deſtructa ſine metu ſtatuti? Dico ꝙ ſic, ita Bal. in. l. per agrum. C. de ſeruitu. vbi dicit ꝙ ſi per viam non poteſt fieri tranſitus, & aliquis conducat animalia ſua per fundum vicini, non tenetur ſoluere banna ſtatuti, dummodo ciuiliter ſe gerat, ita ꝙ inquãtum poſſit cuſtodiat a damno, per. l. ſi cui ibi: nec per medias vineas. ff. de ſeruitu. Refert, & ſequitur. d. Feli. in ſua ad inchoatum opus Ab. in Decretis paraphraſi, immo mauis additione, in. c. oẽs, in. viii. col. d. i. vbi dicit eſſe memorię commendãdum ſecũdum. d. Ab. ibi: quia ſępe cõtingit, ꝙ ꝓpter inundãtiã aquarũ, ſeu diſcrimina lutorũ via publica eſt deſtructa: & tũc licet p agrũ vię ꝓximũ ire, & trãſire inuito domino.

Epitoma. LVII.

AD materiã conſtitutionis regni, Varietates pœnarum, de qua in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. lxix. & in eiſdem noſtris Epitomatibus, Epitomate. xlii. diſſeruimus: volo ꝙ notes id quod ſing. & notabiliter dixit Ang. in. l. ſi non conuicii. C. de iniur. ꝙ non ſolum verbum iniurioſum per iracundiam dictum poteſt reuocari adeo, ꝙ ceſſat actio iniuriarum, immo ſi non per iracundiam, & poſſit reuocari per pœnitentiam, ceſſat actio iniuriarum: ſecus ſi actus non poteſt reuocari. & ita intelligitur. l. quicquid calore ff. de regu. iur. Refert, & ſequitur. d. Feli. in. c. dilecti filii. in penul. col. extra de excep. vbi dicit hoc modo te habere remediũ euitandi actionem iniuriarum, vt reuoces verbum iniurioſum, dicens nõ fuiſſe bene dictum. De quo exclamat Lanfran. de Oriano in ſua celebri repetitiõe. c. quoniam contra. xiiii. char. in verbo confeſſiones, in prin. extra de proba. quæ ſunt perpetua memoria digna in actu practico.

Epitoma. LVIII.

CVm ſit communis omnium ſententia, verba iniurioſe prolata per iracundiam, non eſſe punienda prout in præcedenti Epitomate conclusimus. Quæro ad quod vſq; tempus huius iracundię allegatio admittatur? Reſpondeo vſq; ad xxx. dies. ita no. Lucas de Pen. in. l. oẽs omnino curiales. C. de decurio. lib. x. col. ii. verſ. Sed pone Titius. & all. bonũ tex. xi. q. iii. c. cum apud, & in. l. ſi vindicari. C. de pœn. Refert, & ſequitur. d. Phil. Deci. vbi hanc materiam iracundiæ plene pertractat, in. l. quicquid

calore.

calore.ad ſi.ff.de regu.iur. Et hæc notabis:quia alias mihi inſeruierunt in actu practico,cum mihi caſus ex facto incidiſſet.

Epitoma. LIX.

Vacat capella,quæ eſt de iure patronatus Titii,& Berthæ. Titius præſentat vnũ, Bertha alium.Cæteris paribus quæſitũ ſcio vter ex præſentatis ſit inſtituendus per epiſcopũ? Reſpondeo, præſentatus a Titio: ita Bal.in.l.i.ff.de ſenato.& Frã.de Are.&.d.Feli.in.c.Qm̃ in ſi.de teſti.

Epitoma. LX.

Retento eodem pene themate:Si Titius,& Bertha ſunt coniuges,& ius patronatus competit Berthæ,forte iure hæreditario, vt per Glo. .xvi.q.vii.in ſumma.& per Ab.in.c.i.verſ.ii.poteſt dubitari.& in.c.nobis in.i.not.de iure patro.& idem Ab.in conſ.liiii.cuius eſt initium:Videtur .d.in ſi.lib.i.& Cal.in conſ.iiii.de iure patro. Titio vero tanq̃ marito,& domino rei dotalis.iuxta.l.doce ancillam.C.de rei vendica. quæſitũ ſcio vter ex dictis præſentatis ſit inſtituendus?Reſpondi,præſentatus ab vxore:ex eo quod notabiliter tradunt domini de Rota deci.cccxxii. Ratio eſt,qa hmõi ius patronatus principaliter eſt fundatũ in vxore. & ex hac ratiõe hoc ſequr,& refert Deci.in.l.fœminę.ff.de regu.iur.Mãdã memoriæ.

Epitoma. LXI.

Volo tibi adducere vnam ampliationem,& extenſionem ad conſtitutionem regni.cuius eſt initium:In aliquibus,de ſucceſſio.filio.cõmi.vel baronum.De qua in eiſdem noſtris Epitomatibus meminimus,vt in Epitomate.xv.&.xx.Habes enim ex dicta conſtitutione, ꝙ extantibus maſculis,filia fœmina non ſuccedit, ſed maritatur de paragio: vt verbis eius barbaris vtar.& ſic loquitur in vltimis voluntatibus. Quid enim in contractibus?Num intelligantur ſecundum diſpoſitionem dictæ conſtitutionis ab inteſtato loquentis. finge patrem acquiſiuiſſe emphiteoſim pro ſe,& filiis maſculis,& fœminis certe æqualiter.veniunt fœminę ſicut maſculi ex forma dictæ acquiſitionis,& inueſtituræ:tamen his non obſtãtibus ex forma dictæ conſtitutionis dictæ fœminæ non ſuccedunt in huiuſmodi emphiteoſi,niſi quando maſculi nõ ſupereſſent.Nam in hoc cõtractu emphiteotico ẽt voluntas patris intelligitur regulata ſecundum formam dictæ conſtitutionis.ita ſing.Bar.in.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi in .ii.col.in ſi.ff.de bonis liber.& in conſ.ſuo,cuius eſt initium:Iſta quæſtio habet duo dubia.ſequitur Pe. de Ancha.in Clem.ii. de iure pa. & in conſ. ccccxii.cuius eſt initium:Poſtq̃ iſta a patre dotata. Imo: in commento.c. Potuit in ſi.extra loca.Referunt,& ſequuntur moder. Papien.in.l.omnes populi in.vii.col.ff.de iuſti.& iure. Et hęc ſunt memoria digna ad ampliationẽ dictæ cõſtitutionis, In aliqbus,vt extãtibus maſculis filiæ fœminæ excludãtur etiã ab acq̃ſitis per patrẽ pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis.

Epitoma. LXII.

IN Soliloquiis noſtris, Soliloquio.vii.ix.x. &.xiiii. ad varios effectus meminimus conſtitutionis regni, Pœnam horum, de forbannitis, & foriudicatis:vt in dictis Soliloquiis diximus,& alibi ſępe. Nunc ad fallentiam dictę conſtitutionis,dicimus ꝙ licet alias bannitus,& foriudicatus poſſit impune offendi,quia eſt hoſtis patrię,vt in ea dicitur: tamen filius non poſſet impune occidere patrem bannitum,& foriudicatū.ita notabiliter Ang.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.per illum tex.ff.de adulte.& in auten.de inceſtis nup.in prin.Referunt,& ſequuntur moder. Papien.in.l.omnes populi,in.xiiii.col.ff.de iuſti.& iure.vbi tamen laudāt ante factum.Sed poſtq̄ parricidium eſt ſecutum aliud credunt, quia contrarium ſecundum eos tenet Bar.in.d.§.ſi liberto. & Pe. de Ancha.& Io. de Ana.ſuper rub.extra de his, qui filios occiderunt. idem tenet Bar.in.l. minime.per illum tex.ff.de religio.& Sali.in.l.i.C.de his,qui paren.vel libe.occi.& dicit Bar.in.d.§.liberto: ꝙ iſta quęſtio ita alias euenit de facto Tudetti:& ꝙ ita fuit per quoddam collegium conſultum.

Epitoma. LXIII.

AMplia dictam conſtitutionem, Pœnam horum,de qua in pręcedenti Epitomate: vt quis poſſit bannitum,& foriudicatum impune offendere,etiam ſi ignorauerit illum bannitum,& foriudicatum ſecundum Bar.in.l.inter oēs.§.Recte in fi.ff. de fur.& in.l. genero.ff.de his,qui no. infa. Bal.in.l.ſiquis hęredem.C.de inſtitu.Non tamen virtute talis conſtitutionis permittentis bannitum impune offendi, licitum eſſet mulierem bānitā adulterare ſecūdū Bal.in.l.fi.in.ii.col. C. ſi cōtra iuſ.vel vtili. pub. referūt iidē moder.Papiē.in.l. oēs populi.in.xiiii.col.ff.de iuſti. & iure.

Epitoma. LXIIII.

SIgna hoc ad intellectum,ſiue mauis reſtrictionem, vel fallentiam conſtitutionis regni,Terminum vitę hominis, de homicidiis puniendis. de qua meminimus toties in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. lxxxix. & xc. & in eiſdem Epitomatibus, Epitomate.viii.li.&.lv. ſtante dicta conſtitutione:ꝙ occidens alium occidatur. quidam proiiciens lapidem non animo occidendi,occidit tamē illum.Quæritur quid iuris.Pau.de Caſ.in .l.decuriones.C. de infami.dicit ſe habuiſſe quæſtionem in facto: tamen dicit ſe eum euaſiſſe a pœna capitali:ſed cum magno labore:quia iudices volebant eum facere occidi ſequendo tenorem ſtatuti: licet de iure communi quis aliter puniatur pro culpa,aliter pro dolo.vt per Bat in.l.i.ff.de legi.& ibi hoc referunt, & ſequuntur moder. Papien.in.v.col.in prin.vbi dicunt ꝙ Pau.de Caſ.euaſit eum:quia oſtendit Bal. in.l.data opera ad fi. .C.qui accuſa.non poſſunt.& dicunt bene notādum & illam deciſionem Pau.Refert,& ſequitur Alex.in conſ.cclxxxvi.in fi.quibus conueniunt ea

quæ in conſulendo deduxit Fran. de Aretio, in conſilio ſuo. cxlvii. de quo meminimus ſupra in eiſdem noſtris Epitomatibus, Epitomate. lv.

Epitoma. LXV.

QVid autem ſi homicidium repetiatur commiſſum in perſonam affinis, vel amici, an ſit locus conſtitutioni, Terminum vitę hominis, de qua in præcedenti Epitomate? Dicas ꝙ non: quia conſtitutio illa requirit dolum. tex. eſt notabilis, & melior de iure, in. l. cum autem excipitur. ff. de edili. edic ſecundum Ang. in. l. i. ff. de leg. plene diſtinguētem. & Bar. in terminis in. l. quid ergo. §. pœna grauior. in iiii. col. in prin. ff. de his qui no. infa. cum aliis non parum multis allegatis per. d. Iaſ. in d. l. i. in. iiii. col. Ratio eſt, quia homicidium commiſſum in perſonam affinis, vel amici, præſumitur caſuale, non doloſum. Glo. & doc. in. l. i. in ver. Non occidendi animo. C. ad. l. Corne. de ſica. Bal. in. l. fi. in. xx. oppo. C. de hæredi. inſti tu. d. Iaſ. in. d. l. i. ff. de legi. in. v. col. vbi dicit: Prædicta bene notanda: quia magnę ſunt importantiæ, & quotidiana. Et tu notabis ea ad intellectum dictæ conſtitutionis, Terminum vitæ, in actu practico.

Epitoma. LXVI.

PRo doctoribus quæro, an doctor poſſit torqueri, etiam extantibus inditiis contra eum, etiam in caſibus, in quibus ex forma capitull regni poteſt inferri quæſtio. vt in. c. regni, Tormētis, ſub rub. de tormentis: Dicas ꝙ non ſecundum Bar. in. l. i. C. de aduoca. diuer. iud. Et Ci. in. l. Milites, & in. l. iiii. C. ad. l. Iul. maie. refert, & ſequitur. d. Iaſ. in. l. de quibus in. xxiii. col. ff. de leg. vbi dicit non valere conſuetudinem in cōtrarium diſponētem: immo dicit eſſe ipſo iure nullam. l. omnes iudices. vbi Bar. not. C. de decurio. lib. x. Et facit feſtum Roma. in ſing. ſuis, ſed non allegat Iaſ. numerum. Tu dicas in ſing. cccclxxxviii. cuius eſt initium: Milites, doctores, & decuriones. & ibi Io. Baptiſta Caſtellioneus in ſua paraphraſi, immo mauis additione.

Epitoma. LXVII.

REgni huius conſtitutione proſpicitur, vt fiſcus ſuccedat in bonis foriudicati cum filiis ipſius, perſona foriudicati liberis connumerata. vt dicit tex. in conſtitutione, cuius eſt initium: Foriudicatorū bona, ſub rub. de fiſco ſuccedendo foriudicatis. Quæro, an monachus connumeretur inter filios, & ſic proportione ſua monaſteriū ſuccedat? Dicas ꝙ ſic, immo fortius etiam ſi monachus fuiſſet mortuus ante bannum editum, aut foriudicationem emiſſam: quia monaſterium haberetur loco filii. vt patet ex his, quæ diſputat Ludo. Ro. in ſing. ſuo. ccccl. cuius eſt initium: Statutum vrbis veteris. Et per. d. Feli. in. c. in præſentia. col. xiiii. ibi. & per iſtam Glo. extra de proba. Et hęc non inuenies tacta per nouiſſimos Parthenopeos in dicta cōſtitutione Foriudicatorū bona. ideo nota.

Epitoma. LXVIII.

Finge aliquem eſſe bannitum ab iſto territorio: & familia poteſtatis eum inſequens cepit extra territorium. Núquid debeat relaſſari? Dicas ꝙ ſic.etiam ſi voluerit eum capere in territorio, & fugientem ceperit extra, ſecundum Bal.in.c.cum olim ad fi.extra de dolo,& contu.Bar. in.l. ꝙ ait lex.§.i.ff.de adulte.refert,& ſequit̃.d.Iaſ.in.l.fi.in i.col.ff.de iuriſdi. om.iud. Vide tamen quod cõtrarium ſeruatur in iuſtitiariis principatus, qui poſſunt inſequi malefactores per.xv.milliaria extra prouinciam. vt eſt proſpectum per capitulum regni, cuius eſt initium: Robertus Dei gratia &c. Iuſtitiariis principatus &c. Diu iam, & pluries. De capiendis malefactoribus in alterius prouincia.

Epitoma. LXIX.

IN multis Soliloquiis noſtris,& í eiſdẽ Epitomatib',Epitomate. xlvii. cuius eſt initium:Pone quempiam ad fi.meminimus conſtitutionis regni,Pœnam horum,de forbannitis,& foriudicatis ad varios quidem effectus.Nunc ad intelligentiam eiuſdem conſtitutionis adhuc quæro,an offendens in alio territorio bannitum ab vno territorio debeat decapitari? Dicas ꝙ ſic.quia non eſt tutus ab homicidio propter talem conſtitutionem permittentem illum bannitũ poſſe impune offendi,ſm Imo.in Cle. paſtoralis,in.iiii.col.de re iudi.Pet.de Ancha.in commento.c. Canonum ſtatuta.in.xvii.char.in verſi.iii.principaliter,de conſti.&.d.Iaſ.qui prædicta refert,& ſequitur in.l.fi.in.i.col.circa prin.ff.de iuriſd.om.iud.

Epitoma. LXX.

LImita ſupradictam cõſtitutionem,de qua in præcedenti Epitomate, ex eo quod refert Bal.ſe de facto Aterii conſuluiſſe in.l.cunctos populos.in.viii.col.in verſi.Sed hic quæritur,ſi bannitus:ꝙ quamuis bannitũ ab vno territorio ſi quis offendat in alio territorio,debeat decapitari: tamen ſi caperetur in loco ſtatuti, non poſſet per hoc puniri,ꝙ illum bannitum extra territorium offenderit,vt ibi notabiliter per eum. & ſequitur d.Nellus de ſancto Geminia.in ſuo tractatu,quem edidit Bannitorum, in .ii.parte ſecundi temporis.q.lvii.vbi dicit ita de facto ſeruari.Referunt,& ſequuntur moder. Papien.in.l.fi.in penulti.colũ. ibi. Decimoſexto limita ff.de iuriſdic.om.iud. Et nota,quia ſunt memoria digna ad limitationem dictæ conſtitutionis regni,Pœnam horum.

Epitoma. LXXI.

SAepe cõtingit,vt vnus & idem Baro,ſub eius dominio duas ciuitates perhibeatur habere:& exiſtens in vna,mittat nuntium in alteram ad citandum quempiam ſuum ſubditum,ſeu vaſallum: quo caſu dubitatur an valeat talis citatio,nec ne:ſed communiter in caſu præmiſſo tenet diſtinctio Bar.in.l.i.§.i.ff.de requi.reis.& latius in extrauaganti ad reprimẽ

dum in ver. per edicta: quæ eſt, vt ſi iſtæ ciuitates ſunt ſub vno principe, vel vno domino: & tunc talis citatio permittatur, alias non. de quo per Io. An. & late Gemi. in. c. Romana. §. contrahentes, de foro compe. Bal. poſt Ioan An. in. c. meminimus de appell. late per Oldra. Lauden. in conſ. ſuo .lxxxviii. cuius eſt initium: Tertio quæritur, per. d. Anto. & alios in. c. fin. de foro compe. Nihilominus ego in caſu meæ patriæ ex officina mea adhibui remedium contra prædicta. Nam cum hic caſus quotidie ex facto incidat, allegari feci contra præmiſſam citationem regiam nouellam pragmaticam bonæ memoriæ regis Ferdinandi primi. cuius eſt initium: Ferdinandus &c. Querula expōne &c. per quam proſpectum eſt, ne quiſpiā pro primis cauſis quibuſcunq; extrahatur extra proprium domicilium: & pro ſecundis extra propriam prouinciam cum decreto nullitatis dictæ citationis, etiam ſi citatus nunquam comparuerit. & hoc modo millies defendi propriam patriam, & alios particulares conciues meos, ne extra domiciliū traherent. Et hoc quotidie ex facto icidit i iſta acerrima ꝯcertatione, quā habemus annis ab hic duob⁹ cū nr̄o dn̄o, imo mauis moderator.

Epitoma. LXXII.

IVdex iniuſte ſubiiciens quempiam ſubditum quęſtionibus, tenebitur iniuriarum, & pro motu, & arbitrio iudicis punietur extra ordinem. l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniuriis. ita dicit ſing. Bal. in rubrica. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. cum aliis alle. per. d. Iaſ. in. l. i. in. ii col. ibi: Tertio limita. ff quod quiſq; iur. vbi concludit ꝙ in tortura iniuſte illata per iudicem alicui, non fit retorcutio ſimilis torturæ, cum non reperiatur iure cautum. Sed tu aduerte aliter eſſe proſpectum etiam hodie in materia torturæ contra latrunculatores non admittentes appellationem a tormentis interpoſitam per cap. regni, cuius eſt initium: Si iuſte quis appellauerit, ſub rubrica: ꝙ recipiat appellatio a tormētis. de quo meminimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. lxxxv. cuius eſt initium: Regni hui⁹ capitulo. Et moneo latrunculatores quoſcunq;, vt dictum capitulum præoculis habeant. Eſt enim in viridi obſeruantia: & per illud variæ ſunt proditæ pœnæ, & quidem magnæ, contra iudices in materia torturæ.

Epitoma. LXXIII.

COnſtitutio regni, Pœnam horum, de qua in multis Soliloquiis noſtris meminimus, & in eiſdem Epitomatibus: vt in. lxix. &. lxx. vult vt capiens bannitum, & foriudicatum in præmium ſuæ fidei, & probitatis euitet banni, vel forbanni pœnam. Sed talis cōſtitutio intelligitur quādo accepit cum effectu, & præſentauit ſuperiori. facit. l. ſi Barſatorā. & ibi Ci. & Ang. C. de fideiuſſo. vide Iaſ. in. l. i. §. hæc autem verba, in. iii. colū. ff. quod quiſq; iur. Quod eſt memoria dignum ad intelligentiam dictæ conſtitutionis, cum caſus ex facto inciderit.

Epitoma. LXXIIII.

ALiquis extraxit enſem contra quempiam: quem tamen aliter nõ vulnerauit, nec percuſſit. Quæro qualiter teneatur, & puniatur? Reſpondeo per tex. in. l. item apud Labeonem. §. ſi quis pulſatus. ff. de iniur. quẽ Bar. ibi multum not. & ꝙ neſciret dare tex. concordantem in iure: ꝙ ſi aliquis eleuauit manum cum pugno, vel cum enſe vt aliquem percuteret: ſed tamen poſtea cum non tetigit: tamen ex ſola admenatione, vt dicit Bar. quia ei timorem incuſſit, tenetur ei actione iniuriarum, referunt, & ſequũtur moder. Papien. in. l. i. §. hæc verba. ff. quod quiſq; iur. in viti. colũ. Sed iſta non procederẽt hodie, attenta regni conſtitutione, cuius eſt initium: Aſperitatem, ſub rubrica De pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit. Per quam extrahens tantum arma contra aliquem, punitur ad duplicatam pœnam aſportationis armorum. De qua in conſtitutione Intẽtiõis noſtrę de illicita aſportatiõe armoꝝ, & de pœna pcutiẽtiũ cũ ers.

Epitoma. LXXV.

MEminimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. iiii. xxxii. xxxvi. & .lxxiiii. cõſtitutionis regni Vſurariorum, de vſurariis puniẽdis. per quam fœnerator in regno bonorum ſuorum tam mobilium, q̃ ſtabilium publicatione damnatur, vt dicit tex. ad literam in. d. conſtitutione. §. Et vt ipſorum ad fi. Modo dato ꝙ ſit communis ſententia doctorum, vt ſententia publicationis bonorum trahatur ad bona extra territorium exiſtentia: vt per legiſtas in. l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide catho. & per canoniſtas in. c. cum ſm de hære. lib. vi. & i. c. poſtulaſti de foro cõp. Tamen quæro, an illa bona extra territorium exiſtentia, debeant applicari illi domino, qui tulit ſententiam publicationis: an vero domino territorii, in quo illa bona exiſtunt? Et dic cõcluſiue: ꝙ bona immobilia debent applicari fiſco, in cuius territorio bona ſunt ſita. Caſus eſt ſingu. in. l. quicunq;. §. ſi iudex vniuerſi. C. de hære. Bona autem mobilia etiam quæ ſũt alibi, debent applicari iudici condẽnanti. Caſus eſt ſingu. in. c. i. § ſi iudex de pace tenen. in vſibus feu. refert, & ſequitur Ludo. Roma. in ſingu. ſuo .cccclxxii. cuius eſt initium: Licet magna ſit quęſtio. Et hoc eſt memoria dignum ad dictam conſtitutionem Vſurariorum: & ad conſtitutionẽ, Foriudicatorum bona, de fiſco ſuccedendo foriudicatis.

Epitoma. LXXVI.

DIximus in eiſdem noſtris Epitomatibus, Epitomate. lxxiiii. dum meminimus conſtitutionis regni, Aſperitatem, extrahentem tantum arma contra aliquem, puniri ad duplicatam pœnam aſportationis armoꝝ. Sed quid ſi aliquis fecit inſultum cum armis, licet illa non extraxerit? Dicas eum puniri ac ſi extracta forent. l. iii. §. armis deiectum. ff. de vi & vi arma. ita Roma. in ſuo ſingu. cccclxii. cuius eſt initium: Inſultus factus. &

ibi Ioã.Baptiſta Caſtellioneus in ſua ad eum paraphraſi,immo mauis ad-ditione.vbi vltra Bar.in.d.§.armis,addit Albe.in.ii. parte ſtatutorum.q. xxxviii.& Maria.Soncinum dicentem ita ſe obtinuiſſe in facto in.c. quali ter & quãdo.ii.arti.lx.de accuſa.& faciunt quæ dicit Ancha. conſil.ccxii. vide plenius per Feli.in.c.ſicut dignum.col.ii.circa prin.verſi. Sexto limi ta de homi.Et per hæc habes ampliationem ad dictam conſtitutionem Aſperitatem:vt nõ tantũ puniatur extrahens tantũ arma pœna duplicata aſportationis armorum:ſed faciens inſultum cum armis,licet non extractis.

Epitoma. LXXVII.

Regni cõſtitutione,cuius eſt initium:Pœnam horum.de qua in tot Soliloquiis,& Epitomatibus noſtris ad multos effectus memini-mus,proſpectum eſt vt capiens bannitum, & foriudicatum , in præmium ſuæ fidei,& probitatis euitet banni,& forbanni pœnam. vt dicit ibi text. ad literam.Sed pone ꝙ non haberemus dictam conſtitutionem:ſed eſſe-mus in meris terminis iuris communis:& iudex bãniuiſſet, & foriudicaſ ſet aliquem , num poſſit illi concedere licentiam redeundi ad ciuitatem ſine licentia & permiſſione principis?Dicas ꝙ non.vt.l.relegati in fin.ff. de pœnis per Bar.in.l.is qui reus.ff.de publi.iudi.quod eſt verum.niſi ta-lis bannitus,& foriudicatus plures capiens bãnitos eiuſdem ciuitatis, eos duxerit ad ciuitatem:tunc enim ſolus iudex poſſet eum rebannire.tex. eſt ſing.in.l.nõ omnes.§.fin.ff.de re.mili.vbi eſt caſus de hoc ſm Lud.in ſuo ſing.ccccccxxxvii.cuius eſt initiũ: Nullus,niſi priceps. Quæ ſunt memoria digna in loco,in quo nõ haberet locũ cõſtitutio regni, puta extra regnũ.

Epitoma. LXXVIII.

Ad materiam cõſtitutionis regni,cuius eſt initiũ Pœnas,ſub rubrica de pœna cõtra mercatores,de qua in primo Epitomate meminimus. Quæro an epiſcopus poſſit etiam pecuniaria pœna punire aromatarium laicum immiſcentem fabas tritas in ceram,vel ſimiles fraudes committẽ tem?Dico ꝙ ſic.Dictum eſt ſing. Ab antiqui. quem refert Ioan.An. in no uella,in.c.i.de emptio.& vend.per illum tex.Refert,& ſequitur Roma.in ſuo ſingu.cccccxxvi. cuius eſt initium : Fui interrogatus. quod dicit eſſe notandum. & ibi hoc etiam comprobat Ioan.Baptiſta Caſtellioneus in ſua paraphraſi,vbi optime loquitur.

Epitoma. LXXIX.

Feudatarius quidam decedens reliquit tutorem filiis ſuis pupillis ſu-perſtitibus Sempronium abſentem:cui fuit denuntiatum per quen-dam ſe fuiſſe relictum tutorẽ,& balium:at ipſe Sempronius noluit illi fi dem adhibere:quapropter pupilli ob non ſuſceptam adminiſtrationem tutelæ interim perpeſſi ſunt aliqua damna . Quæro, num ille Sempro-nius teneatur?Dicas ꝙ non.ita ſingu.dicit Bar.in.l. quidam decedens.§.

fi.ad fi.ff.de admini.tuto.vbi dicit:ꝙ ſi denuntiatum eſt mihi,ꝙ ſim relictus tutor talium pupillorum in teſtamento eorum patris,nõ teneor credere niſi mihi oſtendatur inſtrumentum teſtaméti, vel mihi fiat fides per legitimos teſtes,& ideo non teneor ſi pupilli damnificentur propter hoc, ꝙ non adminiſtrem eorum tutelam.referunt,& ſequuntur moder. Papiē. in.l.i.in.i.col.ff.de eo per quem fac.erit.vbi dicunt hoc eſſe notandum, & ꝙ ipſi hoc habuerũt de facto in caſu valde arduo.Et hęc ſunt ꝑpetua memoria digna ad capitulũ regni,cuius eſt initiũ:Feudatarius decedẽs, ſub rub. de ſtatuendo balio. de quo in eiſdem noſtris Epitomatibus meminimus,Epitomate.xxxvi.cuius eſt initium:In caſu,in quo mater &c.

Epitoma. LXXX.

CAſus hic,quem nunc ſubiicio,alias mihi ex facto incidit: & ideo nõ poſſum illius non reminiſci.Quidam latrunculator volebat de falſo punire quendam teſtem:qui coram eo depoſuerat ſe ſcire:quod tamen audierat ab homine bonę famæ,& opinionis.Dicebat enim latrunculator teſtem eſſe falſum,cum dixerit ſe ſcire,& poſtea dixit ſe audiuiſſe. At ego feci vnũ articulũ qualiter ille a quo ꝑceperat,erat vir bonæ famæ,& opinionis,cui non immerito erat fides adhibenda.Et paria ſunt ꝙ quis ſciat, & ꝙ audiuerit a viro bonæ famæ,& opiniõis.Et allegaui ita tenere ſing. Pe.de Ancha.in conſi.xxiii.cuius eſt initium: Viſa inquiſitione formata contra Philippinum de Mantua in penul.col. referunt, & ſequuntur moder.Papien.in.l.i.in.iii.col.ad fi.ff.de eo per quem factum erit. vbi dicunt hoc valde tenẽdũ cordi.Tu vero mãda memoriæ ad regiã nouellã pragmaticã,cui⁹ eſt initiũ:Teſtẽ falſum.de qua ſupra in eiſdẽ noſtris Epitomatibus meminimus,Epitomate.ix.cuius eſt initiũ: Qui in cauſa ſcienter: & in Soliloquiis noſtris,Soliloquio.xliiii.incipiente:Quæro ad intellectũ.

Epitoma. LXXXI.

IN cõſtitutione regni,cuius eſt initium:Magiſtros mechanicarum, ſub rub.de fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda,fit mẽtio de multis generibus artificum. Quæro igitur, num coquus ſit artifex, & comprehendatur appellatione artificum.Dicas ꝙ ſic.vt.l.ſiquis venditor .§.i.vel.ii.de edili.edic.refert,& ſequitur Roma.in ſuo ſing.cccccccxlix. cuius eſt initium:Nunquid eſſe coquum.quod ſingulare refert,& ſeqtur Feli.in rub.extra de offi. deleg.col.ii.circa prin. verſ. Tribus modis, cũ aliis non parum multis adductis per Io.Baptiſtam Caſtellioneum in ſua ad dictum ſing.paraphraſi,immo mauis additione. Et hæc ſunt memoria digna ad dictam conſtitutionem regni,Magiſtros.

Epitoma. LXXXII.

NOta ad conſtitutionem regni, Pœnam horum, de forbannitis, & foriudicatis.de qua in tot Soliloquiis,& Epitomatibus noſtris ſermonem

monem habuimus. ꝙ ſi deportatus, ſiue bānitus, & foriudicatus fuerit ad ciuitatem, & ad bona reſtitutus non per hoc habebit priuilegium, & beneficiū ceſſiōis bonoꝝ. caſus ē vnicus, & ſing. in mūdo in. l. ii. ad fi. de ſen tē. paſ. ſecūdū Roma. in ſing. ſuo. ccix. cuius ē initiū: Deportatus. quē tex. iubet ibi Roma. in all. ſing. eſſe ſcribēdū literis aureis, vt recorderis meh⁹.

Epitoma. LXXXIII.

ETiam ad intellectum conſtitutionis, Pœnam horum, de qua in præcedenti Epitomate. Quæro, num bannitus ab hac patria, cui debebam centum ex cauſa mutui, vel quouis alio contractu de iure gentium, poſſit me alibi conuenire? Dicas ꝙ ſic. caſum habes, & Glo. ſing. in. l. vſuras. C. de ſolu. refert & ſequitur Ludo. in ſuo ſing. lxxi. cuius eſt initium: Senenſis. vbi dicit memoriæ cōmendandū: qꝛ de hoc poteris habere honorem.

Epitoma. LXXXIIII.

DEdi tibi vnam limitationem ad conſtitutionem regni, Omnes noſtri regiminis, de violentia meretricibus illata. per quam habes meretrices volentes, & non inuitas tuæ poſſe ſatisfacere voluntati, vt nō procedat in meretricibus coniugatis etiam volentibus eiſdem. vt concluſimus in eiſdem Epitomatibus noſtris, Epitomate. xix. cuius eſt initiū: Tu regnicola. Nunc vero in hoc. lxxxiiii. habebis aliam adhuc limitationem ad dictam conſtitutionem: vt non procedat etiam in meretrice non coniugata, quæ tamen eſſet carcerata, & in manibus curiæ, ne fiat iniuria caſtitati carcerum, & loci, qui eſt publicus. per. l. i. C. de offi. iud. ita ſing. Paris de Putheo in ſuo tractatu: quem edidit ſindicatus, in ver. Adulterium, in. i. col. refert, & ſequitur, & aliis authoritatibus non parum multis comprobat d. Hippol. Marſi. in ſuo ſing. cl. cuius eſt initium: Acceſſus ad meretrices. vbi beliſſime loquitur. & dicit memoriæ commendandum: quia alibi non legiſſe hoc dictum ingenue fatetur.

Epitoma. LXXXV.

QVando tu impetereris de homicidio, & eſſes in manibus iudicis, & non poſſes vltimum ſupplicium effugere: quia probationes eſſent claræ, & teſtes contra te deponētes non poſſent aliqua legitima exceptione ſubmoueri, ſemper conſulerem tibi, vt homicidium huiuſmodi fatereris commiſiſſe ad tuam defenſionem neceſſariam. Nam quantumcunq; illam defenſionem non probares: tamen vltimo ſupplicio nō poſſes deputari. ita ſing. dixit. d. Ab. Panhor in. c. Auditis, circa vlti. col. extra de præſcrip. quem ſequitur d. Feli. ibi, dicens hoc eſſe dictum ſing. & alibi non reperiri, & apud practicos aduocatos eſſe in ſolemni cultu. idem etiam ipſe dixit in. c. ſignificaſti. ii. in penul. col. de homi. quod dictum etiam ſeqtur d. Alex. in. l. non ſolum. § ſciendum. ff. de no. ope. nun. Refert, & ſequitur d. Hip. Marſi. in ſuo ſing. clxxxv. cuius eſt initium: Confeſſio inquiſiti. Et

ſic euaderes,ne mortem ſubeas capitalem. Quod eſt memoria dignum ad conſtitutionem,Terminum vitę hominis,de homicidiis puniendis.de qua toties ſupra & in Soliloquiis,& in Epitomatibus noſtris abunde diſſeruimus.immo facta huiuſmodi confeſſione ſic qualificata, non erit locus etiam torturæ:vt plene probat Ferratia in tractatu,quem edidit Cautelarum in prima char. ni fallor.

Epitoma. LXXXVI.

VOlo te docere nunc o patria mea dulciſſima expectans propediem nouum magiſtratum,a quo de more iuramẽtum de tuis ſtatutis ſeruandis expoſtulabis,quid operetur illud iuramentum?Dicas per tale iuramentum ſtatuta tua dici ab eo eſſe confirmata.ita ſing.dixit Bal.in conſi. ſuo.cclxxxiiii.cuius eſt initium: Per ſtatutum in.i.lib. Refert, & ſequitur Hip.Marſi.in ſuo ſing.lxxi.cuius eſt initium:Iuramentum firmat.Et ideo cõſulo tibi ne magiſtratũ admittas abſq; huiuſmodi iuſiurãdi religione.

Epitoma. LXXXVII.

POnam caſum,qui quotidie ſolet ex facto incidere,per conſtitutionẽ regni,Pœnam horum,de forbannitis,& foriudicatis, contumax habetur pro confeſſo:& poſt annum ſi fuerit foriudicatus poteſt impune offendi. Modo iſte fuit captus a poteſtate,qui fecit illum foriudicatum recognoſcere bannum,& forbannum: fecitq; illum apud acta confiteri ſe eſſe illum hominem,qui in illo banno continetur,vt communis ſe habet practica.de quo belliſſime, & ſubtiliter per Ang. in.l. inter ſtipulantẽ.§.i. ff.de verbo.obliga.& in.l.ii.ff.de libe.& poſthu. Quæro,num talis ſit audiendus, volens proponere aliquam exceptionem contra bannũ. per quã ſi fuiſſet oppoſita ante bannum,non fuiſſet compulſus iudicium ſuſcipere.Finge,quia eſſet inducta præſcriptio contra delictum per longam temporis intercapedinem iuxta materiam.l.querela.C.de fal.cum ibi no.Dicas ꝙ ſic.ita ſing.dixit Bar.in.l.non videtur,quæ eſt.l.iii.in fi.ff. de iudi.ꝑ quo dicto facient adducta per Alex. ibi in ſua paraphraſi. & vide Pau.de Caſ.in ſuo excellentiſs.conſ.xxxiii.cuius eſt initium:Super primo quæſito &c.in.ii.col. vbi dixit, ꝙ ſi poſt terminum banni comparet bannitus, & negat ſe commiſiſſe delictum,quod videbatur tacite confeſſus ex contumacia ex forma ſtatuti, eſt audiendus. Et eodem modo quando iudici liquet talem contumacem non eſſe culpabilem, nõ poteſt eũ condemnare.ita ſing.colligitur ex verbis Bal.in rub.C. de manumiſ. vindic. & hoc voluit Bar.in conſi. ſuo.c.cuius eſt initium:A domino Cino de Bononia in vlt. col. in prin. cum aliis non parum multis adductis in medium per Hip.de Marſiliis iſta referentem,& ſequentem in ſuo ſing. lxxii. cuius eſt initium:Per totam fere Italiam.vbi dicit ad fi. Manda memoriæ:quia ſępe ex facto incidunt, & ſunt de pane lucrando. & fatetur hoc vltimũ pra

ſticaſſe dum aſſideret in ciuitate Fauentiæ. Nota ergo tu ad dictam conſtitutionem, Pœnam horum, cum caſus ex facto incidet.

Epitoma. LXXXVIII.

VOlo tibi tradere vnam limitationem ad ſtatutum meæ patriæ, quo proſpicitur, vt de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, de quo meminimus ſupra in eiſdem noſtris Epitomatibus, Epitomate. xxv. cuius eſt initium: Statuto municipali: vt intelligatur quando alias non iurauit falſum: ſecus autem ſi ſic: quia tunc grauabitur onere probandi, nõ obſtãte dicto ſtatuto, ita ſing. dixit Io. An. in ſua ad Specu. paraphraſi. in titu. de teſte. §. i. in. iiii. char. in paraphraſi, cuius eſt initium: Allegat Pil. cũ aliis pene infinitis adductis in medium per Hip. Marſi. in ſuo ſing. lxxiiii. cuius eſt initiũ: Tu habes regulã vulgatiſſimã. Et quotidie poſſent tibi hęc ex facto incidere, hac pſertim tẽpeſtate, in qua paſſim periuria cõmittũtur.

Epitoma. LXXXIX.

LIcet iudex, inſpecta iuris communis cenſura procedens ad capturam alicuius in criminalibus abſq; inditiis, non cadat in pœnam: vt elegãter dixit Bal. in. l. & ſi certus. ff. ad Sille. & Bal. in. l. ii. C. de his, qui latro. & Ang. in. l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & in auten. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in. §. ſcientes. Et ideo dixit Sali. in. l. Nullus. C. de exhiben. reis: ꝙ in maleficiis iudex ſtatim poteſt capere malefactorem pręhabita aliquali informatione: tamen hodie in regno ita demum detinetur inquiſitus, cum incipit conſtare per vnum teſtem de viſu: & eſt alias reſperſus infamia de illo crimine, de quo agitur. iſte eſt Ritus magnæ curiæ, cuius eſt initiũ: Itẽ ſi accuſatur, ſub rub. Detinetur inquiſitus &c. Licet Ritus ille a latrunculatoribus noſtri temporis pernitioſe obſeruetur.

Epitoma. XC.

EX quo in regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ: vt abũde probauimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. viii. cuius eſt initiũ: Nemo eſt qui neſciat, & alibi ſæpe, poteſt ipſe iudex incipere ab articulis, quibus probatis ſtatim procedere poterit ad ſententiam. ita ſing. dixit Io. Mona. in. c. ſi. de hęre. libro. vi. quod dictum refert, & ſequitur Lud. Roma. in conſi. ſuo. ccccccxix. cuius eſt initium: In caſu propoſitæ &c. cum aliis non parũ multis adductis per Hip. in ſuo ſing. cii. cuius eſt initium: Clauſula ſummariæ. Quod notabis in regno ad ſuſtinendum proceſſum, & ſententiam.

Epitoma. XCI.

EX forma conſtitutionis, Grandis vtilitas, de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis, & conſtitutionis, Pœnam horum, de forbãnitis, & foriudicatis, proſpectum eſt, vt citatus, & bannitus propter cõtumaciã, poſſit infra annum comparere, & purgare ſuam cõtumaciam. Ecce ꝙ infra annum comparet, & purgat contumaciam: num poſſit ſubiici quęſtio‑

nibus,& tormentis abſq; aliis indiciis? Prima fronte videtur dicendum q̃ non. Nam aperti quidem iuris eſt ad quæſtionem non poſſe procedi, niſi præcedant inditia: vt habetur in.l.i.in prin.ff.de queſtio.&.l.milites.C.eo.& in.l.ſicut in fi.C.de fal. Et habet late per Ang. Are. in tractatu ſuo, quē de maleficiis edidit, in ver.fama publica.& per Alex.conſ.lxv.cuius eſt ini tium: Habita ſuper contentis in.i.lib. Attamen ſecus eſt dicendum in caſu noſtro: quia etiam ſine indiciis poterit ſubiici quæſtionibus propter pręcedentem cõtumaciam eius ſecũdum Nico.de Matha.& Bal.in.l.i.in.viii. col.C.de hæredi.inſtitu. & iſtud dictum pro valde notab. ſequitur Fran. Bru.in ſuo tractatu, quē edidit de indiciis,& tortura, in.xxxv. col. in prin. verſ. Addo aliũ. Refert,& ſequitur Hip.in ſuo ſing. cxvii. cuius eſt initiũ: Ad torturam. vbi dicit hoc eſſe ſingulariter not. in practica. Manda ergo memoriæ ad intellectum prædictarum conſtitutionum in actu practico, cum caſus ex facto inciderit.

Epitoma. XCII.

TAmetſi in eiſdem, Epitomatibus noſtris, Epitomate.lxix. concluſeri mus, bannitum ab vno territorio non poſſe in alio territorio impu ne offendi propter authoritatem Io.de Imo.Pet.de Ancha.&.d.Iaſ.ibi po ſitas. Attamen contra prædictas authoritates extat cõſilium Bal. cccxcvii. cuius eſt initium: Pręmittendum eſt ad euidentiam: q̃ quędam ſunt quę requirunt &c.in.vi.lib. qui liber nondum eſt impreſſus: ſed benę repentur penes.d.Hip.de Marſi.& non penes aliquem alium hominem viuentem: vt atteſtatur idem Hip.in ſuo ſing.cxxiiii. cuius eſt initium: Vidiſti anno pręterito. in quo quidem conſilio dicit Bal. occidentem bannitum extra territorium bannientis, debere habere pręmium a ſtatuto inductum. Ex quo corelarie infertur, q̃ iure optimo potuit illum interficere extra territo rium. At ego adhiberem iſtam concordiam: vt ante factum homicidiũ procedat authoritas Io.de Imo. Petri de Ancha.&.d.Iaſ. Poſt factum ve ro procedat opinio Bal. Et hanc reſolutionem ſequerer in iudicando, & conſulendo. Malo enim diſcordantes opiniones ad concordiam redu cere, q̃ contra quempiam ex tantis patribus, meo vtens iudicio, forte male ſentire. Libuit ergo ex certa ſcientia huiuſmodi contrarietatē do ctorum, immo mauis diuerſam ſentētiam, in hoc.xcii. Epitomate poſuiſ ſe. Ex quo dabitur ſaltem facultas,& materia altius inueſtigãdi ad mate riam conſtitutionis regni, Pœnam horum, de forbannitis,& foriudicatis.

Epitoma. XCIII.

QVidam ſimpliciter recepit feudum,& non dixit aliud. Quæro quid iuris? Reſpõdeo. Recepiſſe intelligitur pro ſe,& filiis ſuis maſculis: licet in inueſtitura de nullo hærede ſit facta mentio. Notabile,& ſing. ver bum fuit Bal.& And.de Iſer.poſt Glo.ibi.in.c.i.in prin.in vltimis verbis.

quibus mod.feu.conſti.poteſt.Et hoc eſt memoria dignum ad conſtitutionem,In aliquibus,de ſucceſſio.filio.comi.vel baro.Refert,& ſequitur Hippo.in ſuo ſing.clx.cuius eſt initium:Pater,& filius.

Epitoma. XCIIII.

Filius ſacerdotis,& in ſacerdotio genitus, incapax beneficiorum, fuit habilitatus per Papam ad omnem dignitatem,non obſtante defectu natalium.Num habeat beneficium,ſi non habuit ſpecialem indulgentiā, & diſpenſationem ad beneficia obtinenda?Dicas ꝙ non.iſtud fuit ſingu. dictum Inno.in.c.dilectus.iii.de præben.Quod dictum pro valde notabili refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.veniens in.i.col.de accuſa.vbi dicit,iſtud dictum etiam memoriæ tradendum ad reſtringendas habilitatiões. Ego autem adduco hoc ſingula. dictum Inno. ad quæſtionem de ſpurio habilitato per regem ad omnem dignitatem:quia non ex hoc poterit habere feudum,niſi ad illud aſſequendum fuerit expreſſe habilitatus.Nam feudum dicitur beneficium:vt probatur in.c.i.Quæ fuit prima ca. bene. amitten.& in rubrica de duobus fratribus de nouo benefi.inueſ. & alibi ſæpe. Eſto igit̃ memor,vt habiliteris exp̃ſſe ad feudū ēt ꝯſequēdū, & eris tutꝰ.

Epitoma. XCV.

Qvidam conciuis meus fuit ob quoddam delictum criminale bannitus ab hac patria,iuxta conſtitutionem,Grandis vtilitas, de qua ſupra in.xci.Epitomate meminimus in prin. Et fuit erratum in nomine appellatiuo.Nam dum in bāno dicendum erat Titius de ſancto Angelo, fuit dictum Titius de Salerno. & ſic errauit in nomine patriæ:tamen conſtabat de corpore,& de maleficio per eum commiſſo.Quæritur, num per talem errorem irritetur bannū,nec ne,Dicas ꝙ non.ita ſing.dixit Ang.in.l.his verbis.§.fin.ff.de hæredi. inſti. vbi refert alias quendam in ciuitate Bononiæ fuiſſe decapitatum:quia erat deſcriptus in numero bannitorū, tanquam eſſet de vna ciuitate,cum eſſet de alia.& ipſe propter hoc nō credebat eſſe bannitum:attamen fuit captus,& decapitatus,& iuſte ſm Ang. ibi ex quo conſtabat eum fore citatum,& maleficium cōmiſiſſe. Et iſtud dictum refert,& ſequitur pro valde not.Barba.in.c.ſignificāte in iiii.char. de reſcrip.Refert,& ſequitur Hippo.in ſuo ſingu.cxliiii.cuius eſt initium: Error in nomine appellatiuo.Manda ergo memoriæ: & repone ad dictā conſtitutionem,Grandis vtilitas,quia deſeruiet tibi mirum in modum in actu practico,cum caſus ex facto inciderit,cum præturam geres.

Epitoma. XCVI.

Mirabilis eſt hæc doctrina Inno.& Io.An.quā nūc nūc ſubiiciam: & quotidie verſatilis in iudicio.Tu habes, ꝙ ꝯiūctus ꝑ ꝯiūcto admittitur ad agendū ſine mandato,iuxta.l.ſed & hæ.ff.de procu. &.l.exigēdi. C.eo.tamen talis coniunctio debet eſſe per lineam aſcēdentem,vel deſcē-

dentem:non autem per lineam tranſuerſalem.ita ſing. dixit Inno. & Ioã. An.in.c.nonnulli,extra de reſcrip.Quod dictum pro valde notabi. refert, & ſequitur Ang.in cõſ.ſuo.cxciiii.cuius eſt initium: Viſis proceſſibus &c. in.ii.col.vbi dicit ꝙ ita intelligitur,& limitatur.l.ſed & hæ.de procu. Refert,& ſequitur Hippo.in ſuo ſing cxxxiii.cuius eſt initium : Affinitas repellens.vbi dicit hoc eſſe valde notandum in practica.

Epitoma. XCVII.

MVlta ſunt priuilegia eccleſiarum,& eccleſiaſticarum perſonarũ de iure communi:quæ congeſſit.d.Hippo.in repeti.rubricę.ff.de fide iuſ.eodem Hip.teſte in ſing.ſuo.clxxiiii.cui9 eſt initium:Ille qui ſibi aſcribit ad ſi.Et de iure capitulorum regni.vt patet in.c. Volumus , & mandamus,ſub rubrica de priuilegiis,& immunitatibus eccleſiarum,& eccleſiaſticarum perſonarũ cũ multis aliis ſequentibus capitulis.Sed hic adducã in medium vnum fauorem,vnamue dignitatem,quam habet eccleſia forte notabiliorem multis aliis. Filius tantũ naturalis (vt ſcis) excludit ſubſtitutum.vt habetur in.l.ex facto.§.ſiquis rogatus.ff.ad trebel.& in.l.cum pater.§.volo.ff.de lega.ii.& in.l.i.C.de condi.inſer.& in.l. generaliter.C. de inſti.& ſubſt.ſub ꝯdi.fac.Sed hoc nõ habet locum,quãdo eccleſia eſſet ſubſtituta:quia non excluderetur per filium naturalem tantum. iſtud fuit ſingu.dictum Bal.in.c.in præſentia in penul.col.extra de proba. vbi dicit hoc procedere etiam ſi filius naturalis eſſet legitimatus ab imperatore: & hoc propter dignitatem eccleſiæ.Quod dictum multum commendat. d. Feli.in.d.c.in præſentia,in.ix.col.& dicit hoc dictum alibi non legiſſe.

Epitoma. XCVIII.

STante ſtatuto,conſuetudine , vel pacto,.vt vxore decedente in matrimonio abſq; prole legitima, maritus lucretur dotis certam partem.de quo ſtatuto, conſuetudine,vel pacto ſæpe meminimus.Quæro,an ſemper hoc procedat?Dicas ꝙ non.Nam non procedit quãdo matrimonium eſt illicitum,habẽs perpetuam cauſam prohibitionis,etiam ſi ignoranter ſit contractum,ſm Bal.ſin.in.c.iurauit.in.i.col. & ibi.d. Feli.extra de proba. quod etiam voluit idem Bal.in.l.i.C.de condi.ob tur.cau. & Ang. in.§. Aſcripto.in auten.de nup.De quo per Ludo.Roma.in.l.ſi cum dotem.§. ſi.ff.ſol.mat.& p Hip.in ſuo ſing.cxxix.cuius eſt initiũ : Dum eſſem alias.

Epitoma. XCIX.

PLeriq; ſunt caſus, & pene innumerabiles: in quibus etiam poſtq̃ dixerit quiſpiam teſtificata admittitur ad producendos nouos teſtes. de quibus per doc.& maxime Panhor.& nouiſſime per.d. Maria. Sonci. in ſua celebri repe.c.fraternitatis.extra de teſti. Sed dico , ꝙ in caſibus,in quibus admittuntur teſtes contra regulam,debet prius iurare producens illos,ꝙ eos non ſubornauit,alias non admitteretur. iſtud fuit ſingu. ver-

bum Bald.in.c.iurauit.extra de proba.in.iii.col.verſi.no.ꝙ matrimoniũ refert,& ſequitur.d.Hipp.in ſuo ſing.cxxviii.cuius eſt initium:Teſtes etiã produci poſſunt.vbi dicit not.quia forte adueniente caſu pauci procurato res,vel aduocati animaduerterent ad hoc.Et hoc dictũ magnifacit.d.Feli.

Epitoma. C.

PRo complemento iſtorum Epitomatum,quæ hoc centeſimo Epitomate abſoluuntur.Quæro ad intelligentiam conſtitutionis regni,cuius eſt initium:Capitalem pœnam de raptoribus virginum,& viduarum. Si quiſpiam apprehendit per vim quandam virginem: & eam proſtrauit in terram: ibiq; eã carnaliter cognouit,an ſit puniendus pœna mortis? & ſic pœna raptus iuxta dictam conſtitutionem,Capitalem pœnam. Dicas ꝙ non.Quia conſtitutio loquitur de rapiente:ſed iſte non rapuit:quia raptus eſt quãdo mulier per vim capitur, & transducitur de loco ad locum. vt habetur in.l.vnica,de raptu virg.C.&.l.Raptores.C.de epiſ.& cleri.At in caſu noſtro quando mulier capitur,& cognoſcitur carnaliter, & non rapitur:tunc eſt proprie ſtuprum, & non raptus:vt colligi poteſt inſti.de publi.iudic.§.itẽ.l.Iulia de adulte.&.§.item.l.iulia de vi.verſi.ſin autem per vim.ita ſing.dixit Alber.de Roſa.in.iiii.parte ſtatutorum.q.xxxi.cuius eſt initium:Item pone quæſtionem:quam narrat Gandi. & hanc partem tenuit conſulendo,cum ex facto incidiſſet,Rapha.Cuma.conſi.ſuo.xcv.cuius eſt initium:Chriſtophorus &c.vbi idem tenet, & firmat per rationes, & iura Alberici,& p alia,de quibus ibi per eum.Refert,& ſequitur.d.Hip. in ſuo ſing.lxv.cuius eſt initium:Statuto cauetur,ꝙ rapiens mulierẽ.Mãda memoriæ ad intelligentiam dictæ conſtitutionis,Capitalem pœnam, de raptu virginum,& viduarum:cum caſus ex facto inciderit.

Hic Deo Opt.Max.authore,ſupraſcripta Epitomata centenario numero concluſa:ac per menſem tãtum abſoluta,finem accipiunt.

Sequuntur eiuſdem Ioannis de Amono Problemata ex diuino, & humano iure excerpta.

IOANNIS DE ARNONO DE SANCTO ANGELO Faſanellæ Diuini Iuris Laureati Problemata ex Diuino,& humano iure excepta Deo Opt.Max.authore initium capiunt.

Problema. I.

IN Soliloquiis,& in Epitomatibus noſtris meminimus cōſtitutionis regni,In aliquibus, de ſucceſſione filiorum comitum,vel baronum ; per quam habes maſculos,& fœminas vocari ad ſucceſſionem tam feudalium: quam burgẽſaticorum : licet maſculis extantibus , excludantur fœminæ,ſi maritentur de paragio : vt barbaris verbis vtar illius conſtitutionis. Quæro pro intelligentia illius , num ſpurius legitimatus ſuccedat in feudalibus,& in burgenſaticis? Diſtinguo reſpectu feudalium; ꝙ ſi etiam ad feudalia ſpecialiter fuit legitimatus,& habilitat⁹: & tūc ſic, alias non: vt concluſimus in Epitomatibus noſtris,Epitomate.xciiii. cuius eſt initium:Filius ſacerdotis.Reſpectu vero burgenſaticorum dico ꝙ ſic:quia ſpurius legitimat⁹ comparatur legitime nato. & ideo poteſt inſtitui hæres a patre coram duobus teſtibus , prout vere legitimis. concedit.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de teſta.& ei debetur legitima iure naturæ,prout aliis.ita ſing.Bal.in.c.de cauſis in penul.colū. verſic.& ideo ſpurius.extra de offi.deleg.& pro ſingu.commendat.d. Iaſ.in auten. Siqua mulier in penul.col.ver.Secundo moueor.C. de ſacroſanctis eccle. & in.d.§.ex imperfecto in.i.col.Et quia hęc ſunt memoria digna: & maxime ad materiam dictæ conſtitutionis,In aliquibus,libuit otioſe in frontiſpitio huius libelli noſtri,& in hoc primo Problemate annotare.

Problema. II.

AD materiam conſtitutionis regni,Vſurariorum,de vſurariis puniendis,de qua in Soliloquiis noſtris,& alibi ſæpe fecimus mēionem. Quæro,num proſeneta contractus fœneratitii teneatur ad reſtitutionem vſurarum? Glo.ſing.in.l.ſi ſciente.ff.ad.l.Pompe.de parri.dicit ꝙ ſic.& eā ſequitur Bar.non ibi:ſed in.l.i.§.incidit.ff. ad turpil. Vide Ludo. Roma. in ſuo ſing.cclxxi.cuius eſt initium:Fui interrogatus hoc mane.

Problema. III.

AD conſtitutionem regni,Legum aſperitate lenita, de adulteriis , & lenociniis:& alterius conſtitutionis,cuius eſt initium:Qui coram ſe ſpectante, de pœna adulterii: & alterius adhuc conſtitutionis , Maieſtati noſtræ,de adulteriis coercendis:alias de priuilegiis eccleſiarum. Quæro, num adulter, & adultera poſſint in eodem libello accuſari? Dicas ꝙ nō.vt in.l.reos.C. de adult.l.ſi maritus.§.fin.l.vim paſſam.&.l. nihil.ff. eod.titu.

Quod eſt

Quod eſt verum: quando ageretur ad pœnam temporalem, de qua in dictis conſtitutionibus. Non autem quando ageretur coram iudice eccleſiaſtico ad ſeparationem tori: quia tunc bene adulter, & adultera poſſunt in eodem libello accuſari. Glo. eſt ſing. ii. q. v. c. ſtatuit. refert, & ſequitur Roma. in ſuo ſing. cclxxii. cuius eſt initiũ: Tu ſcis. vbi dicit Glo. illam ad hoc neſcire legiſtas, nec canomiſtas. Et hoc eſt perpetua memoria dignum tam ad dictas conſtitutiones regni, q̃ ad. c. tuæ. extra de procu. vbi tex. loquitur quando agitur ad ſeparationem tori.

Problema. IIII.

AD materiam tituli, de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt, quæro, num adhuc occidens ſeipſum debeat eccleſiaſtica carere ſepultura? Dicas ꝙ ſic. xxiii. q. v. c. placuit. Vide Lud. Ro. in ſuo ſing. cclxiiii. cuius eſt initium: Fui interrogatus. & notabis hunc caſum: quia alias hic caſus ex facto incidit in hac patria mea.

Problema. V.

AD conſtitutionem regni, Vſurariorum, de vſurariis puniendis, de qua ſupra in ii. Problemate meminimus: quæro, num ſit vſura permiſſa, quæ fit de hoſte ad hoſtem? Dicas ꝙ ſic. caſus eſt ſing. in. c. ab illo. xiiii. q. iiii. ſecundum Roma. in ſuo ſing. cclxv. cuius eſt initium: An extra caſus dotis. Vbi dicit hoc eſſe notandum.

Problema. VI.

TItius vulnerauit Sempronium mortaliter: qui dum ſtaret ſic proſtratus, & vulneratus in terram, fuit realiter occiſus a Meuio. Quæro, nũ Titius, q prius vulnerauerat mortaliter, teneatur ad vltimum ſupplitium tanq̃ homicida, iuxta cõſtitutionem, Terminum vitæ hominis, de homicidiis puniẽdis. de qua in Epitomatibus noſtris, & alibi ſępe fecimus mẽtionem? Diceres prima fronte ꝙ ſic: quia vulnerans mortaliter tenetur de homicidio. In contrariũ eſt veritas per l. itẽ Mela. §. Celſus. ff. ad. l. Aqui. refert, & ſequitur Ludo. in ſuo ſing. cclvi. cuius eſt initium: Quidam fuit vulneratus mortaliter. vbi dicit fuiſſe liberatum illum, qui vulnerauerat per. d. §. Celſus ait. & atteſtatur ibi vidiſſe Ange. & dicentem in. d. §. Celſus ait, alias eundem caſum vidiſſe Florentiæ. & ex hoc dicit Ludo. in præall. ſing. ſe lucratũ fuiſſe veſtẽ vnã de ſerico. Nota ad dictã ꝯſtitutionẽ, Terminũ vitę hominis, quia ſępiuſcule ſolet hic caſus ex facto incidere.

Problema. VII.

AD materiam capituli regni, cuius eſt initium: Item ſi contingat iudicem ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum. Quęro, num ad uerſario meo loquente ad aurem iudicis, poteſt iudex ille vt ſuſpectus recuſari? Dicas ꝙ ſic ſecundum Spe. ſing. in titu. de poſi. §. vii. verſ. quid ſi ponens. Vide Roma. in ſuo ſing. cclvii. cuius eſt initium: Nunquid ſi ad-

uerſarius meus. & ibi Io. Bapt. Caſtellioneus in ſua paraphraſi confirmat hoc, adducens authoritates nõ parum multas: niſi iudex reuelet id quod pars illi in aure locuta fuerit. No. diligenter ad. d. cap. regni. quod eſt inſertum inter Ritus magnæ curiæ vicariæ in. ii. char.

Problema. VIII.

AD conſtitutionem regni, Inſtrumentorum robur, de fide, & authoritate inſtrumentorum. Nota tu Tabellio, ꝙ ſi mandato iudicis nolis conficere inſtrumenta, de quibus rogaris, debes tabellionatus officio priuari ſecundum Bal. in. l. prouidendum. C. de poſtulan. per illum tex. bene probantem. Vide Roma. in ſuo ſing. cclix. cuius eſt initium: Tabellio cõpellitur. quod tamen ego limito, quando fuiſſet rogatus ſuper licitis, ſecus ſuper contractibus reprobatis: quia tunc nõ ſolũ nõ debet cõficere inſtrumẽta, ẽt ſi fuerit rogatus, ſed immo ſi confecerit, veniret puniendus.

Problema. IX.

PEr conſtitutionem regni, Vſurariorium, de vſurariis puniẽdis. de qua in eiſdem noſtris Problematibus, Problemate. ii. &. v. meminimus, & alibi ſæpe, habes popularem eſſe actionem vſurariam prauitatem in publicum deferendi. Proinde quæro, num redemptor litium, & continuus litigator poſſit eſſe accuſator? Dicas ꝙ non. Caſum habes vnicum. iii. q. v. c. ſuſpectos ſecundum Roma. in ſuo ſing. cccxiiii. cuius eſt initium: Nunquid redemptor litium. & ibi Io. Bapti. Caſtellioneus in ſua paraphraſi, all. alia non parum multa.

Problema. X.

AD conſtitutionem regni, cuius eſt initium: Inconſutilem tunicam Dei noſtri, de hæreti. & patare. volo te non lateat, ꝙ ad conuincendum quempiam de hæretica prauitate, ſufficit ꝙ libri hæreſis reperiantur penes aliquem ſecundum Archi. ſing. xxii. q. iiii. c. ſane. refert, & ſequitur Ludo. in ſuo ſing. cccxxii. cuius eſt initium: Eo ipſo, ꝙ libri hęreſis. Quod notabis ad dictam conſtitutionem hac præſertim tẽpeſtate, ſi penes quẽpiam reperiantur libri anathematizatæ ſectæ luthæranę. Quod tamen limito, niſi reperiantur dicti libri penes aliquem, qui velit dictos libros confutare, prout ſcio pleroſq;, & catholicos quidem viros, ac doctiſſimos illos habere: vt eos confutent, & cõfundãt. Nã hi nõ ſolum nõ ſunt de hæreſi impetendi, immo ſatis admodum de Chriſti fide commendandi.

Problema. XI.

EMphiteota, vel feudatarius pignorauit rem emphiteoticam, vel feudalem directo domino, a quo rem ipſam emphiteoticam, vel feudalem recognoſcebat: quiq; directus dominus percepit fructus ex re pignorata. Quæro, num debeat illos in ſortem computare? Quilibet prima frõte diceret ꝙ ſic: quia regula eſt, ꝙ creditor computat fructus in debitum,

vt probatur per locum a ſpeciali in.c.ſalubriter, extra de vſur. Attamē in contrarium eſt veritas in caſu noſtro.caſus eſt in.c.i.de feu.& in.c.cōqueſtus de vſur.ſecundum Roma.in ſuo ſing.cccxxv.cuius eſt initium:Creditor computat.vbi dicit hoc eſſe mirabile,& notan.& poterit tibi inſeruire ad materiam conſtitutionis, Vſurariorum, de qua ſupra in .ii. v. &.ix. Problemate diſſeruimus, & alibi ſæpe.

Problema. XII.

Diximus ſupra in.ix.Problemate,Redemptorem litium,& continuū litigatorem non poſſe accuſare,etiam vbi popularis actio a conſtitutionibus introducitur.Nunc quæro,num inimicus poſſit accuſare in terminis dictæ conſtitutionis, Vſurariorum : etiam ſi tale crimen vſurariæ prauitatis ſit alias notorium?Dicas ꝙ non.caſus eſt ſing.iii.q.ii.c.Epiſcoporum nulli.§.quod vero inimici. Refert, & ſequitur Ludo. in ſuo ſing. ccccvii.cuius eſt initium : Regulariter inimicus. Et hoc addas ad dictam conſtitutionem,Vſurariorum,de vſurariis puniendis.

Problema. XIII.

IN Epitomatibus noſtris,Epitomate.xiiii.cuius eſt initium: In tractatu, quem edidimus Soliloquiorum,polliciti fuimus in eiſdem Epitomatibus habituros nos forte ſermonem de validitate conſtitutionis vſurariorum:ibiq; polliciti fuimus nos audacter concluſuros laycum fore penitus incompetentem in materia vſurariæ prauitatis,cum illa ad eccleſiaſticum iudicem ſpectare dignoſcatur.Nunc vero vt promiſſa obſeruem, ſaltem in iſtis noſtris Problematibus,concludo audacter,& dico iudicem ſecularem fore penitus incapacem, & incompetentem in materia vſurariæ prauitatis. Ex quo corelarie infero conſtitutionem ipſam vſurariorum, non potuiſſe edi,cum diſponat de materia non pertinente ad iuriſditionem,& poteſtatem iudicis temporalis: ſed de iure dicta cauſa ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.ita concludit Bar.in.l.Titia.ff.ſolu.matri.Fede. de Se.conſ.ccxlv.cuius eſt initium:Domino Andreæ ad finem cum ſimil. vt tradit Alex.in.d.l.Titia.in.iiii.col.& idē Alex. in conſ.ix.cuius eſt initiū: Præſtantiſſime doctor lib.iiii.Et ſicut iudex ſecularis non poteſt de cauſa vſuraria cognoſcere, ita pariter layci non poſſunt ſtatuere aliquid in tali cauſa:quia a pari procedunt poteſtas cognoſcendi, iudicandi, & ſtatuendi.& ita Fede.concludit in conſ.xcvi.cuius eſt initium: Apparet.& ſequitur Pau.de Ca.in ſuo conſi.lxxi.cuius eſt initium: Viſis,& ponderatis col. .i.Refert,& ſequitur.d.Philip.Dec.cuius labores non cenſeo tribuendos mihi,ne in furti reatum incurram in ſuo pleniſſimo, & elegantiſſimo conſilio.clxx.cuius eſt initium:Diuino implorato præſidio,viſo themate, & his quæ narrata ſunt.Et hæc ſunt perpetua memoria digna ad dictam cōſtitutionem,Vſurariorum, per quæ arbitror me pollicita obſeruaſſe: licet

ob tyrãnidem temporalium latrunculatorum ſanguinem humanum ſitientium,durum,& difficile, immo pene impoſſibile eſſet obtinere in facti cõtingentia. Sed ſatis mihi fuerit ea adduxiſſe in medium,quę vtriuſq; iuris ſapientiæ conſentanea eſſe viſa fuere.

Problema. XIIII.

NOta hoc ad cõſtitutionẽ regni, Foriudicatorũ bona,de fiſco ſuccedẽdo foriudicatis,diſponẽtẽ de bonis foriudicatorũ,prout ibi ſerio ſe diſponitur:qa intelligitur de bonis nõ acqſitis ex contractibus de iure gentiũ. Nã in acquiſitis ex cõtractibus iuris gentiũ bene poſſunt agere in vita eorũ ipſi bãniti,& foriudicati:& erunt ꝓpria,nec auferẽtur a fiſco per tex.in.l.ſi tibi mãdauero.§.is cuius.ff.mãda. At illis mortuis veniet fiſcus ad illa bona,tanq̃ vacantia ſecundum determinationem dictæ conſtitutionis, Foriudicatorum bona.ita ſing.dixit Bal.in.l. eius,qui.§.i.ff. de teſtamen.Vide Fran.Cremen.in ſuo ſing.cxlviii.cuius eſt initium: Deportati & illi banniti.Non obſtat conſtitutio regni, Pœnam horum, de forbannitis,& foriudicatis,in qua habentur pro mortuis:quia loquitur de morte ciuili: ſed nos loquimur in morte naturali.

Problema. XV.

TAmetſi mandatum regulariter finiatur morte.§.recte inſti.manda. & habetur plene in.l.eius,qui in prouincia.ff.ſi certum peta. Attamẽ quæro,num hoc procedat in dote, & in omni alia pia cauſa? Finge Titiũ mandaſſe Sempronio ſuo procuratori de donando, & ſoluendo dotem de ſuo patrimonio alicui puellæ:an morte finiatur tale mandatum? Et dicas ꝙ non,immo poſt mortem poteſt procurator ipſe ſoluere, & exequi dictum mandatum.caſus eſt ſing.in.l. ſi ego.§.i.ff de iure do. Quem tex. ad oẽm piã cauſam extendit Bal.in.l. mãdatũ C. mãda. ſi Frãciſco Cremẽſi credẽdũ ſit in ſuo ſing.cxliii.cuius eſt initium: Mãdatũ regulariter.

Problema. XVI.

AD conſtitutionem regni, Sanſimus,de matrimoniis contrahendis quæro. Quidam contraxit ſponſalia, ſiue matrimonium per verba de futuro:puta quia dixit,& promiſit ſe ducturum illam puellam in vxorem:& deinde ſecuta fuerunt hinc & inde munera:item oſcula: item amplexus:non tamen ſecuta fuit carnalis copulæ commixtio. Deinde non obſtantibus prædictis ſponſalibus ſic celebratis, contraxit matrimonium cum alia per verba de præſenti. Num valeat ſecundum per verba de præſenti,an primum per verba de futuro? Prima fronte videtur dicendum, ꝙ valeat primum ſtantibus prædictis muneribus:item oſculis: item amplexibus: per quæ videntur illa ſponſalia tranſire in vim conſenſus expreſſi per verba de præſenti. Sed in contrarium eſt veritas. Nam receptio munerum; amplexus:& oſcula non faciunt tranſire ſponſalia in matrimonium:

& nimirum cum attemptatus copulæ non ſufficiat,ſed requiritur carnalis copulę ſubſecutio.vt in.c.adoleſcens,iuncto.c.is qui de ſponſa. Quod ſingulariter eſt notan.ſecundum Anton.Corſec.in ſuo ſing.cuius eſt initiũ: Matrimonium contractum.Et hoc eſt memoria dignum ad dictam conſtitutionem,Sanſimus.vt illud dicatur verum matrimonium:quod eſt cõtractum per verba de præſenti ſolum:vel per verba de futuro cum ſubſecutione carnalis copulę:non autem cum receptione munerum,& ſubſecutione oſculorum,& amplexuum,& aliorum id genus.

Problema. XVII.

AD materiam regiæ nouellæ pragmaticæ regis Ferdinandi primi,cuius eſt initium:Teſtem falſum.de qua alibi ſæpe meminimus. Quæro,num teſtes repentine,& celeriter reſpondentes antequam articulus totus legatur,præſumantur falſum dicere?Dicas ꝙ ſic.caſus eſt ſing.v.q.v.c.Sed illud,ſecũdum Roma.in ſuo ſing.ccccxlv.cuius eſt initium:An ille qui celeriter,& repẽtine.vbi ex hoc infert corelarie , ꝙ eis alii præferunt.

Problema. XVIII.

TV habes capitulum regni,cuius eſt initium:Item ſtatuimus,ſub rubrica,Quod clerici clericaliter viuentes,non communicent cũ aliis in collectis,nec pro bonis eccleſiaſticis , nec etiam patrimonialibus . Per quod clerici habent vnum priuilegium,de quo ibi in.d.cap.Item ſtatuimus.Quæro,num etiam bona clericorum gaudeant eodem priuilegio,ſicut eccleſia,quo ad præſcriptionem.vt ſicut bona eccleſiarum non præſcribuntur,niſi ſpacio.xl.annorum.vt in.c.ad aures.& in.c.de quarta extra de præſcrip.& in auten.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.eodẽ modo non pręſcribantur bona clericorum?Dicas ꝙ non:immo præſcribuntur ſpacio,quo præſcribuntur cætera bona priuatorum. Glo.eſt ſing. in.c. Poſſeſſiones.xvi.q.iiii. vide Ludo.in ſuo ſingu.cccccli. cuius eſt initium: Tu ſcis generale illud.& ibi optime per Ioan. Baptiſtam Caſtellioneum in ſua paraphraſi,immo mauis additione ad dictum ſingu. vbi adducit in medium alias authoritates non parum multas.

Problema. XIX.

AD materiam conſtitutionis regni,Vſurariorum,de vſurariis puniendis,te nolim latere vnum qđ retulit Io.Cal.in.c. nauigãti. extra de vſu & alii eum ibi ſequuntur,ꝙ doctor ex mutuo quod facit ſcolari committit vſuram, ſi contemplatione mutui intrat ſecum,alias nõ intraturus, ſi ex huiuſmodi introitu aliquam vtilitatem æſtimabilem ꝯſequitur doctor:puta propter augmentum famæ, augetur ei ſalariũ.& refert Panhor. in.c.i.depoſi.& facit Glo.inſti.de ſuſpec.tuto.§.ſed ſiquis præſens,in ver. remittitur.quæ colligit Ar.contra doctores,qui pecunia data acquirunt ſibi ſcolares. Vide.Anto. Corſe.in ſuis ſingularibus , ſingu.cuius eſt ini-

tium:Pro ſolatio dico tibi,ſub verbo doctor.

Ploblema. XX.

PEr capitulum regni,cuius eſt initium:Robertus &c. Ordinato iuſtitia &c.ſub rubrica,Quod baiuli,& iudices &c. proſpectum eſt,vt iudices poſſint exercere iuriſditionem etiam vltra tẽpus eorum vſq; ad aduentum ſucceſſorum. Quæro pro intelligentia illius,num pro illo tempore debeant habere ſalarium?Et dico ꝙ ſic.Nam cum tam ex diſpoſitione dicti capituli, q̃ ex diſpoſitione etiam iuris communis,tam canonici,q̃ ciuilis,iudex exerceat iuriſditionem vſq; ad aduentum ſucceſſoris.vt.l.meminiſſe.ff.de offi.procõſ.&.l.eũ qui de iuriſd.om.iud.& canoniſt. in Glo. in.c.Et ſi Chriſtus de iureiuran.non debet ſuis ſtipendiis militare. vt in.c. cum ex officii de pręſcript. quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.& non eſt mirum quempiam ſeminantem ſpiritualia metere carnalia.vt in.c.ſi Epiſcopus de offi.ordi.lib.vi.Nã os bouis ligari nõ debet triturantis: & qui ad onus eligitur,a mercede repelli non debet.dicit text. ad literam in.c.cum ſm Apoſtolum de præben.& pro deciſione pręſentis Problematis eſt caſus ſing.in auten.de adminiſtra.§.illud.Refert,& ſequitur Roma.in ſuo ſingu.cccxc.cuius eſt initium:Lex meminiſſe.Mãda memoriæ,quia quotidie ex facto incidit.

Problema. XXI.

POne ꝙ agitur de refirmando officiali in aliqua ciuitate,de qua refirmatione loquitur etiã regia nouella pragmatica,cuiꝰ eſt initium:Regiæ dignitati,ſub rubrica de ſindicatu officialium ad finem. Quæro,num ſufficiat maior pars ciuitatis ad refirmandum illum,an vero requirantur omnes.Videtur prima fronte ſufficere maiorem partem.vt in.c.quia propter.&.c. Auditis de electio.&.l.quod maior.ff ad municipa. Sed dicas ꝙ non.tex.habes vnicum,ꝙ nullo reluctante fieri debet,in auten.de defenſo.ciuita.§.ſi vero nondum biennium compleuerit.& eſt.§.penul.ibi,dũ dicit reluctante nemine.& ita notauit illum tex.Ludo.ſi ei credendum ſit in ſuo ſingu.cccccclxii.cuius eſt initium : Ad eligendum vnum.vbi dicit ꝙ in electione officiali ſufficit maior pars corporis.& ita procedant iura primo loco adducta.Sed in refirmatione requiruntur omnes.Et hæc ſunt memoria digna ad dictam regiam pragmaticã,cũ caſus ex facto inciderit.

Problema. XXII

AD materiam conſtitutionis regni,Vſurariorum,de vſurariis puniendis:& alterius conſtitutionis,cuius eſt initium:Quãto cæteris, de decimis.Quæro,num mulier poſſit in iudicio interuenire vt procuratrix?Tu diceres prima fronte ꝙ non.Nam mulier non poteſt procurare, nec arbitrari,nec iudicare.At in caſu noſtro in contrarium eſt veritas. Nã vbi de ſalute animarum agitur,vt in repetitione vſurarum, & in cauſa de-

cimarum, quæ ſunt tributa egentium animarum,mulier poteſt eſſe procuratrix.iſtud eſt verbum ſingu. Archi.in.c.ſcriptum.vi.q.iii.Mouetur per regulá,quæ ſe habet,ꝙ vbicunq; de ſalute animarum tractatur,non eſt de apicibus iuris diſputandum.xix.q.ii.Duæ ſunt. Sed hoc tu non potes eſſe procuratrix, eſt de iuris apicibus.l.ſi fideiuſſor.§. quædam.ff. manda. Vide Roma.in ſuo ſingu.ccccccclxxxiiii. cuius eſt initium: Tu audiuiſti. vbi prædicta referens,& ſequens dicit hanc regulam perpetuo notādam: quæ valebit ad multa.Et tu nota ad dictas conſtitutiones.

Problema. XXIII.

QVotidie hic caſus ex facto incidit.Num in cauſa criminali debeant concedi induciæ deliberatoriæ?Duæ rationes prima fronte faciūt ꝙ ſic.Prima,quia in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium.l. abſentem ff.de pœnis.Sed ita eſt, ꝙ in ciuilibus dantur.auten.offeratur. C.de litis conteſta.Secunda,quia vbi maius periculum vertitur,ibi cautius eſt agēdum.c.vbi periculum in prin.de elect.lib.vi. Sed omnis cauſa criminalis eſt maior qualibet pecuniaria.l.in ſeruorum.ff.de pœnis.ergo &c. Tertia ratio additur ſm me.Nam licet in cauſa propria non cadat ignorantia: tamen reus petit inducias ad deliberandum , quēadmodum velit reſpondere.Et quilibet ſic diceret per has rationes. Attamen in contrarium eſt veritas.Glo.eſt ſing.communiter ignota.iii.q.iii.de induciis.quam Glo.dicit eſſe Auream Ludo.in ſuo ſingu.cccccxciiii.cuius eſt initium:Quæro, nunqd induciæ.Māda memoriæ:quia(vt dixi) quotidie ex facto incidit.

Problema. XXIIII.

IN Epitomatibus noſtris,Epitomate.l.cuius eſt initium:Quæro etiā ad materiam,concluſimus ad materiam conſanguineorum venenantium carceratum,ne vituperentur ex publica morte,eos puniēdos vt parricidas. Quæro modo qua pœna veniant plectendi illi,qui occidunt illum,qui de iure venit occidendus?Dic ꝙ pœna mortis.caſus eſt in.l.fi.C.de male. & Mathe.ſm Bald.Pet.Ci.& Barthola.de Capua,in.l. addictos.C. de epiſ. audi.Refert,& ſequitur Roma.in ſuo ſingu.740.cuius eſt initium : Bald. Pe.Ci.& Bartholameus de Capua.Et hæc ſunt memoria digna ad ampliationē ꝯſtitutionis regni,Terminū vitę,de homicidiis puniēdis.de qua,& in Soliloquiis,& in Epitomatibus nr̄is toties,& alibi ſæpe diſſeruimus.

Problema. XXV.

QVæro,num arbitris electis ex forma regiæ nouellæ pragmaticæ, Odia litium,qui dicuntur arbitri iuris ſit facultas cognoſcēdi de reconuentione?Dicas ꝙ non ſm Spe in titu.de Rec.§.effectus,verſi. ſed nunquid coram iſtis.quem refert,& ſequitur Ludo.in ſuo ſingu.776. cuius eſt initium:Reconuentio.& dic vt ibi per eum,& per Ioan.Bap. Caſtellioneum in ſua paraphraſi ad dictum ſingu.

Problema. XXVI.

AD materiam conſtitutionis regni,In aliquibus,de ſucceſſione filioꝝ comitum,vel baronum,volo te non latere vnum quod eſt maximi quidem effectus.Si pater accepit feudum pro ſe,& filiis ſuis maſculis,& fœminis,nonveniũt fœminæ niſi in defectum maſculorum,ex natura cõſuetudinis feudorum rigoroſa per tex.in.c.i.§.ſi filia de ſucceſſio.feud. & in.c.i.§.quoniam in tit.Epũm,vel Abbatem.& de Capitaneo, qui curiam vẽdidit.c.ſi mulier. & habetur in dicta cõſtitutione,In aliquibus.Sed ſi pater dixerit pro ſe,& filiis maſculis cum fœminis:tunc æqualiter admittũtur fœminæ cum maſculis.dictum eſt ſingu.Bald.in.l.quoties.C.de ſu.& le.ſm Cremẽ.in ſuo ſing.lxx.cuius eſt initium:Quidam pater accepit feudum.Stat ergo vis in concipiendis verbis inueſtituræ.

Problema. XXVII.

AD regni cõſtitutionẽ, Legum aſperitate lenita,de adulteriis,& lenociniis,quæro qd ſi mulier habens filios ex primo matrimonio,contraxit cum alio ſecundo viro,& commiſit adulterium? Num dos applicabitur viro ex forma ſtatuti,vel etiam iuris communis:an vero filiis primi matrimonii?Fran. Cremen.in ſuo ſingu.lxxxvi.cuius eſt initium : Statuto cauetur,ingenue faſſus eſt ſe defenſaſſe (vt ſuis verbis vtar) filios primi matrimonii,propter dictum,quod dicit eſſe Aureum Bal.in.l.hac edictali,in.iii.col.C.de ſecun.nup.de quo dicto exclamat.d. Floria.in ſua diſputatione,cuius eſt initium:Mulier primo viduata conſorte. quod dictũ comprobat idem Cremẽ.in dicto ſuo ſingu.Et eſt memoria dignum ad dictam regni conſtitutionem,Legum aſperitate lenita,ſi ſcies applicare.

Problema. XXVIII.

FVit conceſſum mihi,& meis nepotibus quoddam priuilegium a rege multas continens immunitates:& inter cęteras,vt impune poſſimus deferre arma prohibita contra conſtitutionem intentionis noſtrę,de illicita aſportatione armorum.Euenit caſus,vt ſint nepotes ex fratre,non autem ex filio.Quæro proinde,num priuilegium extendatur ad filios fratris?Videtur prima fronte dicendum ꝙ non. Nam appellatione nepotis intelligitur de filio filii.vt habetur in.l.liberorum.ff.de verbo.ſigni. cum ſimili.Tamen in contrarium eſt veritas. Nam de communi vſu loquendi intelligitur de filio fratris.& talis vſus non eſt de neceſſitate probãdus. iſtud eſt ſing.dictum Ioan.An.in.c.fundamenta,de electio lib. vi. Refert, & ſequitur Frã.Cre.in ſuo ſing.xci.cuius eſt initiũ:Tu ſcis.& ibi latiſſime per Ioan.Bap.Caſtellioneum in ſua paraphraſi,immo mauis additione.

Problema. XXIX.

AD materiam capituli regni,cuius eſt initium:Quia non decet,ſub rubrica de theſauris.Quæro,num recondens pecuniam in muro:& poſtea vendens

ſtea vendens domum,faciat illam ſuam,vel emptoris? Dicas ꝙ facit illã
ſuam,& non emptoris.caſus eſt de hoc ſingula.ſm Bart.& Bald.in.l.a tu-
tore.ff.de rei vendica.Refert,& ſequitur Areti.in.§.Theſauros in fi. inſti.
de rerum diuiſio.vbi dicit ſibi ex facto hoc incidiſſe.Refert etiam,&ſequi
tur Pe.Gerardus in ſuo ſing.xcv.cuius eſt initium:Tene menti.vbi hoc in
telligit de pecunia,ſecus de theſauro,vt dicit ille tex.in.d.l.a tutorẽ.q͞d di
cit eſſe notan. Tu autem notabis ad.d.capitulum regni: Quia non decet.

Problema. XXX.

VOlo te vnum ſcire,& quidem mirabile ad cõſtitutionem regni,Mi-
norum iura,quod refert & ſequitur.d.Iaſ.in auten. ſacramenta pube
rum.C.ſi aduerſus vendi.ꝙ quando minor comparet in iudicio ſine cura
tore,facias eum iurare de non veniendo contra proceſſum,& ſententiam.
Nam ſi minor iurat,valebit iudicium,ſententia,& proceſſus.quod intelli
ge in his,quæ fient poſt iuramentum: non autem de factis ſecũdum Bar.
in ſuo conſi.cuius eſt initium:Berardus de Tuderto. quod declara vt per
Pe.Gerar.in ſuo ſing.lxvi.cuius eſt initium:Tene menti,mirabilem caute-
lam.Et ſunt hæc memoria digna ad limitationem totius titu.C.qui legi-
timas perſonas non ha.& dictæ conſtitutionis, Minorum iura.

Problema. XXXI.

SAepiuſcule ſolet ex facto incidere,vt coram iudice ſeculari opponatur
aliqua exceptio cauſæ ſpiritualis,& petatur eam remitti ad iudicẽ ec-
cleſiaſticum.finge conuentum ſuper petitione hæreditatis opponere de-
fectum natalium,vt in.c.Tuam,de ordine cognitio.&.c.lator,qui filii ſint
legiti.Nam tunc iudex ſecularis,licet debeat cauſam illam ſpiritualem, ſi
ue articulum remittere ad iudicem eccleſiaſticum: tamen poteſt anteq̃ re
mittat ſtatuere terminum opponenti ad producendum coram eo capitu-
la,ſeu articulos,quos vult probare in curia eccleſiaſtica: vt ſic videat an ar
ticuli releuent:& ſi non releuant,ad vlteriora procedat.ita.d. Alex. in.l. Ti
tia,in.iiii.col.ad fi.ff.ſolu.matri.Refert,&ſeq͞tur Pe.Gerar.in ſuo ſing.lviii.
cuiꝰ ẽ initiũ:Licet iudex ſecularis.vbi dicit hoc eẽ ꝑpetuo notã.ĩ practica.

Problema. XXXII.

AD conſtitutionem regni,Humanitate nobis ſuggerente,volo te do
cere vnum quod poſſet tibi ex facto incidere: & ex eo poſſes tibi &
honorem,&gloriam, ac vtilitatem nõ modicam comparare. Aliquis erat
accuſatus pro quodam delicto non modico.pro quo tamen veniebat car
cerandus,vel erat carceratus,& veniebat ſub fideiuſſoribus liberãdus. Ro
gauit Sempronium,vt pro eo fideiuberet: qui pollicitus eſt verbo,nõ ta-
men animo ſe facturum. Vnde Sempronius adiuit iudicẽ,apud quẽ debe
bat fideiubere, dixitq; ei: Domine iudex talis rogauit me, vt pro eo fideiu
berem corã vobis:ego nõ ſum auſus denegare,& ei pollicitus ſum: proin

de coram vobis, ſalua reuerentia, proteſtor ꝙ ſi me receperitis in fideiuſſorem, nolo teneri. fuit deciſum eum non teneri ſtante dicta proteſtatione. & fuit deciſio Ang. in. l. mora in prin. ff. de vſur. vbi refert fuiſſe determinatum in contingentia facti per quendam egregium doctorem. & ſequutur moder. Papien. in. l. non ſolum. §. morte ad fi. xiii. col. ff. de noui oper. nun. Refert, & ſequitur Pe. Gerar. in ſuo ſing. lii. cuius eſt initium: Nota quod per pulchre. Et hæc ſunt memoria digna ad dictam regni conſtitutionem, Humanitate nobis ſuggerente. Sed cautus iudex viſa dicta proteſtatione non capiat proteſtantem in fideiuſſorem.

Problema. XXXIII.

AD intelligentiam etiam conſtitutionis Humanitate nobis ſuggerẽte, de qua in præcedenti Problemate meminimus. Pone quempiã non eſſe ſub fideiuſſoribus relaſſandum, ſed in carceribus detinendum: qa crimen de quo detinetur adeo vel confeſſione ſua, vel ipſa fragranti deprehenſione ſit euidens, & alias vt in dicta conſtitutione habetur, vt detineri merito poſſit, & non debeat ſub fideiuſſoribus relaſſari. Tamen poteſtas, quia iſte ſic delinquens erat alias nobilis, aſſignauit illi totum palatiũ pro carcere, immo totam ciuitatẽ. Num ille poteſtas teneatur, ex quo nõ detruſit illum in carcerem, qui poſtea a palatio aufugit? Dicas ꝙ non. per id quod in ſpecie, & ſing. dixit Ang. in. l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. ꝙ poteſtas poteſt aſſignare vni nobili totum palatium, immo totam ciuitatem. & ꝙ ſingularius eſt, ꝙ ſatisfacit ſtatuto diſponenti accuſatum pro delicto debere poni in carceribus. Refert, & ſequitur Pe. Gerar. in ſuo ſing. xxx. cuius eſt initium: Pro nobilibus. Et hęc ſunt memoria digna ad dictam conſtitutionem in fauorem poteſtatis: quando caſus ex facto incideret, & impeteretur in ſindicatu.

Problema. XXXIIII.

AD materiam etiam præcedentis Problematis, & conſtitutionis, caſtellanis, & ſeruientibus, ſub rub. vt caſtellani mittant &c. Finge aliquem caſtellanum commiſiſſe arcem cuidam nobili, qui illam poſtea arcem tradidit inimicis. An propterea caſtellanus excuſetur? Dicas ꝙ ſic. ita in ſpecie, & in indiuiduo tradidit Io. An. in ſua ad Spec. paraphraſi, ſuper rub. de loca. in fi. Refert, & ſequitur idem Pe. Gerar. in ſuo ſing. xxx. cuius eſt initium: Pro nobilibus. Nota, quia poſſet ex facto incidere ad excuſationẽ ipſius caſtellani, qui loco ſui poſuiſſet aliquem nobilem ad cuſtodiam arcis, & illam poſtea inimicis tradidiſſet, per ſupradicta.

Problema. XXXV.

AD conſtitutionem regni, Vſurariorum, de vſurariis puniẽdis, de qua & in Soliloquiis, & in Epitomatibus noſtris, & alibi ſæpe fecimus mentionem. Quæro, an in cauſa vſuraria currat præſcriptio? Puta factum

eſt inſtrumentum venditionis de aliquo fundo pro paruo pretio, cum pa ćto de reuendendo: quo caſu præſumitur contractus fœneratitius, etiã ſi non conſtet emptorem eſſe ſolitum fœnerari. iuxta.c. illo vos. extrà de pi gno. & in.c. ad noſtram de emptio. & vendi. & plene in.c.i. de feu. da. in uicem.l. commiſſo. & plenius per Bartholameum Veronenſem in ſuo tra ćtatu, quẽ edidit de ſimulatiõe cõtractus. Dicas ꝙ nõ currit pſcriptio ſecũ dũ Alex. in ſuo cõſi. xlvi. cui⁹ ẽ initiũ: Circa præſentis cõſilii materiã &c. in iiii. lib. in.i. & .ii. col. vbi dicit hãc eſſe cõem opinionẽ. Refert, & ſequitur Pe. Gerat. in ſuo ſing. xviii. cuius eſt initium: Nota diligenter circa prin.

Problema. XXXVI.

EX quo hoc tempore eſt maxima cõtrouerſia inter patriam meam, & dominum ſuum. Quæro, num iudex dicti domini poſſit cognoſcere. Dicas ꝙ non quia graue eſſet ſibi cum domino, vel ſubiecto domini liti gare. vt not. ff. de officio præſi. l. ſenatuſconſulto. & videtur notari in au ten. vt hi qui oblig. §. vt aũt non demus, ſuper ver. hoſtem. Et Amanellus de Clariſaquis not. in ſuis Notabilib. Notabili, cuius eſt initium: Nota ꝙ ſi ſit controuerſia. Quod eſt memoria dignum ſemper, & nunc ex facto incidit. Et notabis ad capitulum regni, cuius eſt initium: Itẽ ſi cõtingat, in materia recuſationis iudicis ordinarii, vel delegati.

Problema. XXXVII.

TAmetſi de iure communi ſimplici aſſertioni nuntii ſeruiẽtis ſtetur, ſi dicat ſe talem citaſſe, & hoc ſit ſpeciale. vt eſt caſus in.c. cum para ti. extra de appel. Attamen quæro, num hoc ſit verum in regno? Dicas ꝙ non: immo requiritur vel publicæ perſonæ teſtimoniũ, vel præſentia duo rum, vel trium teſtium. tex. eſt in conſtitutione regni, cuius eſt initium: Ci tationis literæ, ſub rub. de aſſignatione literarum citatoriarum circa prin. Ex quo corelarie infero ad practicam, qua ſemper & conſulendo, & iudi cãdo vſus ſum: vt in foro eccleſiaſtico ſtetur ſimplici relationi nũtii, quo ad actum citationis per. d.c. cũ parati. & per Glo. in.c. quoniam contra, in verbo citationes. & ibi per ſcriben. extra de proba. & ita millies practicaui, cum eſſem Vicarius generalis apud Hydruntem, & apud Compſam. In fo ro vero ſeculari ſtetur diſpoſitioni dictæ conſtitutionis, Citationis literæ. Et hæc ſunt memoria digna: quia quotidie ex facto incidunt.

Problema. XXXVIII.

AD materiam præcedentis Problematis quæro. Eſt citatus quiſpiam, non comparuit in termino, forte impeditus vi fluminis, tempeſta tis, vel ægritudinis, aut aliqua iuſta cauſa: quam tamen probare non po teſt: quomodo ſuccurretur ei? Dicas ſtandum eſſe ſuo proprio iuramento. tex. eſt in. l. ſcire oportet. §. ſufficit, verſ. Cum enim quis. ff. de excuſa. tuto. quem ad hoc pro ſpeciali all. d. Amanellus de Clariſaquis in ſuis Nota

bilibus, Notabili, cuius eſt initium: Nota ꝙ ſi ſum citatus. Manda memoriæ: quia poterit tibi quotidie inſeruire.

Problema. XXXIX.

QVæ nunc ſubiiciam, conferunt ad materiam conſtitutionis regni, Sanſimus, de matrimoniis contrahendis, de qua ſupra in .xvi. Problemate diſſeruimus, & ad materiam cap. Tanta. extra qui fil. ſint legi. Proinde quæro. Quidam habens vxorem, habuit rem cum alia muliere. ex qua filium procreauit: poſtmodum vxore ſua mortua, contrahit cum matre iſtius filii, num propter hoc iſte filius eſt legitimus per matrimoniũ ſubſequens? Dicas ꝙ non. Glo. eſt inſti. de nup. §. fi. ſuper ver. interdictũ.

Problema. XL.

QVero abs te, qua pœna veniat puniendus iudex, qui alienam occupat iuriſditionem? Dicas ꝙ pœna capitali. caſus eſt in .l. ii. C. de cohartalib. lib. xii. & ponit Guil. de Ludo. in ſuo tractatu, quẽ edidit textuum, & gloſarum ſingularium, circa prin. in verſ. cuius eſt initium: Lex eſt ꝙ iudex &c. Quod eſt memoria dignum ad conſtitutionem regni, Cum ſatis, abundeq;, ſub rub. qua pœna vniuerſitates teneantur, quæ creant poteſtates, & alios officiales.

Problema. XLI.

AD conſtitutionem regni, Varietates pœnarum, volo te non latere vnum quod quotidie inſeruiet tibi. Finge ergo quempiam tibi dixiſſe iniurias veras, an poſſis cõtra illum agere iniuriarum? Dicas ꝙ non. tex. eſt clarus, & ibi Glo. in ver. infamauit, in .l. eum qui. ff. de iniur. quem tex. facit adhoc ſing. Guil. de Ludo. in ſuo tractatu. tex. & Glo. ſing. in prima char. in .iii. col. in libello meo paruæ impreſſionis.

Problema. XLII.

EX quo ſupra in .xxxvii. Problemate meminimus cõſtitutionis regni, Citationis literæ, vbi diſſeruimus de nuntio citante. An credatur ſuæ relationi, ꝙ aliquem citauerit, nec ne? Nunc quæro, qua pœna veniat puniendus, ſi citauerit aliquem abſq; mandato iudicis? Dicas, ꝙ debet puniri, & officium ammittere. vt in auten. de quæſto. §. ſi vero aliquis colla. vi. C. de epiſ. & cleri. l. Memorati. Facit ad id qđ diximus ſupra in .xl. Probleᾱte, cuiꝰ ẽ initiũ: Quęro abs te. de iudice q alienã occupat iuriſditionẽ.

Problema. XLIII.

PRo ampliatione conſtitutionis regni, Terminum vitæ hominis, de homicidiis puniendis: quæro qua pœna veniat punienda mater occidens partum, quem habet in vtero, vel quiuis alius occidendo eundem poſt .xl. dies a conceptione computandos? Dicas ꝙ pœna homicidii, & tanquam homicida. Glo. eſt in .l. duo. ff. de variis, & extraordina. cogni.

Problema. XLIIII.

AD limitationem capituli regni, cuius eſt initium: Ad hoc ꝗ noſtrorum, de furtis, & totius tituli. ff. & . C. & extra de fur. volo te vnum non latere: Furtiuam rem poſſe tolli per dominum, licet ſit penes furem ſm Pau. de Ca. in ſuo ſingu. ix. cuius eſt initium: Furtiua res. alle. Inno. in c. olim de reſt. ſpo. & ſeruiũt ẽt hæc ad titulũ vi bo. rap. & ad ꝯſtitutionẽ regni, Violẽtias ſubiectorũ. §. fi. de violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

Problema. XLV.

DIximus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio penul. cuius eſt initium: Notandus eſt hic caſus, inter alia edicta, quæ in ingreſſu officii ſolent paſſim magiſtratus emittere, eſſe & hoc: Ne quiſpiam abſq; mandato pro aliquo in iudicio compareat ſub tali pœna. Euenit vt aliquis compareat abſq; mandato, cum inſtrumẽto tamen debiti principalis. Quæro, num debeat puniri, & an ſit admittendus in iudicio? Dico eum non debere puniri, & eſſe admittendum in iudicio ac ſi haberet mandatum. Glo. eſt in. l. fi. in Glo. ii. C. de pactis conuen. facit. l. i. C. de dona. ſm Pau. de Caſt. in ſuo ſingu. xxiiii. cuius eſt initium: Mandatum probatur. Et ita alias, cũ ex facto hic caſus ĩcidiſſet, rñdi Illuſtri & Reuerẽdiſſimo dño Camillo Ieſualdo Cõpſanoꝝ archiepiſcopo meritiſſimo, et dño meo obſuãdiſſimo.

Problema. XLVI.

HIc caſus nunc ex facto incidit. Per reintegratorem bonorum, & iurium cuiuſdam curiæ moleſtantur emphiteotæ ſuper admiſſiõe fundorum, quos tenent a curia, niſi probauerint ſolutionem canonis per tot, & tot annos: per quos emphiteotæ ipſi faſſi ſunt ſe fundos ipſos poſſediſſe: quam probationem ſolutionis canonis facere nõ poſſunt, cum in veritate non habeant teſtes, neq; ſcripturas ſolutionis factæ. Nam bona fide canonem perſoluerũt annis ſingulis officialibus curiæ, non curãtes aliter recuperare ab eis Apochas. Quæro igitur quomodo ſuccurrendum ſit illis emphiteotis? Reſpondi eis, vt probent ſe ſoluiſſe tribus annis immediate præteritis canonem: quia tunc pręſumitur etiam in præteritum ſoluiſſe vſq; ad. xl. annos, & vltra. iſte eſt tex. valde ſingu. de tributo loquens. quem Bar. ibi inducit ad emphiteotam in. l. quicunq;. C. de Apo. pub. lib. x. & idem tenuit Guil. Ci. Bar. & Bal. & Albe. in. l. ii. C. de iure emphiteo. idem firmat Bal. in ſua ad Specu. paraphraſi, immo mauis additione. in titu. de loca. verſ. xxxviii. refert, & ſequitur Fran. Cremẽ. in ſuo ſing. lxxviii. cuius eſt initium: Tu ſcis ꝙ es emphiteota. Et hæc ſunt memoria digna: quia quotidie poterunt tibi ex facto inſeruire.

Problema. XLVII.

LIcet in ordine iudiciario requiratur libellus, vt eſt Glo. in. l. prolatã. C. de ſenten. & interloqu. om. iudi. tamen ſi tacite fuit obmiſſus: qa non fuit petitus, tenet proceſſus. in auten. de trien. & ſemiſ. §. illud in Glo.

ſuper verbo legalem iuſtitiam.iii.col.in fi.totius in Glo.Ex quibus corellarie infero ex quo in regno cauſæ ſunt ſummariæ:vt probauimus in Soliloquiis noſtris,Soliloquio.viii.quo caſu requirit talis qualis petitio iuxta regiam nouellam pragmaticam,Diſpendia litium:quæ eſt prima in ordine.& talis petitio ſuccedit loco libelli:vt probatur in Clemen.ſępe de verbo.ſignifi.ꝙ ſi fuerit obmiſſa talis qualis petitio:quia non petita, valebit proceſſus & multo fortius.Nam ſi ſubſtinetur quando obmittitur libellus,quia non petitus:quanto magis debet ſubſtineri p obmiſſionem talis qualis petitiōis nō petitę.ar.in auten.multo magis.C.de ſacr. ſan.eccl.

Problema. XLVIII.

BLaſphemantes Deum,& beatam Virginem linguæ maliloquæ mutilatione punimus,dicit tex.ad literam in conſtitutione regni, cuius eſt initium:Blaſphemantes.Ad illam addas: ꝙ lingua falſorum teſtium eſt perforanda.Glo.eſt in.l.omnino.C.de delato.lib.x.

Problema. XLIX.

AD Capitulum regni,cuius eſt initium:Si iuſte quis appellauerit,ſub rubrica quod recipiatur appellatio a tormentis.De quo meminim⁹ in Epitomatibus noſtris,Epitomate. lxxii.cuius eſt initium: Iudex iniuſte ſubiiciens: volo te repoſiturum:ꝙ ſi quiſquiam vulneratus mortaliter dicit talē hoc feciſſe, nō eſt ei credendum.l.ſiquis in graui.§.i.ff.ad Sillenia.facit tamen præſumptionem,vt poſſit quęſtionibus ſubiici.C. de calumnia.l.Mater.& ibi Glo.notauit.

Problema. L.

AD conſtitutionem regni,cuius eſt initium: Foriudicatorum bona, de qua alibi ſæpe diſſeruimus:volo te repoſiturum:ꝙ ſi in bonis confiſcatis eſt aliquis fundus emphiteoticarius : dominus a quo tenetur fundus in emphiteoſim,poteſt dare pretium fiſco,& rem recuperare.vt in auten.de alie.& emphite.§.ſi non contingit.Quod eſt notandum ad dictam conſtitutionem.

Ploblema. LI.

AD titulum illum : Quando ciuilis actio præludi. crimin.C. & ad.l. penulti.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.cum ſimili.volo te ſcire in actione.l. Aquiliæ poſſe agi criminaliter : puta ſi quiſpiam animal meum occiderit. Glo. eſt. & notab. in.l. fin.ff.de priuat. delictis. Not. verbum occidat: quia ſic interuenit dolus.

Problema. LII.

REponas ad conſtitutionem regni,Sanſimus,de matrimoniis contrahendis:de qua alibi ſæpe diſſeruimus. Minorem videlicet quatuordecim annis,qui tamen quartumdecimum attigerit,poſſe matrimonium contrahere.caſus eſt in auten.de tempo.non ſolu.pecu. ſuper dotē

.§.i.qđ eſt notã.ff.de annuis lega.l.a nobis,quoq; de.i.l.in ſingulis eo.tit.

Problema. LIII.

AD conſtitutionem regni,Inſtrumentorum robur,reponas hoc:ꝙ inſtrumentum,in quo Tabellio ſe non ſubſcripſerit, non valet.vt.C.de conuenien.fiſ.debito.l.fi.C.de non nu.pecu.l.in contractibus.

Problema. LIIII.

AD regiam nouellam pragmaticam,Teſtem falſum:& ad eius ampliationem,reponas hoc:ꝙ teſtis non ſolum punitur pœna falſi: qa falſum depoſuit:ſed quia etiam parti reuelauit quod teſtis ipſe depoſuit .ff.de teſti.l.qui falſa.ff.eo.l.eos.

Problema. LV.

IN Epitomatibus noſtris,Epitomate.v.& al bi ſæpe meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ,cuius eſt initium:Dubitationẽ de termino citandi authorem in cauſa reali.vbi concluſimus quolibet tempore, dum tamen non ſit in cauſa concluſum,poſſe fieri denunciationem, vt ibi plene probauimus.Nunc autem in hoc.lv.Prob lemate quæro. Finge emptorẽ in cauſa principali non denuntiaſſe venditori,vt eum defenderet,num in cauſa appellationis poſſit illi denuntiare?Dicas ꝙ ſic. Glo. eſt ſingula. in .l.ſi rem,in Glo. penul.in fin.ff. de euictiõ. quam notabis ad dictam regiam nouellam pragmaticam.

Problema. LVI.

REponas hoc ad regiam nouellam pragmaticam,Odia litium:ꝙ ſicut iudex facit litem ſuam male iudicando,vt inſti.de obliga. quæ ex quaſi delic.naſ.C.de pac.l.ſi quis in conſcribendo.&.l.fin.ff.ſi meſ.fal. mo.dix.ita & arbiter male pronuntiando facit litem ſuam, vt not. inſti. inſti.de obliga.quæ ex quaſi delic.naſ.circa princi.ſuper ver. Litem. & eſt etiam C. de pac.l.ſi quis in conſcriben.in fi.

Problema. LVII.

AD eius regię nouellæ pragmaticæ materiam, de qua in præcedenti Problemate,velim te non ignorare:ꝙ licet non poſſit eligi in arbitrum iudex ordinarius in cauſa quæ coram ipſo ventilatur,vt.ff.de arbit.l. ſed & in ſeruũ.§.ſi quis. Attamẽ iudex poterit eẽ arbitrator,& amicabilis cõpoſitor.vt in.d §.not.& in auten.vt diffe.§.ſi vero,ſup verbo Cõuẽtũ.

Problema. LVIII.

TItius commiſit homicidium:quamobrem vltore gladio pœnã debet capitalem ſubſtinere,iuxta conſtitutionem regni,Terminum vitæ hominis.de qua alibi ſæpe meminimus.Si homicida ingrediatur religionem,quæro,num debeat puniri?Dicas ꝙ ſic. vt in auten. de monachis .§.ſi quis igitur.colla i.& vide doc.in.c.i.de obliga.ad ratioci.

Problema. LIX.

NOta hoc ad conſtitutionem, Varietates pœnarum, ꝙ pro iniuria facta vni ex ſociis itineris, poteſt alter ſocius agere iniuriarum, quia & illi etiam videtur irrogata iniuria. vt not. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. abduxiſſe videtur. & ibi Glo. & multoties hic caſus ex facto incidit. Ex quo corelarie infero: ꝙ non poteſt alter ſocius, cui non fuit irrogata principaliter iniuria perhibere teſtimonium veritatis contra irrogãtem iniuriam: quia videtur deponere in facto proprio. Vide in Singularibus meis, vbi plene diſſerui de hoc, & ita concluſi prout hic.

Problema. L X.

DIximus ſupra in. xxxvii. Problemate, hodie in regno non eſſe credẽdum nuntio aſſerenti ſe citaſſe quempiam, niſi cum teſtimonio publicæ perſonæ, vel præſentia duorum, vel trium teſtium, iuxta conſtitutionem regni, cuius eſt initium: Citationis literæ. Nunc ad limitationem dictæ conſtitutionis dico non eſſe ei etiam ſic credendum, niſi portet baculum. l. Stigmata. C. de fabricẽ. l. pluraliter. §. vniuerſos de aquæduc. quod ego intelligerem, niſi ille ſeruiens, ſeu nuntius ſit notus. vt per ſcriben. in. c. cum parati. de appella. & in. c. quoniam contra. in verbo Citationes. de proba. itẽ niſi mos eẽt in aliquo loco, vt ſeruiẽs nõ geſtet baculũ. Sed his ceſſantibus ſemp dicerẽ ei nõ eẽ credẽdũ ſine baculo. p leges ſupius all.

Problema. L X I.

COnſtitutione regni, In aliquibus, de ſucceſſione filiorum comitum, vel baronum, proſpectum eſt, vt ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedãt, ſed maritentur de paragio, vt barbaris verbis eius vtar. Quęro, an interim filiæ poſſint cogere filios maſculos ad ſatiſdandum de nõ diſſipandis, aut alienandis bonis paternis, & de reſtituẽdo hæreditatem? Bar. in. l. fi. in vlti. col. ff. ad Tertul. reliquit cogitandum. Sed Bal. eum referens in. l. ſi quis filium. in. iii. q. C. de inoffi. teſta. tenet, ꝙ poſſit cogi ſatiſdare ſi ſit ſuſpectus, vel incipiat dilapidare. per. l. inter omnes. ff. qui ſatiſd. cogan. idem tenet Bal. in. l. extraneum. C. de hęredi. inſtitu. Imo. in. l. ei qui. ff. de hæredi. inſti. faciunt quę habẽtur in. l. imperator. ff. ad Trebel. refert, & ſequitur. d. Iaſ. in. d. l. inter omnes, in penulti. col. circa princi. Quod eſt memoria dignum ad dictam conſtitutionem, In aliquibus.

Problema. L X I I.

VLtra ea, quæ ſupra in. lix. Problemate repoſuimus ad conſtitutionẽ, Varietates pœnarum, reponas etiam & hoc: ꝙ ſi teſtibus contra me productis obiiciam, & dicam ipſos fore infames, non teneor eis actione iniuriarum. C. de poſtul. l. quiſquis, ſuper verbo Vtilitatis. pro quo ff. de iniuriis. l. ſiquis de libertate. C. loca. l. nullum.

Problema. L X I I I.

ADde ad ea quæ diximus ſupra in eiſdem Problematibus, Problemate.

mate. xxxvi. cuius eſt initium: Ex quo hoc tempore, Quæſtionem hanc, quæ deciditur in. l. i. C. ſi quacunq; præditus poteſ. q ſi officialis facit iniuriam alicui, vel ſibi minacem feruorem infert: q ille cui minatur cum tota familia ſua eſt exemptus a iuriſditiõe ſua in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, & alium iudicem ſortitur. Nam minaces feruores officialium iuſtum metum inferunt, ſecundum Bal. ibi. quę poterũt reponi ad materiam recuſationis iudicis. de qua in capitulo regni: Item ſi cõtingat, videre Paridem in ſuo tractatu, quem de ſindicatu edidit, in verbo Fideiuſſor in. v. col. vbi elegãter, & copioſe loquitur. Et deſeruiet patriæ meę dulciſſimę in iſta acerrima cõcertatiõe, quã habet cũ aduerſario ſuo.

Problema. LXIIII.

AD conſtitutionem regni, Inſtrumentorum robur, loquentem de teſtibus ſubſcribendis in inſtrumento, & eius limitationem, ſcias ad validitatem inſtrumenti requiri teſtes. vt habetur in. l. contractus. C. de fide inſtru. & per Glo. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. & in toto titu. de fide inſtru. ff. C. & extra. Sed quæro, num ſit dare caſum, in quo valeat inſtrumentum ſine teſtiũ ſubſcriptione? Dicas q ſic. vt in inſtrumẽto, quod fit in publico parlamento. Nam tunc valet ſine appoſitione teſtium. iſtud fuit ſing. dictum Vberti de Bobio. quod refert, & ſequitur Spec. in titu. de inſtru. editio. §. reſtat. in. vii. col. verſ. ſed cum literis. Quod dictum refert, & approbat. d. Abb. in. c. i. in. iii. col. de fide inſtru. & Barba. in repe. rub. de fide inſtru. in. xxiiii. char. in. ii. col. refert, & ſeqtur Hip. in ſuo ſing. lvi. cuius ẽ initiũ: Ad validitatẽ ĩſtrumẽti. Signa hoc ad limitationẽ dictę ↄſtitutionis, Inſtrumẽtorum robur. & totius tituli. ff. C. & extra. de fide inſtrumẽtorum.

Problema. LXV.

AD eandẽ conſtitutionẽ, Inſtrumentorum robur, de qua in præcedenti Problemate meminimus, reponas etiam & hoc: q licet alias dictũ duorum teſtium præferatur dicto vnius ſtante paritate ipſorum teſtium. l. iii. §. eiuſdem quoq; in ver numerus. ff. de teſti. cum aliis non parũ multis: tamen hoc fallit: niſi dictum vnius concordet cum inſtrumento: quia ſubſtentabitur ex dicto vnius: non obſtante contrario dicto duorum, & ex fide tabellionis. Ex quo corelarie infero tunc eſſe neceſſarios tres teſtes ad reprobandum dictum inſtrumentum. ita ſing. dicit Io. de Imo. in. c. cũ Ioannes, de fide inſtru. circa penul. col. Quod dictum pro valde notab. refert, & ſequitur d. Alex. in conſi. ſuo. xciii. cuius eſt initium: In cauſa, & lite, in vi. col. in. v. lib. vbi dicit iſtud dictum non repeririſſe ſcriptum ab aliquo alio, præterq̃ a Io. de Imo. ibi. quod ipſe reputat valde notan.

Problema. LXVI.

DIctum vnius teſtis operatur mirabilem effectum. Nam excuſat accuſatorem a pœna tallionis. ita ſing. dixit Bal. in ſua ad Spec. paraphra

Ioan. de Ar. M

ſi,in titu.de accuſatore,in.iiii parte,verſ.penul.quod dicit eſſe notan. Refert,& ſequitur.d.Hip.in ſuo ſing.xlvii.cuius eſt initium:In ore duorum, vel trium.Ex his corelarie infero:ꝙ ſiquis obligauit ſe ad certam pœnam de probando accuſationem,vel denuntiationem iuxta ritum magnæ curiæ,cuius eſt initium:Item ꝙ curiæ ipſę.de quo per nouiſſimos Partheno peos in conſtitutione,Pœnam calumniæ,in.ii.col.in.ii.notab.& probauit per vnum teſtem,excuſatur a pœna,ad quam ſe obligauit propter dictam theoricã Bal.cũ d cta pœna ſuccedat loco inſcriptionis, ſeu tallionis ſm eoſdem nouiſſimos in conſtitutione, Poſt citationẽ,in.ii.col.ad finem.

Problema. LXVII.

TEmpus in compromiſſo appoſitum non poteſt prorogari in maius tempus: ꝗ fuerit primum tempus in compromiſſo appoſitum. ita ſing.dixit Bal.in conſi.ſuo.ccxcix.cuius eſt initium: Nobiles viri Henricus &c.in.i. lib.in vlti col.Refert,& ſequitur Hip.in ſuo ſing.lii. cuius eſt initium: Prorogatio compromiſſi. Quod eſt memoria dignum ad regiam nouellam pragmaticam, Odia litium.

Problema. LXVIII.

ADhuc notabis ad dictam regiam nouellam pragmaticã,Odia litiũ, ꝙ tametſi ad hoc vt quis conſtituatur contumax,requiritur ſemper citatio trina,vel ſaltem vna peremptoria.l.conſentaneum.C. quomodo, & quando iud.l.tres denuntiationes.c. eo. ti.Tamen hoc non habet locũ, vbi par citat,ſeu requirit parem: quia tũc ſufficit vnica requiſitio. ita ſing. dixit Glo.in Cle.i.de hære.in ver.requiruntur.& idem dixit Bal. allegans eandem Glo.in.l.ad peremptorium circa fi.ff.de iudi.& ideo ſi ſunt duo arbitri:& vnus vellet ferre laudum,vel facere aliquem actum,debet requirere,ſeu citare conſocium arbitrum,& ſufficit vnica citatio,ſeu requiſitio, & non peremptoria.quam Glo.etiam refert,& probat.d.Lanfran Brixiẽ. in ſuo tractatu,quem de arbitris edidit,ſub rub.quot modis compromiſſum,ſeu arbitramentum annulletur in.xi.col.circa medium. Refert,& ſequitur Hippo.in ſuo ſing.liii.cuius eſt initium: Adhoc vt quis.vbi in fi. dicit ſæpe hoc ex facto contingere. Manda memoriæ ad dictam regiam pragmaticam, Odia litium.

Problema. LXIX.

PEr conſtitutionem regni,In cauſa depoſiti,proſpectum eſt,vt depoſitum vltra libram auri probari non poſſit, niſi per publicum inſtrumentum.ex quo infertur,ꝙ non per teſtes. Proinde quæro ſi clericus depoſuit penes Sempronium laycum pecuniam excedentem libram auri, conueniatꝗ Semproniũ inficiantem depoſitũ coram iudice ſeculari: quia actor ſequitur forum rei,iuxta.c.cum ſit generale de foro compe. vult probare depoſitum per duos,aut tres teſtes,obiicitur ei diſpoſitio dictæ con-

ſtitutionis,per quam non admittitur probatio per teſtes,ſed per inſtrumẽtum tantum.Quæritur quid iuris?Dicas ꝙ poterit probare per teſtes, etiã ſi cauſa tractetur coram iudice ſeculari ita no.dixit Io. Cal. in diſputatione ſua,cuius eſt initium:Statuto ciuitatis cauetur.& Pe.de Ancha.ſequẽdo eum in repe.c.ea quæ in ſi.de regu.iur.lib.vi.quos refert,& ſequitur.d. Alex.in ſuo conſi.ccix.cuius eſt initium :Pōderatis his,in penul.col.in.ii. lib.Refert,& ſequitur Hip.in ſuo ſing.xxix.cuius eſt initium: Statuta laycorum. Manda memoriæ ad dictam conſtitutionem, quam limitabis, vt non procedat in clerico, etiam in curia ſeculari.

Problema. LXX.

IN caſu,in quo fuga facit præſumptionem, ſeu indicium contra aliquẽ cum regulariter ſit ſecus,vt plene per Hip.in ſuo ſing.cxv.cuius eſt initium:Fuga non ſemper tunc talis præſumptio, ſeu indicium tollitur per iuramentum ipſius fugientis.ita ſing.& mirabiliter voluit Ci.in.l.ſi.C.de requi.re.Quod eſt dictum nunꝗ obliuioni tradendum. & illud refert, & ſequitur.d.Frã.Bru.in ſuo tractatu,quem edidit de indiciis, & tortu.in.iii. char.in.ii.col.in finalib.verbis.& idem Hip.in præall. ſuo ſing. Quod dictum reponas ad.c.regni, Si iuſte quis, ſub rub. ꝙ recipiatur appellatio a tormentis. & ad aliud.c. regni, Tormentis.

Problema. LXXI.

DIcit conſtitutio regni,Terminum vitæ hominis, de homicidiis puniendis,militem,vel in ſuperiori gradu poſitum homicidam vltore gladio,pœnam debere capitalem ſubſtinere, inferiores vero furca ſuſpendi. Et eſt dicta conſtitutio conformis cum iure communi: quo inſpecto non debent nobiles furca ſuſpendi. vt habetur in.l. capitalium.§.i.§.ſerui.& in.§.ſolent ff.de pœnis.& voluit Bar.in.l. deſertorem.ff. de re mili. Tamen hoc non habet locum,ſi talis nobilis fuerit proditor.ita dixit Bal. in.c.cum quidam de iureiuran. Refert, & ſequitur Hip. in ſuo ſing. xvi. cuius eſt initium: Proditores ſunt odio. Et hoc eſt memoria dignum ad limitationem dictæ conſtitutionis, Terminum vitæ hominis.

Problema. LXXII.

COnſtitutio regni,Vſurariorum,in.§.Anexu tamen,de vſurariis puniendis,permittit Iudæos poſſe fœnerari eo modo,quo ibi habetur in litera. Proinde quæro ſtante ſtatuto, vel priuilegio Iudæorum,vt ipſi Iudæi poſſint mutuare ſub vſuris pecuniam ſuper re furto ſubtracta, nec teneantur illam reſtituere vero domino,niſi ſoluatur pecunia cum vſuris, num tale ſtatutum procedat ſcientibus Iudæis rem illam eſſe furto ſubtractam?Dicas ꝙ nō.immo tenentur rem illam reſtituere vero domino ſine pecunia,& ſine vſuris. iſte eſt caſus valde ſing.in.l.ſeruus cuiuſdam.ff. de condi. inde. vbi Bal. & doc.hoc volunt. quod etiam melius, & apertius

firmat Io. de Ana.in conſi.ſuo.lxx. cuius eſt initium: Viſis,& ponderatis &c.vbi ſing.loquitur,& idem firmat Bal.in conſi.xcii. cuius eſt initium: Tria poſſunt &c.in.iiii.lib. & illum tex. etiam magnificat Bar. in.l. eos.C. de fur.dicens eum eſſe notan.contra receptantes res furtiuas ſcienter. & illum tex.etiam ſumme not.Bal. in rub. C. de condi. ob turp cau.& Ange. Are.in tractatu,quem edidit de maleficiis, in verbo & veſtem cœleſtrem abſtulit.Refert,& ſequitur Hip.in ſuo ſing.xiii.cuius eſt initium: Volo tibi dare auream,& ſingularem doctrinam. vbi etiam limitat dictum ſtatutum non procedere,quando illa bona eſſent eccleſiæ,vel alicuius forenſis, qui non eſſet ſuppoſitus iuriſditioni ſtatuentium. vt ibi per eum, qui dicit omnia prædicta eſſe perpetua memoria digna. Nam ipſe alias ex facto ſibi incidiſſe commemorat in ciuitate Cumarum primam limitationem. & ex ea ſe conſecutum decus, & lucrum.

Problema. LXXIII.

REponas hoc ſi ſapis,quia quotidie tibi ex facto incidit,ad.c. fraternitatis de teſti.& ad Cle.ſecundam eo.ti.& ad.l.per hanc.C.de tempo.appella.& ad conſtitutionem, Appellationum tempora,in quibus locis traditur communiter hæc concluſio,vt ſuper articulis nouis, dependẽtibus tamen ex primis,admittantur iidem teſtes, vel alii de nouo venientes,vt non procedat concluſio prædicta,quando teſtes examinati a principio iurauerunt ſimpliciter dicere veritatem ſuper tota cauſa: quia hoc caſu poſt atteſtationes publicatas non poterunt ſuper aliis nouis capitulis,& articulis examinari.ita ſing.dixit Inno.& poſt eum Anto.de Bu.in.c. fraternitatis præall. Quod dictum reputat mirabile Ang. in.d.l. per hanc. refert,& ſeqtur.d. Alex.in conſi.ſuo.lxi.cuius eſt initium: Viſo proceſſu,in.iii.col.in ii.lib.&.d.Hip.in ſuo ſing xxiii.cuius eſt initiũ: Publicatis atteſtationibus.Manda memoriȩ,quia(vt dixi)quotidie ex facto incidit.

Problema. LXXIIII.

COmmunis eſt concluſio omnium doctorum,a qua nemo quem viderim diſcrepat,malæ fidei poſſeſſorem nullo vnq̃ tempore præſcribere.vt in regula,Poſſeſſor,de regu.iur.lib.vi.& ibi per.Glo.Di.& Io. An. & habetur in.c.fina.vbi tex.clarus de præſcrip.in quibus locis, & alibi ſæpe traditur ſupradicta concluſio, vt procedat in vtroq; foro tam canonico,q̃ ciuili propter materiam peccati.Sed quæro abs te, quomodo probabitur iſta mala fides? Dicas, ꝙ per ſola inditia. tex. eſt multum not. & ibi Bal.in.l.penul.C.de euictio.& not.Ang.in.l.i.C.de vſucapio.transfor.cum aliis allega.per Hip.qui prędicta refert,& ſequitur in ſuo ſing.xxxv.cuius eſt initium: Mala fides alicuius.Et hoc reponas ad conſtitutionem regni, Duram,& Diram,de præſcrip.& ad conſtitutionem, Quadragenalem, de prorogatione præſcriptionis.& ad alia iura ſuperius allegata.

Problema. LXXV.

AD conſtitutionem regni, Inſtrumentorum robur, de qua ſupra in .lxiiii.&.lxv.Problemate meminimus. Quæro abs te, qua pœna veniat plectendus Tabellio.qui poſt priuationē a tabellionatu facit inſtrumentum,tanquam Tabellio? Videtur prima fronte dicēdum,ꝙ pœna falſi:quia ex quo eſt priuatus, perinde habetur ac ſi nunquam fuiſſet creatus Tabellio: ſed ille qui nunquam fuit Tabellio, ſi conficit inſtrumentum tanquam Tabellio, punitur falſi, & ſic pœna mortis. vt habetur in.l.eos in fin.ff.de fal. & per Bald. in.l. data opera, in.xviii.colū. verſi. Dubitatur de eo &c.C.qui accuſ.non poſ.ergo et huiuſmodi qui fuit creatus, & poſtea priuatus. Sed in contrarium eſt veritas. Nam non punitur pœna mortis.ita ſingu. dixit Bald.in.l.ſi quis.C. de aquæduct.lib. xi. rationem alle. quia iſte qui alias fuit Tabellio, iuuatur primordio veritatis.argu. not.in.§.quia vero, in auten. de non alie. Refert, & ſequitur cum aliis authoritatibus non parum multis.d.Hippo.in ſuo ſingu.xxxv. cuius eſt initium:Ille qui nūquam fuit Tabellio.Et hæc ſunt memoria digna ad dictam conſtitutionem,Inſtrumentorum robur.

Problema. LXXVI.

AD conſtitutionē regni, Sanſimus,de matrimoniis contrahendis,de qua ſupra in eiſdē Problematibus,Problemate.xvi.& alibi ſępe meminimus, volo te repoſiturum & hoc,quod quotidie ex facto incidit.Nā licet dictum vnius dictum nullius vulg.c.licet, de teſti. vulg.l. iuſiurandi .C.eo.nihilominus hoc non habet locum,quando vnus teſtis deponit de cauſa impeditiua matrimonii:puta ꝙ ſit conſanguinea:quia tunc ad impediendum matrimonium,ne contrahatur,ſufficit vnus tantum. caſus eſt notab.in.c.ſuper eo.ii.reſponſo,de teſti.& eodem modo in fama per ea, quæ refert & ſequitur Ludo.Roma.in ſuo ſing.cccccccxvi.cuius eſt initiū: Dictum vnius.vbi ponit prædictos duos caſus.

Problema. LXXVII.

VOlo te repoſiturum etiam & hoc ad regiam nouellam pragmaticā, Dubitationem de termino citandi authorē in cauſa reali, de q̄ multoties meminimus:ꝙ licet defenſor conuenti non poſſit opponere exceptionem declinatoriam fori ex perſona ſua per.l.venditor, cum ſimili.ff. de iudi.Tamen hoc non procedit in tertio comparente pro intereſſe ſuo ad defenſionem cauſæ per alium motæ. ita ſingu. Inno.in.c. capitulum ſanctæ Crucis,in Glo.penul.de reſcript. Refert, & ſequitur Roma.in ſuo ſing.cccccccxxiiii.Cuius eſt initium:Lex venditor.vbi dicit ſe ita pronunciaſſe in magna cauſa:& dicit addendum ad.d.l.venditor. Tu vero adde, & repone (vt dixi) ad dictam regiam nouellā pragmaticā,Dubitationē.

Problema. LXXVIII.

AD capitulum regni,cuius eſt initium:Siquis,ſub rubrica de morantibus in excomunicatione,volo te repoſiturum hocꝙ ſi eſt excomunicatus Baro,omnes officiales eius impediuntur cognoſcere. Et ſimiliter dicendum eſt de vicario,quando eſt excomunicatus epiſcopus. caſus eſt ſingu.in.c.i.de offi.ordi.lib.vi.ſm Roma.in ſuo ſing.ccccccxxvi.cuius eſt initium: Eſt excomunicatus poteſtas &c.

Problema. LXXIX.

AD aliud capitulũ regni,cuius eſt initium:Item ſtatuimus, ſub rubrica de non trahendis clericis ad iudicia ſecularia &c.volo te repoſiturum vnam limitationem ad illud.Nam licet clerici regulariter non poſſint trahi coram iudice ſeculari per dictum.c.Item ſtatuimus.quod eſt cõforme cum tota iuris communis prudentia, vt probatur in.c.ii. & in.c.ſi diligenti,& quaſi per totum extra de foro compe.tamen limita non procedere in fideiuſſore ipſius clerici,qui eſſet tamen laycus. Nam fideiuſſor laycus poteſt conueniri coram iudice ſeculari. Nam exceptio declinatoria fori competẽs ipſi clerico principali,non competit eius fideiuſſori,ſeu ceſſionario.caſus eſt in.l.ſi reus.ff iudi.ſol.&.l. ſed ſi reſtituatur.§.i.ff. de iudi.Refert,& ſequitur Ludo.vbi dicit ſe ita heri conſuluiſſe in ſuo ſing. ccccccxxvii.cuius eſt initium: Nunquid fideiuſſor. vbi firmat ſupradictã limitationem etiam aliis authoritatibus non parum multis.

Problema. LXXX.

QVotidie videmus ex facto incidere,vt fructus eccleſiæ locentur, & vendantur.vt in.c.ſi.extra Ne prælа.vices ſuas etiam layco,vt ibi,& in.c.veſtra extra loca.Proinde quęro,num in huiuſmodi locatione,ſeu vẽditione fructuum,veniant oblationes altaris?Dic ꝙ non. Glo.eſt ſingu.i. q.iii.in.c.Altare,in Glo.parua, dum exponit Altare.i. altaris oblationes. Vide Roma.in ſuo ſingu.cccccclvii.cuius eſt initium: Fructus eccleſiæ. Nota,quia quotidie (vt dixi) ex facto incidit.

Problema. LXXXI.

AD illud capitulum regni,cuius eſt initium:Item ſtatuimus, de quo meminimus ſupra in eiſdem Problematibus,Problemate.lxxix.notabis hanc ampliationem:vt non ſolum clerici non debeant trahi ad iudicia ſecularia per ea,quæ ibi dicta ſunt:ſed nec etiam eorum concubinę, quæ de iure ſequuntur forum clericorum.de hoc habes duas Glo. in Decretis valde notabiles.vnam.xxxii.d.eos qui.Alterã vero.xi.q.i.clericum. Et eſt ratio,quia non poteſt negari quin concubina clerici non ſit de familia clerici,ſed familia clerici ſortitur forum clerici.lxxxix.d.c. iudicatum legitæ.in.l.ſi.C.de epiſc.& cle.& in proœmio.ff.Refert:& ſequit̃ Ludo.in ſuo ſing.cccccclviii.cuius eſt initium:Licet vxor.& hæc ſunt memoria digna ad dictum capitulum regni: & ad totum titulum de foro compe. Et

vide doc.& maxime recentiores in.c.ſi concubinæ.de ſenten.excom.

Problema. LXXXII.

TAmetſi plures ſint pœnę, & ſignanter tres pro adulterio, vt proſequitur Roma.in ſuo ſing.967.cuius eſt initium: Nos ſumus in materia adulterii.vbi dicit ꝙ in omnibus illis tribus pœnis procedit iudex eccleſiaſticus,nihilominus hodie in regno etiam his pœnis datur iudex eccleſiaſticus:vt iudex competens,niſi per inſultum,& per violentiam adulterium committatur:quia tunc de adulterio cognoſcet eccleſia: de inſultu autem, vel violentia cognoſcet iudex ſecularis.tex.eſt in cõſtitutione regni,cuius eſt initium: Maieſtati noſtræ,de adulteriis coercendis. Sed ego addo alium caſum,in quo etiam iudex ſecularis cognoſcit de adulterio:videlicet quando adulterium eſt notorium.ita Ioan.de Ana. in rubrica de adulte.extra in tertia col. Manda memoriæ ad dictam conſtitutionem,Maieſtati noſtræ.

Problema. LXXXIII.

DIximus in Soliloquiis noſtris,Soliloquio pen.& ſupra in eiſdẽ Problematibus,Problemate.xlv.magiſtratus in ingreſſu officii iter alia edicta ſolere paſſim emittere & hoc:Ne quiſpiam abſq; mandato in iudicio pro aliquo compareat.Quo quidem edicto ſic ſtãte:quæro,num principalis poſſit ratum habere id quod per non habentem mandatum : ctũ ſit? Videtur prima fronte dicendum ꝙ ſic.quia caſus eſt in.l.licet.ff. de iudi.& l.in cauſæ,de procu. Attamen in contrarium eſt veritas.iſta eſt ſingu.authoritas Bal in.l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.alle.tex. bene probantem in.l.ſi vero non remunerandi.§.ſi poſt creditam.ff.manda.Refert,& ſequitur Ludo.in ſuo ſing.cccccclxxx.cuius eſt initium:Tu audiuiſti.

Problema. LXXXIIII.

AD materiam conſtitutionis regni,Inſtrumentorum robur,de qua toties meminimus in eiſdem Problematibus, & alibi ſępe.ſcire te velim Papam,vel Imperatorem non poſſe facere,vt tranſumpto, vel exemplo abſq; ſolemnitate detur fides.caſus eſt ſingu.in.c.i. de fide inſtru.ſm Roma.in ſuo ſingu.708.cuius eſt initium: An Papa, vel Imperator. quod facit ad ea,quæ habentur in auten. ſiquis in aliquo documẽto.C.de edẽ. & ad ea, quæ plene diſſeruimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio. xxvi. cuius eſt initium: Quia hic caſus.

Problema. LXXXV.

AD conſtitutionem regni,Exceptione,de litis conteſtatione non retardanda exceptionis obiectu & ad aliam ſequentem,cuius eſt initium:Lite legitime conteſtata,de proceſſu iudicii.& ad.c. vnicum de litis cõteſ.extra.&.C.eo.tit.quæro abs te per quem actum dicitur quis agere, & mouere quęſtionem?Tu ſcis.ſed rurſus quęro per quem actum dicitur

quis litem incipere exercere?Dic ꝙ per actum litis conteſtationis.Glo.eſt in.l.Titius,in verbo exercere de autho.tuto.ſm Ludo.in ſuo ſing.720.cuius eſt initium: Per quem actum.Sed hoc ego intelligo inſpecta cauſa ordinaria:ſed ſi inſpiciatur cauſa ſummaria.primus actus,qui fit in cauſa reſpiciens merita ipſius cauſæ,habet vim litis conteſtationis.ita Bar. ſingu. in.l.nulla.C.de procura.Ex quo ego corelarie tibi infero,quod cum in regno omnes cauſę ſint ſummariæ,vt probauimꝰ in Soliloquiis noſtris,Soliloquio.viii. cuius eſt initium:Nemo eſt qui neſciat,& alibi ſæpe,omnia quæ poſſunt fieri ante litem ipſam cõteſtatam in cauſa ordinaria,poſſunt fieri in cauſa ſummaria.& ſic in regno ante dationem termini probatorii reſpicientis merita ipſius cauſæ principalis.Et eodem modo quæ inſpecta cauſa ordinaria non poſſunt fieri poſt litem ipſam conteſtatam,non poterunt fieri poſt dationem termini in cauſa ſummaria, per prędicta, quæ ſunt memoria digna,maxime in regno,cũ quotidie ex facto incidant.

Problema. LXXXVI.

VElim te repoſiturum ẽt hoc ad regiam nouellam pragmaticam,Dubitationem,de qua ſupra in.lxxvii.Problemate meminimus,& alibi ſæpe: ꝙ quando ex ſententia iniuſta eſt ablata res empta non parit actionem de euictione emptori contra venditorem per.l.ſi per imprudentiam.C.de emptio.& vendi.ſm Roma.in ſuo ſingulari.754.cuius eſt initium:In.l.ſi per imprudẽtiam.vbi dicit hoc fallere in emptore a fiſco, vel a republica:quia hoc caſu habet regreſſum contra venditorem de euictione,& de hoc dicit eſſe caſum ſingu.ſm lectionem Glo. quam omnes ſequuntur in.l.ii.§.graui.C.de adminiſtra.rerum ad ciui.pertinen.

Problema. LXXXVII.

COnſtitutio regni,Terminum vitæ hominis,de homicidiis puniendis,de qua toties meminimus,excludit homicidam a pœna homicidii,qui aggreſſorem ſuum occiderit. & eſt conformis cum diſpoſitione iuris vtriuſqꝫ ſapientię: vt habetur plene maxime per moder.in.l. vt vim.ff.de iuſti.& iur.& in Clemen.ſi furioſus, de homici.& in.c.ſignificaſti.ii. extra de homici. Finge ergo quempiam habere enſem in manu, & minari ſe percuſſurum me, num ego poſſim præuenire,& eum offendere, & dicar feciſſe ad meam defenſionem?Dicas ꝙ ſic.ita ſingu. dixit Ang. per illum tex.in.l.quẽadmodum.ff.de inoffi.teſta.Refert, & ſequitur Corſec. in ſuo ſingu.cuius eſt initium:An operatur timor,ſub dictione Metus.vbi adducit alias authoritates non parum multas.

Problema. LXXXVIII.

FInge etiam ad materiam ſupradictæ conſtitutionis,Terminum vitę, de qua in præcedenti Problemate meminimus,& alibi ſæpe, quempiam exceſſiſſe modum in defendendo ſe, quia cum poſſet euadere vulnerando,

tando, voluit occidere: an teneatur pœna homicidii, de qua in dicta conſtitutione? Dicas ꝙ non. & hoc eſt ob rationem liciti principii. ita Bald. ſing. in. c. i. de pace tenen. & eius viola. in vſi. feu. Sed vt culpabilis punietur arbitrio iudicis. all. vnicā notulā Io. An. in. c. ſignificauit, de pœnitē. & remis. in nouella. Refert, & ſeqtur Roma. in ſuo ſing. iii. cuius ē initium: An ſiquis exceſſerit. Manda memoriæ ad dictam conſtitutionem, cum caſus ex facto inciderit.

Problema. LXXXIX.

TAmetſi maritus vxorem ſuam delinquentem leuiter poſſit caſtigare, & corrigere. vt. l. conſenſu. §. i. & in auten. ibi poſita, & ibi doc. C. de repu. per canoniſ. in. c. quemadmodum de iureiur. carcerare autem illam non poteſt, licet ſecus ſit in clerico. per tex. & Glo. ſing. in. c. placuit. xxxiii. q. ii. refert, & ſequitur Ludo. in ſuo ſing. iiii. cuius eſt initium: Licet vxorem delinquentem. & ibi Ioā. Bap. Caſtellioneus in ſua paraphraſi. Et hoc eſt memoria dignum ad cap. regni contra effrenatas, loquens de pœna priuati carceris.

Problema. XC.

DIctat conſtitutio regni, cuius eſt initium: Ab omnibus regni noſtri, omnes ſententias eſſe ferendas in ſcriptis: quæ eſt cōformis cum diſpoſitione vtriuſq; iuris diſciplinæ. vt in. c. fi. de re iudi. lib. vi. & per Bal. in l. fina. C. de ſenten. ex peri. recitan. Sed hoc non habet locum, quando ſententia fertur ſuper incidenti: quia tunc poteſt ferri ſine ſcriptis. per tex. ad hoc ſing. in. l. defendentem. ff. de autho. tuto. ſecundum Bal. in. d. l. fi. C. de ſentē. refert, & ſequitur Roma. in ſuo ſing. v. cuius eſt initium: Quod ſententia. Tu autem dic, ꝙ dicta conſtitutio loquitur expreſſe de ſententia diffinitiua in ſcriptis ferenda.

Problema. XCI.

SAepe mihi ex facto incidit caſus hic, quem nunc ſubiicio, in quo conſului, & obtinui. Accuſatur quiſpiam, ꝙ viam publicam occupauerit, vel quodcunq; aliud publicum: producuntur teſtes per accuſatorem: qui omnes aperte conteſtantur publici occupationem. Quæro abs te, num probent? Dicas ꝙ non. Nam ad probandum viam eſſe publicam, nō ſufficit probari per teſtes, ꝙ publice itum fuerit per omnes per longum tempus. l. i. ff. de his quæ in teſta. delen ſecundum Mathe. in ſuo ſing. xciii. cuius eſt initium: Nota vnum dictum ſingulare. Sed caue, quia in dicta l. i. nihil de hoc: ſed voluit allegare. l. quæ hoc probat, in. l. i. §. i. verſ. publice ff. de his qui deiecerunt, vel effu. & vide Barthola Veronen. in tractatu quē de ſeruitutibus edidit, ſub rub. de ſeruitu. viæ. vii. q. Et ratio eſt, quia habēt intereſſe in cauſa. & Alex. in. l. i. de locis, & itiner. pub. & in. l. i. de vi. pub. vbi dicit nō probari eo ꝙ teſtes dicāt itum eſſe per longū tēpus a popu-

lo ſecundum Firmianum in ſuo aureo indice,in verbo Via,verſ.x.vbi prę dicta refert,& ſequitur.Et hæc ſunt memoria digna in actu practico:quia quotidie ſolēt fieri huiuſmodi accuſatiões.Et deſeruiūt etiā pdicta ad materiā cap.regni,cuius eſt initiū:pdeceſſorꝝ noſtrorꝝ, ſub rub. de occupatis.

Problema. XCII.

QVidam ſimplex clericus habebat nonnullos creditores: poſtmodū promotus ad dignitatem epiſcopalem, vel abbatialem, contraxit alios creditores. Quæro abs te,qui erunt potiores in fructibus beneficii vel priores,vel poſteriores creditores?Tu diceres prima fronte,ꝙ priores, per regulam,Qui prior eſt in tempore. & ibi per Di. de regu.iur.lib.vi.In contrarium eſt veritas.Nam poſteriores præferūtur prioribus in caſu propoſito ſecundum Guil.ſing.in.l.ſed an.ff.Quod cum eo.all.tex.ſing.in.l.i.§.ſi filius.ff.fami.herciſ.ſecundum Roma. in ſuo ſing.lxxxvi. cuius eſt initium: Quid ſi aliquis epiſcopus. Et hoc eſt memoria dignum. Nam ſæpiuſcule ſolet ex facto incidere, vt per promotionem ad dignitatem maxime epiſcopalem,& abbatialem,contrahantur multi creditores.

Problema. XCIII.

QVæro abs te.Quidam fuit contumax in reſpondēdo poſitionibus: an contra eum non citatum poſſit ferri ſententia? Quidam auditor cameræ in curia Romana reſpondit, ꝙ ſic, per dictum Spec. qui hoc tenet in titu.depoſitio.§.viii.ad finem ſecundum Ludo.in ſuo ſing.xxv.cuius eſt initium: An contra contumacem in reſpondendo.ſed in contrariū eſt dictum Io. An.in.c.ii.de confeſ.in.vi. Et plenius in ſua ad Spec. paraphraſi,in titu.de cita.§.viſo,verſ.Item licet in fi.&.d Iaſ.in.l.i §. vbi decretum,col.ix.verſ.xi fall.ff.de offi.procon.& lega.Et de materia iſta quomodo ſit procedendum contra quempiam, vt habeatur pro confeſſo, quando non vult deponere vt principalis ſuper poſitionibus. Vide laudabilem Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ſeruat ipſa curia, ſub rubrica de forma citandi quem vt legaliorem.

Problema. XCIIII.

FVit itum ad arbitros vel ex compromiſſo voluntario,vel ex compromiſſo neceſſario,iuxta regiam nouellam pragmaticam,Odia litium, de qua toties meminimus,fuerunt tandem ambæ partes citatæ ad ſententiam:quarum altera fuit contumax,& voluit comparere: quapropter fuit lata ſententia arbitralis.Quæro abs te,num valeat dicta ſententia? Quilibet prima fronte diceret,ꝙ ſic.Sed in contrarium eſt veritas:quia licet iudex poſſit ferre ſententiam parte abſente,dummodo fuerit legitime citata.l.de vnoquoq; cum ſimiliter.ff. de re iudica. tamen arbiter non poteſt vna parte abſente etiam legitime citata ſententiam ferre: quia per abſentiam vnius partis bene committitur pœna poſita in compromiſſo: ſed po

ſtea expirat compromiſſum niſi iſta poteſtas eſſet data in compromiſſo: ita probat tex.notab.in.l.diem proferre.§.ſiquis litigatorum.ff.de arbi.& ita in ſpecie notabiliter Bal.in.l.ſiqui ex conſenſu,in.iii.not.per illum tex. .C.de epiſ.audi.refert,& ſequitur.d.Iaſ.in.l.i.§. vbi decretum in.xiii. col.ff. de offi.procõſ.& lega.Quod eſt memoria dignum ad actum practicum: & ad dictam pragmaticam,Odia litium.

Problema. XCV.

QVæ nunc ſubiiciam,faciunt ad materiam præcedentis Problematis,arbitri qui eliguntur ex forma compromiſſi vel voluntarii, vel neceſſarii,ſolent(vt plurimum)eſſe idiotæ,& inexperti:& pro laudo ferendo ſolent mittere ad iuriſperitum pro conſilio:quo viſo, & aperto ſtatim arbitri faciunt actum ſcribi ab actuario:qualiter ipſi pronuntiãt prout in conſilio continetur.Quęro abs te, num talis ſententia valeat?Dicas ꝙ non:immo eſt ipſo iure nulla.Ita ſing.Ang.in ſuo conſi. ccxlii.cuius eſt initium:Domina Liberina de Mantua.Ratio eſt,quia ſententia debet de ſcripti recitatione proferri.Et iſtam deciſionem ſequitur.d. Anto. de Alex.in.l.i.circa fin.C.ſi aduerſus liber.ſecundum.d.Iaſ.qui prędicta refert, & ſequitur in.l.i.§. vbi decretum, in.xvi.col. circa finem. ff. de offi. procon. & lega. vbi dicit hoc eſſe perpetuo notan. & ibi ponit practicam proferendi in hoc caſu.

Problema. XCVI.

DIctat capitulum regni,cuius eſt initium:Item ſi contingat iudicem ordinarium,vel delegatum allegari ſuſpectum &c. in calce ipſius capituli,in ciuitatibus,& locis regni,ſuſpitiones iudicis delegati,vel ordinarii allegandas coram dioceſano loci, vel eius Vicario. Quæro, num iſte dioceſanus,vel eius Vicarius cenſeatur habere in hoc iuriſditionem ſecularem, vel eccleſiaſticam? Dicas ꝙ ſecularem ex perſona delegantis, non autem eccleſiaſticam.& ideo nõ poſſet in illa cauſa excomunicare.vt not. Bal.in auten.Siquis litigantium,in vlti. nota. C. de epiſco.audi.refert, & ſequitur. d. Iaſ. in.l. ii.in.iii.col.ff. de iuriſdi.om.iudi.Ex quibus alias reprehendi quendam dioceſanum,qui in terminis dicti capituli regni,Item ſi contingat,inhibuerat iudici allegato ſuſpecto,ſub pœna excomunicationis,ne in cauſa procederet,in qua erat allegatus ſuſpectus.

Problema. XCVII.

EST miſſus actor in poſſeſſionem ex primo decreto,vel ex ſecundo,iuxta formam regiæ nouellæ pragmaticæ,cuius eſt initium:Relatione citationis,ſub rub.de forma procedendi in cauſis prædictis poſt citationem:& alterius ſequentis,cuius eſt initium:Reo in eius contumacia, ſub rub.de interpoſitione ſecundi decreti.Quæro,num talis miſſio poſſit probari per teſtes? Dicas ꝙ nõ:ſicut nec cętera acta iudicii ſecundum Bar.in.l.

edicto.in fi.C.de edic. di. Adria.tol.per illũ tex.refert,&ſeqtur.d.Iaſ.in.d.
.l.edicto.col.penul.verſ.Quarto reqritur. Seqtur ergo ꝙ miſſio ē de actis,
& nõ poteſt ꝑbari p teſtes iuxta eã quę habẽtur maxime p doc. in.c. qm̃
ꝯtra de ꝑba.refert,&ſeqtur Roma.ĩ ſuo ſing.vi.cui⁹ ē initiũ:Quod miſſio.

Problema. XCVIII.

AD regni conſtitutionem, Vſurariorum, de vſurariis puniendis, de qua toties meminimus, volo te & hoc etiam repoſiturum. Es conuentus a Titio vigore inſtrumenti mutui ad aliquam pecunię quantitatẽ. Opponis exceptionem vſurariam. Quęro abs te infra quantũ tempus debeat dicta exceptio ꝑbari? Dicas ꝙ infra.xv. dies per rationẽ, quam adducit Ludo.in ſuo ſing.xlvi.cuius eſt initium:Infra quantum tempus.

Problema. XCIX.

AD regiam nouellam pragmaticam, Odia litium, volo te & hoc repoſiturum: quia in compromiſſo quod fit in arbitros inſeritur & hæc clauſula:ꝙ poſſint procedere ex ſcripto, & ex non ſcripto. Quęro qd operetur talis clauſula? Dic operari mirabilem effectum:quia de geſtis coram eis ſtabitur eorum informationi ſecundum Bar.in autẽ. niſi breuiores.C.de ſenten.ex peri.recitã.de quo dicto exclamat Anto. de Bu.in pluribus locis,maxime.in.c.cũ ad ſedẽ.de reſti.ſpolia. refert,& ſeqtur Roma. in ſuo ſing.li.cuius eſt initiũ:Quid opatur clauſula. Mãda memorię ad dictã regiã nouellã pragmaticã,Odia litiũ,qa quotidie ex facto incidit.

Problema. C.

PAtria mea dulciſſima conſueuit multos forenſes in ciues admittere, etiam cum immunitatibus & prerogatiuis non parum multis,ſuntq; in patria multa,& diuerſa ſtatuta municipalia,contra quę ciues ipſi nouiter admiſſi venerunt. Quæro abs te,num ſit eis parcendum, & ignoſcendum? Dicas ꝙ ſic ſecundum Bal. notab. in repetitione.l. data opera.C. qui accuſa.non poſ. per tex. quem dicit ſing in.l. qui cum vno ad fi.ff.de re milita.ſecundum Ludo.in ſuo ſing.lxxiii.cuius eſt initium: Nunquid ciui nouello. vbi all. con ſimilem tex. in.l.qui commeatus ad fi. eo.titu. Manda memoriæ, quia ſæpiuſcule ſolet ex facto incidere.

Hic Deo Opt. Max. authore ſupraſcripta Problemata centenario etiam numero concluſa, ac per menſem tantum abſoluta, finem optatum aſſequuntur.

Ioannes Amonius ad librum.

EXi liber.quid times?Times ne obtrectatorũ latratus?Ne timeas quę ſo:habes enim defenſorem acerrimum ab eorum faucibus te procul dubio defenſurum.Exi ergo liber libere. Es enim mendis omnibus expurgatus ab eo,qui cunctas offendiculas tuas abſterxit. Patronum habes optimum,Ianicolam videlicet Vicarium Salernitanum patritium,& ætatis noſtræ ſine controuerſia iuriſconſultorum principem:cum quo quicquid in te eſt collatum,concluſumq; eſſe dignoſcitur. Quid igitur times in publicum prodire?Exi ergo liber libere.Et cum diuo Hieronymo Sylleos canes obturata aure pertranſeas.

IOANNIS ARNONII DE SANCTO ANGELO

Faſanellæ Diuini iuris laureati Dialogi ex vtroq; iure excerpti, bonis auibus initium ſumunt.

INTERLOQVVTORES.

IO. ARNONIVS: ET IANICOLA VICARIVS.

Dialogus. I. ARNONIVS.

CVm Ianicola vicarie almi Salernitani ſenatus, pater conſcripte, & ætatis noſtræ ſine controuerſia iuriſconſultorum iuriſconſultiſſime, ex forma conſtitutionis regni, cuius eſt initium: In aliquibus de ſucceſſione filiorum comitum, vel baronum, extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, ſed debeat dotari: quæro abs te, num taliter excludatur, vt non poſſit ſuccedere in hęreditate paterna, quæ ex perſona fratris ſibi deferatur? VICARIVS. Reſpondeo, eam non excludi, cum illa ex nouo iure ſuperuenienti ſibi deferatur. vt decidit Ang. in conſi. lii. cuius eſt initium: Dominus Egidius, col. fi. verſi. nec obſtat, ꝙ ſuffocauit cũ ſimil. vt tradit Alexan. in. l. i. §. veteres, col. antepenul. ff. de acquirẽ. poſſ. & idem Roma. in conſi. clxv. cuius eſt initium: Circa primum. quo quęritur in prin. & in conſi. xl. incip. Viſis, & bene. cap. in conſi. lxiii. cum viſo, & cõſiderato, dubio. ii. & no. Bal. in. l. i. col. fi. ff. de re diui. vbi inquit: ꝙ filia quę renuntiauit hęreditati patris nõ ſuccedere prohibetur in feudo: quod ſibi ex perſona fratris defertur, & idẽ in ſtatuto not. Bar. in. l. fi. in prin. in fin. primæ. q. ff. ad Tertul. dicens: ꝙ filia quæ excluditur a ſtatuto ab hæreditate patris, non prohibetur ſuccedere fratri, qui hæreditatem paternam adiuit. Refert etiam, & ſequitur Deci. in. l. quoties. ff. de reg. iur. pag. ante finẽ.

Dialogus. II. ARNONIVS.

QVia in quæſtione, de qua in præcedenti Dialogo doctores in eo allegati loquuntur, quando hæreditas patris adita ſit per filium, quo caſu deſinit eſſe hæreditas patris. l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulga. & pupil. & not. in. l. i. §. veteres. ff. de acqui. poſ. quęro abs te, num idem ſit ſi hęreditas adita non fuerit? VICARIVS. Reſpondeo ꝙ ſic. quia ſatis eſt, ꝙ filia veniat ex pſona fratris, vt notantur. cõcludit Benedic. Cap. in cõſ. ſuo. xii. cuius eſt initium: Et ſi viſo, & conſiderato circa fin. & idem tradit Are. in conſi. clxi. cuius eſt initium: in præſenti conſultatione videndum eſt in prin. Et notabis hæc & dicta in pręcedẽti Dialogo ad materiã dictæ conſtitutionis, In aliquibus, quia quotidie poſſent tibi ex facto incidere.

Dialogus. III. ARNO.

DEbebam tibi quinquaginta, tamen tu feciſti mihi poſitionē de maiori ſumma: puta de centum. quæro abs te, an poſitio poſſit in totū negari? Prima fronte videtur dicendum, ꝙ non: quia in toto pars cōtinet, & in maiori ſumma minor ineſt. l. ſi quis cum totū. ff. de excep. re. iud. l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. du. & in. l. i. §. ſi ſtipulante. ff. de verbo. obliga. in. l. qui concubinam. §. qui ita. ff. de lega. iii. Tu tamen diiudica, & exprome quid ſentis? VICA. Reſpōdeo, poſitionē huiuſmodi factā de maiori ſumma in totum, negari poſſe. vt per Glo. in. c. ii. in Glo. magna de confeſſ. lib. vi. ſequitur Bal. in. l. ii. §. quod obſeruari, colū pen. verſi. ſed quid ſi poſitio. C. de iuramen. cal. cum ſimil. vt Alex. refert in. d. §. ſi ſtipulanti. & idem Alex. in con. clxxxiii. cuius eſt initium: Viſo pūcto, col. fi. lib. v. Non obſtat ꝙ ille, qui negat totum, videtur etiam negare partem: quia reſoluēdo hoc ſubtiliter reſpōdet Deci. in. l. nō pōt videri improbus. ff. de regu. iur. vbi ad fidem concludit negantem poſitionem de centum, non dici negare poſitionē de quinquaginta, nec etiā dici peiurū. Et hæc ſunt memoria digna ad regiam nouellam pragmaticam, Quinta die.

Dialogus. IIII. ARNO.

HAbeo nōnullos ſceleſtiſſimos, & inqetos famulos mecum, qui quotidie perpatrant delicta: quæro, num per hoc ego tenear in aliquo? Dicendum vr̄ prima fronte ꝙ non. Nā nemo tenetur ex facto alterius: & pœna debet tenere ſuos authores vulga. l. Sanſimus. C. de pœnis. Tu vero quid ſentis? VICA. Reſpondeo, in contrarium eſſe verum. per id quod ſingu. dicit Car. poſt Lau. in Cle. ne in agro. §. porro in. iiii. not. de ſta. mo. ꝙ eſt mala preſumptio contra illos, qui tenent malam familiam: quia ſi quid mali a familia commitatur, ipſi domini tenentur, nec excuſantur allegantes ignorantiam: quia cogitare debuerunt illud euenire poſſe. ar. c. negligere. ii. q. vii. & in. c. licet in prin. de ſimo. Refert, & ſequitur Deci. in. l. Nullum crimem. ff. de regu. iur. vbi dicit hoc eſſe notandum cōtra nobiles retinentes in domo homines malæ conditionis, & famæ. vnde caueas tu qui magiſtratus ambis, & honores concupiſcis: ne tecū deferas familiā ſceleſtiſſimam: quia teneberis ex facto illius per ſupradicta.

Dialogus. V. ARNO.

SVm miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſm formam regię nouellæ pragmaticæ, cuius eſt initium: Reo in eius contumacia. Quæro igitur abs te, num teneat ſtare colono? Et videtur mihi prima fronte dicendum ꝙ non: per tex. in. l. emptorem. C. locati. & conſuluit Bald. in ſuo conſ. cclv. cuius eſt initium: Abbas fecit in. i. lib. & Corne. conſ. vi. incip. Licet in vlti. lib. poſt Maria. Sonci. conſ. xxxii. quod incip. Ex his quæ ſuperius, in. ii. col. in. i. lib. Tu vero qui cuncta inſpexiſti, quid ſentis? VICA.

Reſpondeo,te tanquam ſucceſſorem neceſſarium debere ſtare colono.ita ſing.not.Bar.in.l.in venditione.§.i.in.ii.notab.per illum tex.ff. de bon. autho.iud.poſ.Ex cuius doctrina not.ſing.Bald.in.c.quoniam frequẽter, in vltimis verbis extra,vt lite non conteſt.ꝙ omnis ſuccedens ex ſententia iudicis tenetur ſtare colono,vel inquilino,niſi locatio eſſet facta in fraudem:putatq; memoria dignum. Et hoc dubium alibi in terminis tactum ſe non legiſſe dicit.d.Alex.in.l.ſi filiofami.§.vlti.in.iiii.col.verſi.ex cuius dictis.ff.ſolu.matri.vbi confirmat,& ſequitur,ibiq; ponit multas fallẽtias ad regulam prædictæ.l.emptorẽ.Tu tamen velim non tradas hęc obliuioni ad dictã regiam nouellam pragmaticam:qa quotidie ex facto incidũt.

Dialogus. VI. ARNO.

TItius fecit ſibi teſtamentum,in quo me hæredem inſtituit. Alius poſtea blandis verbis teſtatorem induxit,vt eum inſtituat. Quæro abs te,num valeat inſtitutio de illo alio.Et ſi valet, quomodo ſit ſuccurendũ mihi?Nam prima fronte videtur dicendum illum alium potuiſſe blandis verbis inducere teſtatorẽ,vt eum inſtituat tex.eſt in.l.vlti.C.ſi quis aliq. teſta.prohi, Tu autem qui legum ſemideus es, dicas quid ſentis? VICA. Reſpondeo,huiuſmodi inſtitutionem factam de alio bene valere,& tenere.Tamen tu primo inſtitutus,reuocabis ab illo alio per actionem de dolo,vel in factum iuxta ſingu.deciſio. Ange.in.l.non enim. per illum tex. cum Glo. ff.de inoffi.teſta.vbi refert ſe ita obtinuiſſe in magna hæreditate.& idem etiam repetit in.d.l.vlti.C. ſi quis ali. teſta. prohibu. vbi.d.Iaſ.multum commendat.Sequitur etiam Bartholameus Veronen. cautela ſua.lxii.cuius eſt initium:Licet cum verbis blandis &c.illa ergo.l. vlti.C.ſi quis aliquẽ teſt.prohi.volens,vt quis poſſit inducere blandis verbis teſtatorẽ,vt eũ inſtituat.fallit,niſi teſtator prius feciſſet teſtamẽtum, & aliũ feciſſet hæredẽ.Refert,& ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver.teſtatorem inducere.Et hæc ſunt memoria digna.

Dialogus. VII. ARNO.

PAter fecit teſtamentum,in quo præteriit filium bannitum,& foriudicatum,iuxta conſtitutionem regni,Pœnam horum, fiſcus vult ſuccedere,quia fuit bannitus, & foriudicatus in ære,& perſona iuxta aliã conſtitutionem regni,Foriudicatorũ bona de fiſco ſuccedẽdo &c. & ſic vult rumpere teſtamentum.Quæro igitur abs te,qui & pontificii,& cæſarei iuris prudentiam calles,nunquid poſſit? VICA. Reſpondeo,teſtamentũ huiuſmodi valere,& per fiſcum non poſſe rumpi:quia bannitus pro mortuo habetur,quando eſt bannitus in ære,& perſona.ita ſingu decidit Bal. in.l.ſi qua pœna in primis verbis.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.& pro ſingu.commendat Cremen.notab.xii.cuius eſt initium: Quid ſi filius. & notab.lxxxix.quod incip.Pone.&.d.Iaſ.in auten.non licet,ante fin.C.de

libe.

libe.præte.& hoc te velim reportaturum ad dictas conſtitutiones regni. erit enim tibi & honorē,& cōmodū allaturū,ſi memoriæ cōmendabis.

Dialogus. VIII. ARNO.

VAſſallus vendidit feudum ſine conſenſu domini, ſub conditione ſi, & in quantum de iure poteſt,& aliter non:& poſtea tradidit. Quæro abs te,qui annos iam quadraginta indefeſſo & corporis, & animi ſtudio perlegens cunctas legum tenebras effugaſti, quid cenſes, an cadat a feudo? VICA. Cenſeo,vaſallum ſic alienantem non cadere.ita Bald.ſing. poſt Iaco. Ardiz in.c.i.§.hoc quoq;,in penul.col.verſi.Sed pone,quod vēdidit in titu.de ſucceſſio.feu.& pro ſingu.approbat, & ſequitur Iaſ.in.l. vlti.in.xxv.q.extra Glo.C.de iure emphi.De veritate tamen late diſputat .d.Feli.in.c.quæ in eccleſiarum, col.xxxv.verſ.Quinta declaratio,extra de conſti.& ante eos Ludo.Roma.in ſuo ſingu.ccccxxiiii.cuis eſt initium: Tu habes.& Bartholo.Veron. cautela.xlii.quæ incipit:Conſiliū.& cautela ſeq. Quæ omnia velim te notaturū ad cōſtitutionē regni,cōſtitutione diuæ Memoriæ, de prohibita feudorū,& rerū feudalium alienatione.

Dialogus. IX. ARNO.

QVidam ſcholaris volens ex Salernitano Gymnaſio in patriam redire,conduxit equum,qui in itinere ſubitum incidit in morbum: propterea relictus fuit vicino hoſpiti:vt diligenter eum curaret:tandem mortuus eſt.Quæro abs te,qui latiſſimum iuris pelagus vere dicendus es,num teneatur ſcholaris? VICA. Reſpondeo,ꝙ non.ita eleganter conſuluit Bal.in ſuo conſi.xxii.cuius eſt initium: Vanutius,lib.iii. cum conductor non teneatur de leuiſſima culpa,& multominus de caſu: & ſic neq; de vitio naturali. Et quia hic caſus ſolet ſępiuſcule ex facto incidere,eſt non immerito perpetuæ memoriæ commendandus.

Dialogus. X. ARNO.

FVit cauſa cōpromiſſa in duos vel ex cōpromiſſo voluntario,vel neceſſario: puta ex forma regiæ nouellæ pragmatię, Odia litium,corā quibus aduerſarius meus confeſſus eſt ſe debere mihi centum, quæ ego ab illo petieram ex cauſa mutui.vel depoſiti.Quæro abs te,qui cunctos legum nodos abſoluis, num arbitri poſſint præcipere debitori confitenti etiam ante litem ipſam conteſtatam,vt ſoluat? Videtur prima fronte dicendum ꝙ ſic,iuxta.l.debitori.ff.de iudi.vbi eſt caſus ſing. ſm Roma.in ſuo ſingu.ccccixv. cuius eſt initium:Sed ſi condemnatus. VICA. Reſpondeo,Arbitros hoc non poſſe,licet arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum.l.i.ff.de arbi.ita ſing.Bald in.l.eos,in.ii.col.verſi.Sed nunquid arbiter.C.de excep.rei iud.Quod pro ſingu.commendat & ſequitur Ludo. in ſuo ſing.cxci.incip.Quæro an lex.Et hoc dictum approbat etiā.d.Feli. in.c.vno delegatorum,circa prin.extra de off.deleg. Refert, & ſequitur

Ioan.de Ar. O

Catellia. Cotta in ſuis memorialibus, in verbo Litis conteſtatio. Quod abs te notandum puto,& perpetuæ memoriæ commendandum ad compromiſſa, quæ quotidie occurrunt ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria ex forma dictę pragmaticæ, Odia litium.

Dialogus. XI. ARNO.

AD materiam eiuſdem regiæ pragmaticæ, Odia litiũ, de qua in præcedenti Dialogo diſſeruimus, ſi arbitri aſſumpti ex forma ipſius, tulerunt ſententiam contra ius: num ſit dicenda nulla? Quod videtur. Nam licet alias iudices debeant pronuntiare ſecundum ius, vt in.c.i.& ibi plene perſcribẽtes maxime moder. Ferrarien. extra de cõſtitutio. Nihilominus arbitri poſſunt iudicare ſuo ſenſu ſecundum Io. An. ibi & Glo. ſi. ibidem. & all. l. qualem. ff. de arbi. Tu tamen qui legum tenebris lucem inieciſti, quid putas? VICA. Puto, in caſu propoſito ſententiam arbitrorum contra ius editam eſſe nullam, cum in dicta regia pragmatica dicatur, arbitros debere pronuntiare de iure: quo caſu non poſſunt ſuo ſenſu ſecundum Bar. in. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. quem referunt, & ſequuntur dicti moder. Ferrarien. in. d. c. i. circa fin. vbi etiam addunt ad hue aliam fallentiam: videlicet quando in ſententia arbitri exprimeretur error iuris, per id quod habetur in. l. apud Celſum. §. item quæritur. ff. de doli excep. cum aliis per eos ibi adductis non parum mu'tis. Mãda memorię ad cõpromiſſa, q̃ quotidie fiũt: & tã cõpromiſſa volũtaria, q̃ neceſſaria.

Dialogus. XII. ARNO.

MVlieres in regno nõ poſſunt alienare, neq; cõtrahere abſq; mũdualdis, vt plene habetur maxime per doc. nouiſſimos in cõſtitutione, Obſcuritatem, de reſtitutione mulierum. hoc ſtante fuit mulieri facta quędam donatio: quam tamen anteq̃ acceptaret, repudiauit abſq; mundualdis. Quæro abs te, apud quem non eſt dare caſum, in quo non conſulueris, qd cenſes? VICA. Cenſeo ſm ea, quæ proponerẽtur more Scæuolę iureſconſulti iure optimo, dictam donationem repudiatam etiam abſq; mundualdis, ad quod affero in medium, quod conſulendo notauit Pau. de Ca. in ſuo conſi. xi. cuius eſt initium: In cauſa præſenti, vbi tenet indiſtincte mulierem poſſe repudiare donationem ſibi factam nondum acceptatam obmiſſa ſolemnitate ſtatuti loquentis de alienationibus mulierũ: quia loquitur vbi ius eſt quæſitum, non vbi eſt quærendum. Refert, & ſequitur. d. Feli. in. c. ii. in iiii. col. vltra med. extra de conſtitu.

Dialogus. XIII. ARNO.

TAmetſi ſupra in. iii. Dialogo, cuius eſt initium: Debebam tibi quinquaginta, concluſerimus negantem poſitionem de centum, non dici negare poſitionẽ de quinquaginta: nec etiam dici peiurum, per ea quę ibi adducta ſunt poſt Deci. in. l. non poteſt videri improbus. ff. de regu.

lut. Nihilominus latius in hoc articulo excogitanti mihi,& reuolueñti authores q̃plures obiter occurrerunt mihi moder. Ferrarien.in.c.Nam concupiſcentiam,in fi.extra de conſtitu.Vbi hunc eundem articulum attingẽtes,aſſerunt breuem concluſionem eſſe, ꝙ non debet negari tota poſitio, ſed admitti pars vera: quia petens totum non videtur excludere partem. obiterq; mihi etiã occurrit.d. Alex.in.l.i.§.ſi ſtipulanti ff de verbo.oblig. vbi etiam per Bar.qui tenet idem, per tex.in.l.ſiquis cum totum.ff. de excep.rei.iud. quæ opinio eſt communis ſm Alex. ibi. dicentem hoc eſſe verum ſi ſit falſa poſitio in parte in quantitate, non ſi in qualitate: quia tunc poteſt tota negari.& ſic dicit ipſe debere intelligi Glo.in.c.ii.de confeſ.lib.vi.& in.c.præſentium de teſti.eo.lib.quicquid dixerit Bal.in.l.ii.§. quod obſeruari.C. de iura.cal. Tu autem qui contraria doctorum ſtudia conſueuiſti ad concordiam reuocare,& ius ſuum(vt par eſt) vnicuiq; tribuere:quomodo iſtam contrarietatem opinionũ pertractabis? VICA. Facilis eſt concordia,ſi quod dicam diligenter attendes. Bal.in.d.l.ii.§. quod obſeruari,col.penul.verſ.ſed quid ſi poſitio.C. de iura.cal. & adducta in dicto.iii.Dialogo maxime poſt Deci.in.d.l. non poteſt videri improbus.ff.de regu.iur.procedunt quando is,qui fecit poſitionem de centum,proteſtatus eſt ꝙ non vult habere partem, & ſic quinquaginta : quo caſu poteſt tota poſitio negari,etiam reſpectu partis ſm Glo.in.d.c.ii.facit .c.cum apoſtolus de cenſi.& in.c.cum ad quorundam de exceſ.prçla. & ſequuntur dicti moder.Ferra.in.d.c.nam cõcupiſcentiam in fi.extra de cõſti.per te citati ſuperius.Si vero poſitio de maiori quantitate,& ſic de cẽtum,fuerit facta ſine proteſtatione,& tunc non debet negari tota poſitio, & ſic de quinquaginta.& procedat id quod dicunt dicti Ferrarien.in loco nuper citato.& Alex & Bar.in.d.l.i.§.ſi ſtipulanti.Et per hęc habes veram concordiam inter doc.in hoc articulo,Digladiantes.

Dialogus. XIIII. ARNO.

FVit interfectus Titius,ſupſtitibus ſibi quinq; filiis,& hæredibus. Agitur de obtinenda indulgentia a domino propter pacem habitam a tribus,cũ duo noluerint indulgere,& parcere. At dominus volebat omnino indulgentiam facere,aſſerens hoc omnimodo ſibi licere,cum ei fuerit oblatum inſtrumentum pacis,& concordiæ trium hæredum,& ſic maioris partis. Quæro nunc abs te,qui in huiuſcemodi caſibus conſultus de iure ſæpius reſpondiſti,quid cenſes? Nam & ego perlegens Bar in.l.iii.§. Cato.ff.de ver.obliga.inueni eum dicentem ſufficere habere pacem a maiori parte.& ſequitur Pe. de Ancha. in Clem.ii.de iure pa.& idem Bar. in .l.ii.C.de liber.& eorum lib. & Ci. in.l.i.§.fi.ff. de ven.in ſpi. VICA. Cẽſeo,his non obſtantibus requiri pacem ab omnibus, & non ſufficere maiorem partem hæredum peperciſſe.& ita communiter tenetur, vt atte

ſtatut.d.Feli.in.c.cum omnes.ix col.in prin.extra de conſti.qui pro hoc al legat Ang.in.l.pro hærede.§.fi.ff.de acquir.hęre.& Roma.in.d.§.Cato.& Sali.in.d.l.ii.quia vindicta tangit ſingulos.& iura allegata per Bar.loquũ tur quoties maior pars creditorum remittit partem debiti, ſecus ſi totum debitũ:prout eſſet in caſu propoſito. vt dicit idẽ Feli. in dicto loco nunc nũc citato.Et hæc ſunt notanda: quia ſępiuſcule ſolent ex facto incidere.

Dialogus. XV. ARNO.

Bannitus quidam,& foriudicatus oppoſuit exceptionem contra bannum,& forbannum, vt barbaris verbis vtar conſtitutionis, Pœnam horum. Pendente autem quæſtione banni, & forbanni ſuper validitate ipſius,fuit interfectus.Quæro igitur abs te,qui fons es legum vberrimus, & indeficiens,num potuerit impune offendi ſic,vt non teneatur vt homicida pœna,de qua in conſtitutione,Terminum vitę hominis,de homicidiis puniendis.Nã videtur prima fronte dicendũ eum non teneri per dictam conſtitutionem,Pœnam horũ,vbi tex.dicit nullã proinde calumniã vereatur & qui facit lege permittente &c.l. Gracchus.C.de adul.quia eſt hoſtis patriæ,vt dicitur in dicta conſtitutione,Pœnam horũ,& eſt transfuga,& hoſtis ciuitatis.l. ammiſſione.§.i.ff.de capitis dimi. hoſtis autem ciuitatis poteſt impune offendi.l.i.ff.ad.l.Cor.de ſica. dicas tamen tu quid ſentis? VICA. Sentio,in caſu propoſito non potuiſſe impune offendi pendente quæſtione ſuper validitate banni,& forbãni:dumtamen appareat poſtea bannum eſſe nullum ſm Bal.in.l.vniuerſa prope fi.C. de præci.impe.offer.all.Di.in.l.ſiquis.ff.de iniuſto,rupto,& irrito teſta. & Bar.in .l.i.§.ſi ſeruus.ff.de acqui. poſ. cum aliis non parum multis all.per.d.Feli. in.c.q̃ in eccleſiaꝝ,in.ii.col.circa fi.ibi Tertius caſus,extra de cõſtitu.Quæ notabis ad dictã cõſtitutionem,Pœnã hoꝝ: qa poſſent ex facto incidere.

Dialogus. XVI. ARNO.

AD intelligentiam dictæ conſtitutionis,Pœnam hoꝝ,de qua in præcedenti Dialogo ſermonem habuimus: quæro abs te, quem nihil quod iuris eſt,latere diiudico: ſtante dicta conſtitutione per quam impune poteſt bannitus,& foriudicatus interfici,num talis vindicta poſſit fieri per alium, an vero propriis manibus ſit facienda? VICA. Dicas eam propriis debere manibus fieri,& non alienis.Glo.eſt ordinaria,& ſing. in .l.fundum,in ver.poſtea.ff.de vi,& vi arma.per quam dicit Bal.in.c.ad noſtram,in.i.col.de proba. ꝙ poteſtas occidendi priuato conceſſa non poteſt delegari.& de ipſa meminit Bal. in.l.accuſationis.C. quod me. cau.& in.c.i.§.quia vero de pace iura.fir.cum aliis non parum multis adductis p .d.Feli.in.c.quę in eccleſiarum,in.iii.col.verſus finem.vbi prędicta refert, & ſequitur extra de conſti.vbi etiam in margine eſt optima paraphraſis, immo mauis additio ſuper ver.Delegari,ſub litera.A.

Dialogus. XVII. ARNO.

ETiam circa dictam conſtitutionem contingit dubitari,num occiſum bannitum vigore dictæ conſtitutionis,Pœnam hoꝶ,poſſit quiſpiam qui eum nõ occiderit ſpoliare?Nam videtur prima fronte dicẽdum ꝙ ſic. Nam ſtante ſtatuto ſuper licita occiſione bãniti poſſunt etiam ſibi bona auferri impune ſm Bal.in.c.in literis,in.i.col.extra de reſtitu. ſpo. ponderantem ad hoc pro valde ſing.ibi in.vet.prędo,in fi.& idem Bal.in.l.omnes,in.ii.col.circa fi.C.ſi contra ius,vel vti.pub.alle. tex.in.l.i.§. ꝙ autem .ff.de aleato.Vbi dicit eſſe meliorem tex.qui ſit in iure ad hoc,qđ illa verba Impune offendi,intelliguntur in ære,& in perſona.Attamen ſuper hoc te conſulendum cenſui,quem totus terrarum orbis conſuluit pro iurium enigmatibus abſoluendis.Dic ergo,ſi placet,quid ſentis? VICA. Sentio intrepide eum qui non occiderit,non poſſe occiſum ſpoliare.ita notauit conſulendo Pau.de Caſ.in ſuo conſi.xxxi.dicens vigore dicti ſtatuti, non licere bãnitum mortuum ſpoliare,niſi ab ipſo occiſore, dũmodo in continenti.Prædicta autem per te primo loco adducta procedunt in auferente bona viuo ipſo bannito,& foriudicato,non autem eo mortuo.Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.quæ in eccleſiarum,in.iiii.col.extra de conſti. Et hęc reponas (ſi ſapis) ad conſtitutionem,Si quis aliquem,ſub rubrica, Qui hominem occiſum ſpoliauerit.

Dialogus. XVIII. ARON.

EXtrauagans Pauli Pontificis Maximi,quæ vulgo Paulina nuncupatur.& eſt inter Extrauagantes quæ emanarunt poſt ſextum,ſub rubrica de reb.eccle.non alie.prohibet ſub pœnis,& cenſuris,de quibus ibi,fructus eccle.vltra triennium locari.Quæro abs te,qui non modo cæſaream, ſed etiã pontificiam philoſophiam percalles,vt ex tuis ſcriptis,& Delphicis reſponſis luculenter apparet,ſi eſt facta locatio ad nouem annos, & in locatione eſſet dictum,ꝙ tot eſſent locationes, quot eſſent triennia, num committatur in dictam Extrauagantem? VICA. Dico in eam committi, & non eſſet cautela tuta,quaſi præſumatur factum in fraudem ſm Bal. in.c.i.in prin.in.x.col.verſi.extra quæro,qui feu.dar.poſ.cum aliis nõ parum multis adductis per.d.Feli.in.c.quę in eccleſiarum.xxx.col.verſus fi. ibi ſimiliter ſi in locatiõe.extra de cõſti.vbi prædicta refert,& ſequit.Quæ notãda abs te cẽſeo in actu practico:q; quotidie ex facto poſſent icidere.

Dialogus. XIX. ARNO.

PEr conſtitutionem regni,In aliquibus,de ſucceſſio.filiorum comitũ, vel baronum,de qua ſupra in eiſdem Dialogis,Dialogo primo diſſeruimus,extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedunt,ſed dotem recipiũt.Quæro abs te,qui tui ingenii acumine in promptu ſcis cuncta decidere,num dicta conſtitutio habeat locum in bonis feudalibus,& emphi

teoticis eccleſiarum?Nam mihi videtur prima fronte ꝙ non. per text.in .c.quæ in eccleſiarum,de conſti.pro quo.d.Card.in ſuo conſi.ii.cuius eſt initium:Circa ſtatutum,vbi conſuluit in ſplendidiſſima patria Ferrariæ: vt non obſtante dicto ſtatuto,veniant fœminæ pariter cum maſculis. & idem tenet Bal.per aliam rationem in auten.ſi quas ruinas,in.v.col.verſi. ex hoc ſequi.C.de ſacroſan.eccle.quia hoc non eſt ius hæreditarium: ſed eſt quæſitum ius filiabus tempore contractus.facit quod not.d. Ab.cõſi. lxxii.cuius eſt initium:In negotio Guidonis,dum dicit:ꝙ ſtatuta laycoꝝ non extendũtur ad bona emphiteotica eccleſiarum.per dictum text.in.d. c.quæ in eccleſiarum. Attamen tu quid cenſeas attente intelligã? VICA. Cenſeo intrepide dictam conſtitutionem procedere etiam in bonis feudalibus,& emphiteoticis eccleſiarum.non obſtat tex.in.d.c.quæ in eccleſiarum:quia loquitur in ſtatutis præiudicantibus eccleſiæ.quod non videtur facere dicta conſtitutio,In aliquibus:quia diſponit qualiter ſuccedant ipſi layci præferendo maſculos:& hoc non nocet eccleſiæ Non obſtat, ꝙ fœminæ veniant iure inueſtituræ:quia pater quãdo fecit ſe ſimpliciter inueſtire,videtur in dubio retinuiſſe contractum,vt valeat modo,quo iubet ſtatutum:& cenſetur cogitaſſe ꝙ veniant fœminæ ordine ſucceſſiuo:videlicet deficientibus maſculis.& quamuis iſta ratio multum dilatari poſſet: tamen ſufficere puto remittere ad Pet.de Ancha.qui ita per ipſam eleganter conſuluit in propoſito poſt longam diſputationem conſi.cxviii.cuius eſt initium:Viſis,& diligenter ruminatis per totum conſilium, cum aliis non parũ multis adductis per.d.Feli.in.d.c.quæ in eccleſiaꝝ,in vlti.col. circa fi.Et hęc repoſitãda fore cenſeo ad dictã conſtitutionẽ,In aliquibus.

Dialogus. XX. ARNO.

AD conſtitutionem regni,Vſurariorum,de vſurariis puniendis,ſi hæredes poſt annum ſunt in mora ſoluendi dotes: quæro abs te, qui etiam conſcientiæ caſus inquiris,& ſuper eis reſolutiſſimam, & diuinam pene habes cognitionem,num mulier poſſit quicquam recipere pro alimentis? VICA. Reſpondeo ꝙ non.Ita conſuluit Ancha.ſingu. in ſuo conſi.cl.cuius eſt initium:In quęſtione,quæ vertitur,iunctis his quæ ſcribit Corne.conſ.xliiii.incip.In hac conſultatione,in.i.col.in.i.lib.quia eſt vſura:licet blando ſermone alimentorum nomine eam nuncupes. refert, & ſequitur Catellia.Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Dos ſol.matrimonio conſiſtens &c.Repone ergo hęc ad dictam conſtitutionem, In aliquibus,modernorum præſertim ſcriptis non adducta.

Dialogus. XXI. ARNO.

CVm in regno hoc Siciliæ omnes cauſæ ſint ſummariæ, per.c. Deteſtantes.& per regiam nouellam pragmaticam,Diſpendia litium, primam in ordine.Quæro abs te,quem ſcio in hoc alias ex facto cum incidiſ

ſet,Delphicum dediſſe reſponſum: tametſi quid reſponderis punctaliter, & ſigillatim nō reminiſcar,num valeat dictum teſtis,qui primo depoſuit, & poſtea iurauit? VICA. Verum dicis, me alias de hoc interrogatum reſpondiſſe: & quod tunc dixi, id etiam & nunc dicendum cenſeo: vt tale dictum teſtis non valeat: & adduxi tunc, & nunc etiam adduco ſingu.deciſionem Bal.in rubrica extra de offi.iudi.in penul.col.verſi. Quæro quid ſi ſtatutum &c. ꝙ ſi ſtatutum diſponit,ꝙ iudex in certis caſibus procedat omni ſubſtantialitate prætermiſſa, non tamē poterit facere præpoſterationem vnius actus ad ſeipſum.verbi gratia:ꝙ teſtis primo deponat:poſtea iuret,quod ineptum eſſet,cum vigor depoſitionis deficiat. Et hoc dictum Bal.pro Aureo commēdat.d. Feli.in.c.cum dilecta,in.ix. col. verſi.Sextum ſignum,extra de reſcrip.Ratio eſt,quia ordo multum ſolet conſiderari vulgata.l.quoties cum ſimili.ff.de vſufruc. & teſtatur Bald. conſ.clii. cuius eſt initiū:Iſta cauſa conſiſtit,in.ii.lib. & late ſcribit Corne. conſi.cxxxvi.incip.Viſo puncto,in.ii.colū.verſi. nec præpoſteratio, in.iii. lib. Et per hæc, tunc in ardua cauſa annullaui teſtium atteſtationes, qui primo depoſuerant,& poſtea iurauerant.

Dialogus. XXII. ARNO.

PEr conſtitutionem regni,Si maritus vxorem,de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ,ſi maritus vxorem in ipſo actu adulterii deprehenderit tam adulterum,q̄ vxorem occidere licebit,nulla mora protracta, dicit ibi tex.ad literam.Proinde quæro abs te, num maritus ſic interficiens in caſu a cōſtitutione permiſſo,ſit tutus in foro ſeculari,etiā in terris imperii: quia talis permiſſio eſt illicita, & nutritiua peccati.vt dicit Glo. in.c. inter hæc.xxxiii.q.ii.quam ſequitur.d.Ab.in.c.veniens.ii.de ſponſalib. & in.repe.c cum eſſes,in.ii.char.de teſta.& Riccar.in.iiii. diſtin.xxxvii. q.ii. ar.i.Tu tamen,qui cunctos legum nodos abſoluis,quid cenſes?Cenſes ne maritum hunc ſic interficientem eſſe tutum authoritate dictæ conſtitutionis? VICA. Cenſeo in terris imperii, & aliis eccleſiæ non ſubiectis, ex quo lex permittit.& ita ſentit Ioan.de Ana.in.c.interfeciſti,in.ii.col.de homici.quemadmodum valet conſtitutio:ꝙ bannitus poſſit impune offendi.vt plene per Feli.in.c.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.Nec obſtat,ꝙ conſtitutio,Si maritus,permittēs adulterum occidere induxiſſe videatur hoc cauſa vindictę,vt aliqui dicunt,ergo ſit inlicitum,quia hoc non videtur conſtitutio illa,Si maritus,conſideraſſe:ſed potius tollerare illud homicidium tanquam excuſabile propter magnitudinem doloris: quam tēperare difficillimum eſt.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.ff. de adulte.& hoc patet manifeſte:quia nullo caſu licitum eſt adulterum occidere ex interuallo:ſed ſolum tolleratur,quando ſit eodem impetu.l.quod ait lex.§.quod ait.ff.de adulte.vbi dicitur:ꝙ nō poſt diem. & idem dicit.

dicta conſtitutio,Si maritus,in fin.ibi, Nulla mora protracta. Ex quibus concludo, maritum ſic interficientem in terminis dictæ conſtitutionis eſſe tutum in foro ſeculari.

Dialogus. XXIII. ARNO.

SVpra in primo,& in.xix Dialogo,meminimus cõſtitutionis regni, In aliquibus,de ſucceſſione filiorum comitũ,vel baronum,per quam extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedit ſed dotač. Quæro abs te pro intellectu illius conſtitutionis:quid ſi illa filia eſt monialis , num debeat dotari? Dicas quid putas?Nam cum tot annos,& in legendo,& conſulendo,ac etiam iudicando verſatus fueris,opinor etiam hunc caſum tibi ex facto incidiſſe. VICA. Vere mihi hic caſus ex facto incidit in ſanctimoniali quadam,quæ diui Benedicti religionẽ ingreſſa,ac nondum profeſſa fuerat.cuius nomine Cænobium dotem petebat a fratribus.& pro ea , & dicto Cænobio reſpondi.ita Pet.de Ancha.in conſi.ſuo ciii.cuius eſt initium,In paucis verbis.vbi late probat,ꝙ matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter ipſam,& monaſterium,non debet in hoc eſſe deterioris conditionis, ꝙ̃ matrimonium carnale.& inducit inter cætera auten. Niſi rogati.C.ad trebellea.attenta ratione ipſius,quę eſt,vt legatum dotis ſub conditione nuptiarum debeatur etiam ingredienti monaſterium, ne impediatur vita contemplatiua:quæ ratio procederet etiam hic ſi filia volẽs profiteri,excluderetur etiam a dote,ſtantibus maſculis,vt ibi per eum facit quod not.Bal.in.l.fi.in. ii.col.verſi.Sed pone, ꝙ filia non vult nubere .C.de dotis promiſ.vbi dicit,ꝙ filia volens ingredi monaſterium , debet dotari.& ita dicit colligi ex dictis Bar.in.l.i.§.ſi parens.ff.ſi quis a paren. ſuc.manumiſ. Refert, & ſequitur.d. Feli.in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in .xxx.col.in princi.de conſtitu.

Dialogus. XXIIII. ARNO.

QVæro adhuc abs te, qui ita ſapienter dubitanti mihi reſpondiſti in præcedentibus dubiis,& ſapientius adhuc te mihi reſponſurum in ſequentibus opinor,num dicta conſtitutione,In aliquibus,gaudebit etiã clericus,vt excludat fœminas? VICA. Dico ꝙ ſic.vt latiſſime concludit Lap.alleg.c.cuius eſt initium: An ſtatutum excluſiuum fœminarum. & latius alleg.ſeq quæ incipit:In ciuitate Florentiæ,per rationes ſolemnes,quas ibi videre poteris.& ſequitur.d Car.Zabarel.in ſua celebri repetitione.c.perpendimus.in.xxiii.col.verſi.Sed quæro , quid ſi conſtitutio extra de ſenten.exco.&.d.Abb.in.c.quod clericis,in.xiii.col.verſi.hæc vera,de foro compe.cum aliis non parum multis adductis per.d. Feli.in.c. eccleſia ſantæ Mariæ.xxx.col.verſus ſi de ꝯſti. vbi p̃d ctã refert.& ſequit.

Dialogus. XXV. ARNO.

INter cætera municipalia ſtatuta meæ patriæ,ſunt & hæc duo:vnum , ꝙ nemo

nemo ſub tanta pœna ingrediatur fundum alterius, maxime tempore fructuum, dumtamen fundus viæ publicę cohærens habeat ſepes aptatas, ne impedimento ſint vię publicę,& tranſeũtibus:alterum vero, vt animalia domeſtica (veluti ſues)ſub tali pœna:videlicet eorum impune interficiendorum:fundum alienum non ingrediantur,dumtamen eorum ſic impune interfectorum caput tradatur camerario dictę terrę. Clerici nunc volunt vti ambobus iſtis ſtatutis:ſed nolunt ſeruare formam ipſorum: hoc eſt:quia nolunt circa primum aptare ſepes:item circa ſecũdum nolunt caput camerario conſignare. Quæro tamen abs te,qui & ſi non in propriis, tamen in ſimilibus terminis,aliquando reſpondiſti de iure in Salernitanis ſtatutis,inter quę pleraq; arbitror eſſe,quibus Salernitanę ciuitatis clerici vellent pro eis vti,dempta forma a ſtatutis inuenta? VICA. Vera prędicas,me alias in ſimilibus de iure reſpondiſſe:& idem nũc de iure tibi reſpondendum arbitror:clericos ipſos ita demum poſſe vti dictis ſtatutis, ſi eis vtantur cum ſua forma,vnde ſtante ſtatuto,vt inſtrumenta mandentur executioni,niſi ſint lapſi.x.anni.Clericus volens ita vti tali ſtatuto, debet eo vti infra.x.annos: quibus elapſis agat iure communi. ita voluit Bald.in.l.i.in.fi.C.de contrahen.emptio.& idem Bald.in.l.de quibus.xvi. col.verſi.ſexto quæro.ff de legi.Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.xxxii.col.in princi.de conſtitu.

Dialogus. XXVI. ARNO.

STante regia nouella pragmatica,Odia litium,per quam inter coniũctos cautæ debent compromitti:vt in ea ſerioſe habetur. Quæro abs te,qui in cunctis pollicitus es mihi conſultiſſime reſpondere, num dicta pragmatica liget clericos,ſaltem in minoribus conſtitutos? VICA. Reſpondeo,eos nõ aſtringi a dicta pragmatica ſm Bald.in.c.cum veniſſent. de eo qui mitti.in poſ.vbi dixit,q́ ſtatutum de compromiſſis neceſſariis non ligat clericos in minoribus. Nec mirum , quia clerici in minoribus non ſunt de foro ſeculari c.ii.de foro compe.& ibi per doc. ergo nec ſubiiciuntur ſtatutis fori:quia iſta ſunt paria ſm Inno.in rubrica de conſue. & Spec.in titu.de conſti.§.i.verſi.& not.cum concor.ad idem, quod not. Bald.in ſuo conſi c.cuius eſt initium:Venetianus,vbi conſuluit: q́ ſtatutum loquens de ſolemnitate teſtamenti,& de compromiſſo inter coniũctos,non ligat clericum.Refert,& ſequitur.d Feli.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xlv.de conſtitu Reponas ad dictam regiam pragmaticam , Odia litium:quia deſeruient tibi,cum caſus occurret.

Dialogus. XXVII. ARNO.

MEminimus ſupra in eiſdem Dialogis, Dialogo.viii. conſtitutionis regni,Conſtitutionem diuæ Memoriæ,per quam prohibita eſt ſeudorum,& rerum feudalium alienatio, etiam cum iuramento.Et talis con

ſtitutio eſt conformis cũ diſpoſitione iuris cõmunis canonici, vt in.c.ex parte.& ibi per ſcribentes extra de feudis. Vellem modo ſcire abs te, qui cuncta legum latibula perquiſiſti, num ſit dare caſum, in quo procedat alienatio feudi inuito domino in terminis dictæ conſtitutionis Conſtitutionẽ diuæ Memoriæ, & dicti.c.ex parte.&.c. imperialem, de prohibita feu.aliena.per Fede.&.c.i.de prohibi.feu.aliena.per Lotha.cum aliis ſimili, non parum multis? VICA. Reſpondeo, tametſi pleriq; conſiderari, dariq; poſſint caſus, in quibus alienatio feudi procedat inuito domino: qui aliquando ex facto mihi inciderunt. Attamen nunc obiter reuoluenti mihi meam bibliothecam, obuenit caſus hic: videlicet quãdo emptor vult ſubſtinere omne onus, quod ſubſtinebat primus feudatarius. nã tunc procedit alienatio, etiam inuito domino. iſtud probat tex.in argu. opt.ſm Bar.& Ang.ibi in.l.mutireguli.C.de muritegu.lib.xi. Refert, & ſequitur Corſec.in ſuis Singularibus, Sing.cuius eſt initiũ: Licet feudum.

Dialogus. XXVIII ARNO.

TAmetſi in regno, qui præſalias, ſeu repreſalias fecerit, medietatis bonorum ſuorum omnium proſcriptione damnatur (vt vtar ad literã barbaris verbis conſtitutionis) comes, vel baro, ſub rub. de his, qui in regno guerram mouerint, & de præſaliis puniendis. Attamen quæro abs te, qui non ſolum iuris communis vtriuſq; philoſophiam percalles, ſed & regni, etiam ac capitulorum diſpoſitiones inueſtigas, num in aliquo caſu licite poſſint cõcedi? VICA. Cẽſeo poſſe cõcedi eas propter delictũ ſi quod iudex commiſit, pro quo omnes ciues puniuntur. iſtud probat tex. mirabilis in.l.iudices.C.de nauicula lib.xi. quem tex. inducit ibi Bar. ꝙ ob negatam iuſtitiam a iudice, vel rectore loci conceduntur repreſaliæ cõtra omnes ciues ciuitatis. Quod nota, & vide per eundem Bar. in tractatu ſuo, quem edidit de repreſaliis. & per canoniſtas in.c.& ſi pignorationes, de iniuriis lib. vi. cum ſimil.

Dialogus. XXIX. ARNO.

CVm plereq; ſint perſonæ, quæ condemnari non poſſint, niſi in quãtum facere poſſint deducto ne egeant. de quibus in.l.Miles. & ibi ꝑ ſcriben.ff.de re iudica.& in.l.ſunt qui in id quod.eo.titu.& in.c. Odoardus, de ſolu.& in regula, Priuilegium.de regu. iur.in.vi. & abunde per.d. Iaſ.in.§.ſunt ꝑterea, verſ.ſed & ſiquis, in.ii.col.inſti.de actio. Quæro abs te, qui tot mihi hactenus iuris enigmata dilucidaſti, num in exigendo aliquem quantum facere poteſt, debeat inſpici quantum ex fructibus patrimonii percipiatur, & habeatur: an vero inſpicienda ſit proprietas rerum, quantumue ex vendirione rerum redigeretur? VICA. Dico, inſpiciendum quantum ex fructibus patrimonii extrahatur, vel percipiatur, nõ autem inſpicienda eſt proprietas, quantumue ex ea redigeretur. tex. eſt de

hoc ſumme ſing. in.l.qui bonis.& illum not.Bar.ad h oc.ff.de ceſſio.bono. Bene facit.l.imperator.ff.ad Trebel. per quem tex.Bar. ibi in fi.not. ꝙ leges quæ dicunt,alimenta debere moderari ſm qualitatem patrimonii.l. alimētorum.ff.vbi pupil.edu.deb.intelligi debent reſpectu fructuum, nō autem reſpectu valoris.per illum tex.& per illam.l.qui bonis.refert, & ſequitur.d.Iaſ.in.d.verſ.ſed &ſiquis,in.iii.col.circa fi.ibi vltimo circa iſtud: vbi dicit hoc eſſe perpetua memoria dignum, & in pratica vtiliſſimum.

Dialogus. XXX. ARNO.

CIrca materiam repreſaliarum,de qua ſuperius in.xxviii.Dialogo diſſeruimus,dubitari contingit ſi ſunt conceſſæ contra omnes ciues Salernitani principatus,an comprehendantur habitatores Eboli, ſancti Angeli,vel Diani?quid ſentis,dicas quæſo o veraciſſimum vtriuſq; iuriſprudentiæ ſpeculum? VICA. Sentio,eos minime comprehendi: quia nō habent epiſcopos: & propterea non poterunt dici ciues.ita ſingu.decidit Bal.in.l.ſi in aliquem.ff.de offi.procon.& lega.& pro ſing citat Cremen. in ſuo ſing.xxvi.cuius eſt initium:Conceſſæ ſunt repreſaliæ.Refert,& ſequtur etiam Catellia.Cotta in ſuis memoralibus,in verbo Repreſaliæ. Quæ omnia velim te repoſiturum ad ea quæ diximus in dicto.xxviii.Dialogo. & ad dictā cōſtitutionē,Comes,vel Baro,de qua in eodē Dialogo.xxviii.

Dialogus. XXXI. ARNO.

PAter tanq̄ legitimus adminiſtrator filii vellet aduentitia bona alienare,in quibus habet vſumfructum propter æs alienum. Quæro abs te,quem in omnibus reſolutiſſimū iuriſconſultū deprehendi,num in hac bonorum aduentitiorum alienatione requiratur iudicis decretum,quod videtur.Nam etiā quādo pater eſt tutor filii, & vult alienare bona ipſius propter æs alienum, requiritur decretum iudicis, licet iudex debeat eſſe pronior ad conſentiendum patri.Caſus eſt in.l. ſi pupillorum. §. ſi pater .ff.de reb.eo..Tu tamen dicas (ſi placet) quid ſentis: & ſiquando tibi caſus hic ex facto incidit in conſulendo? VICA. Caſus hic mihi in ardua quidem cauſa ex facto incidit,ſuper quo oportuit me de iure reſpondere. Et reſpondi more Scęuolę ſm ea, quæ proponerentur, decretum iudicis non requiri. adducebam id, quod declaratur per Azo.ſing.in Summa.C. de bonis quę libe.in penul.col.verſ.& pro cōſeruatione.vbi dicit ꝙ quādo pater tanq̄ legitimus adminiſtrator vellet alienare bona aduentitia filii,in poteſtate quorum vſusfructus ſibi acquiritur: quia hoc caſu poteſt abſq; decreto.& hoc dictum eſt illuſtre,& famoſum,& Aureum:alibiq; nō reperitur ſm Bal.qui mihi reuelauit in.l.ſingularia.&ibi late.d.Iaſ.in.viii. col.ff.ſi cer.peta.& latius idem.d.Iaſ.reaſſumit in.l.pręſes.C.de tranſac. in prima &.ii.col.vbi diſputatiue tenet contrarium:licet a doctoribus magis communiter approbetur. Et ex his (vt dixi) in contingentia facti ſub

ſtinui quãdã magnã alienationẽ a patre factã, in qua decretũ iudicis minime intercesserat. Mãda ergo memoriæ, cũ alias ex facto casus inciderit.

Dialogus. XXXII. ARNO.

INquisitus, vel accuſatus de aliquo delicto, in quo alias de iure, vel ex conſtitutioni us, & capitulis regni extantibus inditiis poteſt inferri quæſtio. Quero abs te, ſi non poteſt torqueri de iure, quia contra eum nõ extant inditia, vel probationes aliquæ de delicto, num poſſit accuſator, vel promotor inquiſitionis dicere: Domine iudex, ego non habeo inditia, vel probationes aliquas contra iſtum: ſed volo ſtare ſecum in torturæ & taliter hoc illi probare: num iudex poſſit hoc facere? Videtur prima frõte dicendum ꝙ ſic. Nam volenti, & conſentienti non fit iniuria, neq; dolus. l. i. in fi. ff. de actio. empti. Sed ne videar lumen Soli mutuare (vt trita eſt parœmia) ad te, vt (quod ſentis) dicas, accedo. VICA. Sentio, hunc ſic ſe offerentem torturæ (vt dicis) non eſſe audiẽdum ſm. d. Fran. Bru. in ſuo tractatu: quem edidit de inditiis, & tortura, in. xvi. char. in. i. col. Fundamẽtũ eſt iſtud, q̃a nemo eſt dominus mẽbroꝝ ſuoꝝ vulg. l. liber hõ. ff. ad. l. aquil. Refert, & ſequitur. d. Hip. in. l. i. in ii. col. ff. ad. l. Cor. de ſica.

Dialogus. XXXIII. ARNO.

EX conſtitutione regni, Terminum vitæ hominis, de homicidiis puniendis, & ex iuris etiam communis diſpoſitione, occidens aliquem ſe defendendo, non tenetur de occiſo ſm doc. in. l. i. C. vnde vi. & in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & in. l. i. C. quando liceat ſe ſine iud. vindi. & in. l. i. §. cũ arietes. ff. ſi quadrupes paupe. fecis. dica. & in. l. ſi is qui aggreſſorem. C. de ſica. & Clem. ſi furioſus de homi. Quæro tamen abs te qui inextricabiles legum nodos abſolvis, ſi venientem contra me cum euaginato enſe occiderim, an dicar me ad meam defenſionem feciſſe, ac per hoc eum impune occidiſſe? VICA. Cenſeo te impune illum occidiſſe ita Bat. multum notanter in. l. ſed ſi quæcunq; in prin. ff. ad. l. Aquil. vbi dixit eo ipſo ꝙ probem: ꝙ aliquis veniebat contra me cum gladio euaginato, & ego occidi eum, probata eſt mea defenſio. Quod dictum refert, & ſequitur Io. de Ana. in. c. ſi perfodiens, in vlt. col. de homi. vbi etiam dicit vſum armorum afferre iuſtum timorem mortis. & illud dictum Bar. etiam refert, & ſequitur Barthola. Cepol. in conſi. ſuo. xxix. in. v. col. pro quo dicit etiam tex. in. l. ſi percuſſorem. C. ad. l. Cor. de ſica. & vide Hip. in. l. i. in. v. col. ad ſi. ff. ad. l. Cor. de ſica. vbi prædicta refert, & ſequitur.

Dialogus. XXXIIII. ARNO.

DIximus in præcedenti Dialogo, quemlibet poſſe impune ſuum aggreſſorem occidere: ſed ſi aliquis occidit quempiam ſe non defendendo: puta aliquis percuſſus, etiam vulneratus inſequitur vulnerantem fugientem, & eum occidit: quæro abs te, qui etiam criminalia per cal-

luiſti:& in quibus te ſcio millies de iure reſpondiſſe, num ſit puniẽdus vt homicida? VICA. Cenſeo,hunc non vt homicidam puniendum,cum in culpa potius fuerit,q̃ in dolo,iuxta ſing.dictũ Iac. de Are.quod refert, & ſequitur Anto.de Bu.in.colim primo ad fi.de teſti.ſpo.& ibi Panhor. in.x.col. quam doctrinam refert, & ſequitur d. Fran.de Are in conſi.ſuo .xxiiii.cuius eſt initium:Viſis diligenter teſtibus in fi.& in conſi.lxxx.incipi. Sicut decet &c.in fi.& idem tenet Ange.de Are.in ſuo tractatu,quẽ edidit de maleficiis,in ver.& dictus Titius ſe defendẽdo.Et pro hac parte, cum ex facto incidiſſet,conſuluit Bal. in ciuitate Papiæ, vt refert Pau. de Caſ.in ſuo conſi.cxcii.cuius eſt initium:In cauſa incarceratorũ,in vlti.col. & idẽ etiam firmat Io.An.in ſua ad Spec.paraphraſi,in titu. de homi. ſup. rub.vbi dicit,q̄ licet excedens modum in defendendo teneatur de culpa .c.ſignificaſti.ii.de homici.tamen ſi in illo caſu,& exceſſu occidat aggreſſorem,non tenetur vt homicida.quod dictum refert, & ſequitur conſulẽdo.d.Alex.in ſuo conſi.lxxvi.cuius eſt initium:Viſa inquiſitiõe in.ii.col. in primo lib.& idem videtur tenere Bal.& Sali.in.l.i.C.vnde vi Refert,& ſequitur,& alia adhuc non parum multa adducit.d.Hip.in.l.i.in.vi.col.ff. ad.l.Cor.de ſica.Quæ omnia velim te reportaturum (ſi ſapis) ad conſtitutionem, Terminum vitæ.

Dialogus. XXXV. ARNO.

STante regni conſtitutione,Super inciſionibus,de maleficiis clandeſtinis puniendis,q̄ homines locorum teneantur emendare inciſiones arborum combuſtiones domorum,& cætera maleficia quæ clam nocturnis temporibus cõmittuntur,ſi patratores ſcelerum huiuſmodi inueniri nequeant,Quæ tamen conſtitutio cõtinet ius nouum: quia pœna debet tenere ſuos authores.l.Sanſimus.C.de pœnis. vt dicit Glo.i.in dicta conſtitutione,Super inciſionibus.Quæro abs te,qui iuris eſſe lucerna ardentiſſima comprobaris,ſi dictum damnum,dictumq; incendium ex fortuito caſu factum fuerit,an villa teneatur ad emendationem? VICA. Dico q̄ non.tex eſt,& ibi Bar.in.l.ſiquis fundum.§.i.ff.loca.& voluit Albe.de Roſa.in ii. parte ſtatutorum.q.lxxxi. cuius eſt initium: Sed quid ſi incendium. vbi dicit q̄ ita alias fuit iudicatum Paduæ in quodam igne caſu fortuito facto in loco Montagnanę. Refert. & ſequitur Hip.in.l.i.in antepenul.col.verſus fin.ibi Teneas etiam menti.ff. ad.l.Cor.de ſica. Et p hæc habes vnam declarationem ad dictam conſtitutionem, Super inciſionibus,vt procedat quando appenſate eſt factum damnum, ſeu incendium: non ſi ex caſu fortuito.

Dialogus. XXXVI. ARNO.

ITem ſi dictum damnum,vel incẽdium eſſet commiſſum appenſate,ſed occulte tamen,vel de nocte:an homines loci teneantur ad emendatio

nem. Et eodem modo ſi fuerit commiſſum homicidium occulte, vel de nocte, iuxta conſtitutionem, Si damna clandeſtina, de homicidiis, & damnis clandeſtinis: quorum authores inueniri non poſſunt: num teneantur homines loci, iuxta prædictas ambas conſtitutiones? Albe. de Roſa. in. ii. parte ſtatutorum. q. lxxxii. dicit quod non. all. ad hoc plura iura, de quibus ibi per eum. & hoc etiam voluit Bal. in conſ. ſuo. xxxvii. cuius eſt initium: caſus talis eſt. alias incipit: Præmittendum eſt ad euidentiam, in primo lib. & Alex. in conſ. clxxii. incip. Super caſu in vltima col. in prin. in v. lib. & Bal. in. c. quoſdam de præſumptio. & . d. Fran. de Are. in conſi. lvii. cuius eſt initium: Diligenter, in. ii. col. cum aliis non parũ multis all. per Hippoli. in. l. i. in antepenul. col. verſus fi. ff. ad. l. Cor. de ſica. Tu tamen, qui ita inniteris iuriſcommunis diſpoſitionibus, & regulis, vt tamen a regni conſtitutionibus non decipiaris ſecundum ea, quę propoſita ſunt, quid ſentis dicas ſi placet? VICA. Sentio, in terminis dictarum conſtitutionum ſecundum ea, quæ proponerentur more Scæuolæ, homines locorum puniendos, tametſi dicta maleficia, & homicidia occulte, & de nocte fuerint patrata: quoniam ſic proſpexit author dictarum conſtitutionũ. Nam ſi inſpexerimus conſtitutionem, Super inciſionibus, deprehendemus in principio hæc verba, quæ clam nocturnis temporibus committuntur. Si vero ſequentis, deprehendes in prin. verba hæc, Si damna clandeſtina. & ibi Glo. i. Adducta ergo per te procedunt inſpecto iure communi ſecundum quod non eſt expreſſum, aliter ſi occulte, vel de nocte maleficia perpatrentur. At in terminis dictarum conſtitutionum eſt proſpectũ expreſſe: vt homines locorum teneant̃ ſiue occulte, ſiue de nocte cõmittant̃ maleficia.

Dialogus. XXXVII. ARNO.

EST factum compromiſſum in arbitros, vel voluntarium, vel neceſſariũ ex forma regiæ nouellæ pragmaticæ, Odia litium, coram quibus teſtes deponentes commiſerunt falſum teſtimonium. Quæro abs te, qui cũctos legum angulos perquirens nobis viam aperuiſti, num arbitri eos punient, qui arbitrorum aures offenderũt? VICA. Nequaq̃. ita Ang. Are. in tractatu quem edidit de maleficiis, in ver. falſario. vbi dixit: quod teſtis deponens falſum coram arbitro, vel arbitratore, non poterit per eum puniri: ſed punietur per iudicem habentem poteſtatem. alle. ad hoc tex. in. l. fi. C. de teſti. coniuncta Glo. Et ita dicit voluiſſe Ange. de Peru. in repe. l. ſi vacãtia. C. de bo. vacan. lib. x. Et de hac quęſtione vide Ioan. de Ana. in. c. i. de crimi. fal. & in. c. qualiter, & quando. §. fi. circa fi. de accuſa. & in. c. i. in fi. extra de rapto. Refert, & ſequitur. d. Hippo. alia adhuc non parum multa adducens in. l. i. §. præterea, in penul. col. ff. ad. l. Cor. de ſica.

Dialogus. XXXVIII. ARNO.

PEr regni capitulum, cuius eſt initium: Ad hoc quod noſtrorum, ſub ru-

brica de furtis ; luculenter proſpectum eſt ; eum qui furatur vltra vnciam valentia, vt illius verbis vtar, ſuſpendio condemnandum: nobilem autem capitali pœna plectendum. Proinde quæro abs te, qui medullas legum inquiris, num iudex poſſit temperare pœnam dicti capituli, Ad hoc circa mortem? VICA. Reſpondeo, equidem poſſe iudicem pœnam huius moris temperare circa mortem. Adduco tibi notabilem deciſionem Ludo. Roma. in ſuo conſi. cccxxix, cuius eſt initium: Conſiderato in propoſita &c. vbi per plures rationes optimas conſuluit: ꝙ licet ex diſpoſitiõe ſtatuti pro paruo furto poſſit fur furca ſuſpendi: tamen iudex poteſt temperare pœnam illius ſtatuti circa mortem. Quod dictum refert, & ſequit Auguſ. de Arimi. in ſua ad Ang. de Are. paraphraſi, immo mauis additione, in tractatu quem de maleficiis edidit, in verbo quas ſi non ſoluerit in ſecunda addi. ante finem. Refert, & ſequitur Hippo. in. l. i. §. diuus Adrianus. in. ii. col. ff. ad. l. Cor. de ſica. Quod reportabis ad dictum. c. regni, Ad hoc: quia poſſet tibi ex facto incidere.

Dialogus. XXXIX. ARNO.

PEr regni conſtitutionem Terminum vitæ, de homicidiis puniendis, de qua ſupra in. xxxiii. Dialogo cum aliis ibi adductis de iure communi non parum multis, poteſt quiſpiam ſe defendẽdo aggreſſorem ſuũ impune occidere. Quæro abs te, qui & regulas cunctas legum inueſtigaſti, & earum etiam fallentias, & ampliationes perquiſiuiſti, num cõſanguineus impune poſſit aggredientem ſuum conſanguineum, vel affinem occidere? VICA. Poteſt quidem impune, in tantum, vt ne quidem aliqua veniat pœna puniendus. ita dixit Bal. in. l. Raptores, in. ii. not. C. de epiſ. & cle. & in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Quæm refert, & ſequitur. d. Iaſ. in. l. i. in ij. col. C. de indicta vidui. tol. & Hip. in. l. i. xxiiii. limita. ff. ad. l. Cor. de ſica.

Dialogus. XL. ARNO.

COnſtitutione regni, cuius eſt initium, Capitalem pœnam, ſub rubrica de Raptoribus virginum & viduarum, infligitur pœna capitalis rapienti mulierem, vt ibi. ſed quæro abs te, quẽm cõſulunt omnes, qui dubitantque, quemꝗ vt ad Apollinem adeunt Delphicum oraculum reportaturi, num rapiens mulierem ſolutam, quæ fuit alias deflorata ab aliquo incidat in pœnam capitalem, de qua in dicta conſtitutione? VICA. Dico ꝙ non. pro quo adduco notab. & ſing. verbum Pau. de Caſt. in ſuo conſi. cccv. cuius eſt initium: Viſo dicto ſtatuto &c vbi conſuluit in propriis terminis, de quibus quęris: ꝙ ſtante ſtatuto: ꝙ rapiens mulierem per vim puniatur pœna mortis, ſi aliquis rapuit mulierem ſolutam, quæ fuit alias deflorata ab aliquo, non cadit in pœnam ſtatuti: quia non præſumitur eam rapuiſſe per vim, cum alias cõſenſerit alteri. & idem voluit Albe. de Roſa. in. iii parte ſtatutorum. q. lii, cuius eſt initium: Sed pone aliquis &c. Et Al-

ber.Gandi.in tractatu maleficiorum,ſub rubrica de aliquibus quæſtionibus variis in maleficiis,in.i.col.in fi.verſi.quæro de facto fuit &c.refert,& ſequitur Hip.in.l.i.§.diuus Adrianus,in.vii.col.ff.ad.l.Cor.de ſica.Quod reponas ad dictam conſtitutionem Capitalem pœnam.

Dialogus. XLI. ARNO.

SVpra in.xxii.Dialogo concluſimus, maritum poſſe impune vxorem in adulterio deprehēſam occidere per conſtitutionem regni,Si maritus vxorem.Sed ſi ipſe maritus tenebat concubinas, num ſibi liceat quæro abs te,qui cum ſis legum promptuarium,noueris & huic caſui præbere medelam? VICA. Ego non inueni caſum hunc ab aliquo doctore quem viderim,præter q̄ ab Hippo.in ſpecie tactum,in.l.i.§.item diuus,in vi.col.ff.ad.l.Cor.de ſica.vbi licet relinquat cogitandum:tamē concludit, maritum tenentem concubinam non poſſe mulierem impune adulteram occidere.Mouetur a ſimili.Nam licet alias mulier committens adulterū perdat dotem,& eius actionem,vt habetur in.l.viro,atq; vxore.ff.ſolu.matri.& in.l.cum mulier prima eo.ti.& in.l.conſenſu.C.de repud.& in.c. plerunq; extra de dona.inter virum & vxo.& nō ſolum dotem,ſed etiam parafernalia: vt voluit Glo.ſingu.in.d.c.plerunq;:quam Glo. dixit ſingu. ad hoc Ludo.Roma.in ſuo ſingu.cccxii.cuius eſt initium:Propter adulterium:attamen ſi mulier commiſit adulterium,non perdit dotem, ſi maritus ſuus tenebat concubinas,& ſimiliter cōmittebat adulterium:quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur:vt in.d.l. viro, atq; vxore. ita ſingu.dixit Pau.de Caſt.in ſuo conſi.cxxviii.cuius eſt initium : Hæc mulier non debet excludi a petitione dotis.& mouetur per dicta iura, & per dictam regulam.& hoc etiam voluit expreſſe Glo.ſi.in.c.penulti. extra de adulte.cum aliis non parum multis adductis per Hippo. in loco nuper p me citato.Pari ratione,immo maiori dicit ipſe Hippo.in caſu noſtro, nō debet maritus habens concubinas poſſe occidere vxorem,quod eſt plus. ipſe tamē Hip.(vt dixi) relinqt cogitandū.& ita ēt cenſeo & ego cogitandum.Notabis tamē nūc prędicta ad dictā cōſtitutionē,Si maritus vxorē.

Dialogus. XLII. ARNO.

TAmetſi matrimonium ſolo conſenſu contrahatur ita, vt diſſolui nequaq̄ poſſit:vt in.c.cum locū.§.matrimoniū,extra de ſponſa.cum ſimilib.attamen ante ſubſequutam carnalem copulam, poteſt diſſolui ob religionis ingreſſum.vt per Abb.in rubrica extra de ſponſa.per.c.ex publico,extra de conuerſio.coniug.& hoc operatur fauor religionis, vt ibi habetur maxime per ſcribentes:ſed poſt carnalem copulam diſſolui nō poteſt,etiam ob ingreſſum religionis.Sed quid ſi mulier ſponſa fuerit violenter cognita a ſponſo poſt contractum matrimoniū per verba de præſenti,num poterit ingredi religionem?quid diceres tu qui es in vtroq; iure conſumatiſſimus?

te conſumatiſſimus? cui quæ nobis aliis dubia eſſe videtur, abſoluta ſe ex hibent? Cenſes ne eam ſic cognitam poſſe ingredi religionem? VICA. Cenſeo, eam poſſe ſic cognitã. Pro quo adduco in indiuiduo notab. verbum Ange. in. l. optima. §. remouet. ff. de poſtu. vbi dicit ſponſam violenter cognitam a ſponſo, poſſe ingredi monaſterium eo inuito, ſicut antea poterat. Refert, & ſequitur d. Hip. in. l. i. §. item diuus. in. ii. col. ff. ad. l. Cor. de ſica. Quod abs te, notandum puto ad materiam d. c. Ex publico: & poſſet ſæpiuſcule ex facto incidere.

Dialogus. XLIII. ARNO.

QVæro abs te, num in crimine leſę maieſtatis, & aſſaſſinii, puniatur affectus, ſi non ſequatur effectus? Et prima fronte videtur mihi dicendum ꝙ non: propter dictum Spec. in titu. de accuſatore in prima parte in. §. i. verſ. ſed pone primo. alias quid ſi primo. Quod dictum refert, & ſequitur Ange. in. l. i. §. hęc verba. ff. quod quiſꝗ iur. & Bal. in l. iii. C. de ſer. fugi. & Ludo. Roma. in. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. Ad te tamen (vt ſoleo) pro reſolutione confugio: ad quem omnes paſſim pro rebus dubiis confugiunt. VICA. Cęnſeo, in prædictis duobus caſibus: ſcilicet maieſtatis, & aſſaſſinii, puniri affectum: tametſi non fuerit ſequutus effectus. ita Auguſ. de Arimi. in ſua ad Ang. paraphraſi, immo mauis additione, in tractatu maleficiorũ, in ver. Et ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit, & eſt &c. in verſi. ſed aduertas ne erres. vbi dicit hoc voluiſſe Bald. & Ange. in. d. l. i. §. hæc verba. ff. quod quiſꝗ iur. & eſt tex. in aſſaſſino in. c. i. de homi. in. vi. & idem dicas in oppugnatore patriæ: licet non ſequatur effectus ſm Ange. in. d. l. i. §. hæc verba. Refert, & ſequitur Hippo. in. l. eiuſdem, ad fi. i. col. ff. ad. l. Cor. de ſica. Dictum ergo Spec. procedit in aliis ſceleribus non ita grauibus, ſicut eſt maieſtatis, & aſſaſſinii per prædicta, quæ notabis in actu practico.

Dialogus. XLIIII. ARNO.

IN Epitomatibus meis, Epitomate primo, cuius eſt initium: Prodita eſt pœna, attuli in medium excuſationem vnam pro aromatariis, qui miſcent ceram corruptam: ꝙ ſit eis licitum per ea, quæ ibi dixi. Nunc adhuc in eorundem aromatarioꝝ excuſationem quęro abs te, qui cum eoꝝ opera ſæpius egeas, & medicinis eoꝝ ob tui corporis imbecillitatem, forte quod pro eis inter legendum inueniſti, memoriæ tradideris perpetuæ. Ecce quidam aromatarius vendidit toxicum, aut manum venenum, ad confectionem nec vtile, nec neceſſarium: quapropter debet ſuſpendi. tex. eſt ad literam in conſtitutione, Quicunꝗ, de vendentibus venenum. Quęro abs te, quibus perſonis cenſeatur prohibitum vendi? VICA. Dico, perſonis fatuis, vel alicui ſeruo, ſeu alicui meretrici. Et ſic pſonis, in quibus poteſt cadere ſuſpitio: ꝙ toxico velint vti in damnum alicuius: ſecus ſi per

ſonis probis, vel aliquibus patribusfami.in quibus nulla cadit ſuſpitio: vt quia velint interficere mures, vel alia animalia damnum dantia: vt ſępe ex facto occurrit. ita Ang. & poſt eum Hip. in.l. ii.§. alio ſenatuſconſulto ff. ad.l. Cor. de ſica. Quæ (vt dixi) notanda ſunt ad excuſationem aromatariorum, ad materiam dictæ conſtitutionis, Quicunq;.

Dialogus. XLV. ARNO.

PEr capitulum regni, cuius eſt initium: Robertus &c. Licet contra receptatores &c. ſub rub. q receptatores pari pœna &c. clare proſpectũ eſt, ne quiſpiam malefactores atq; latrones receptet. & eſt proſpectum etiã per alias nouiſſimas pragmaticas non parum multas. Pone, q quiſpiam non potuit prohibere quin prædicti domum eius ingrederentur: vt puta cum eſſent. x. banniti, inſimul acceſſerunt ad domum illius, dicentes: Niſi nobis aperueris ianuam, ponemus ignem in domum. Quæro abs te, qui hac præſertim tempeſtate multis craſſantibus, ſępius de iure conſultus reſpõdiſti receptatori huiuſmodi a iudice propterea impetito, num veniat puniendus aliqua pœna? VICA. Reſpondeo, receptatorẽ huiuſmodi ſm ea quæ proponerentur more Scęuolæ, nequaq̃ puniendũ: pro quo in indiuiduo adduco tex. & quod dixit ibi. d. Flo. in. l. in omnibus. ff. de noxali. vbi dixit illum tex. facere ad. q. de receptante bannitũ: quia prohibere nõ potuit: vt non teneatur aliqua pœna. & ponit exemplum de quo ſupra: videlicet de. x. accedẽtibus inſimul ad domum alicuius &c. Quod dicit eſſe memoriæ cõmẽdãdũ. Refert, & ſequtur Hip. in. l. i. §. itẽ diuus, in. ii. col. & in. l. ii. §. itẽ is cuius. ff. ad l. Cor. de ſica. Quę reportabis (ſi ſapis) ad materiã dicti capituli regni, & aliarũ pragmaticarũ receptatores punientiũ.

Dialogus. XLVI. ARNO.

NOs habemus cõſtitutionem regni, cuius eſt initium: Litigator, ſub rub. de pœna illorũ, qui eos corrumpunt, & corrumpuntur: p quam prohibetur baractaria. vt habetur ibi, & in alia conſtitutione præcedente, quæ incipit: Corruptelæ crimen. & in alia adhuc, cuius eſt initium: Iudex ſi accepta pecunia. Quæro abs te, qui omnia legum vada aperuiſti ferro, cum illa prius clauſa reperiſſes, num ſi pecunia ſit data iudici poſt latam ſententiam, valeat tunc ſententia, & non ſit dicenda venalis, nec poſſit iudex puniri de baractaria? VICA. Arbitror, in caſu propoſito valere ſententiam, & non dici venalem, nec iudicem alias de baractaria puniẽdum. Ita notanter dixit Petr. de Ancha. in conſi. ſuo. cclxxii. cuius eſt initiũ: De titulis criminum, in penul. col. Quod dictum refert, & ſequitur. d. Feli. in c. tua nos de ſimo. in ſi. per eundẽ Pe. de Ancha. in ſuo conſi. ccii. incip. Præmittendum eſt in prin. & Bal. in conſi. ſuo. ccccxc. cuius eſt initiũ: Proponitur, q dictus Proſcellus, in verſ. ſuper primo pũcto, in. iiii. lib. Refert, & ſequitur Hip. in. l. lege Cornelia, in prima col. ff. ad. l. Corne.

de ſica. Quod notabis ad materiam dictarum conſtitutionum, cum caſus ex facto incidet.

Dialogus. XLVII. ARNO.

PEr conſtitutionem regni, Intentionis noſtræ, de illicita aſportatione armorum, eſt prodita pœna aſportationis armorum. Per aliam vero conſtitutionem, cuius eſt initiũ: Siquis aliquem, de percuſſione illicita cũ armis, eſt prodita pœna ammiſſionis manus contra percutientem, & vulnerantem, dumtamen percuſſus, & vulneratus ex percuſſione ipſa minime moriatur. Quæro nunc abs te qui cunctis legum caſibus occurris, an percutiens puniatur pœna aſportationis armorum, & pœna percuſſionis? an vero vna tantum? Et ſi vna tantum, quæro tunc, qua pœna veniat puniendus? VICA. Dico, eum in caſu propoſito vna duntaxat pœna puniendum: videlicet pœna percuſſionis: quia aſportatio armorum, & percuſſionis cum eis confunditur: & percuſſio tantum punitur. ita ſing. dixit Glo. in. l. qui de crimine. C. de accuſa. Quam ibi ſequuntur omnes ſcribẽ. & idem tenet Bar. in. l. quemadmodum. §. illud. ff. ad. l. aquil. & l. inficiãdo. §. infans in fi. ff. de fur. cum aliis non parum multis adductis per Hip. qui prædicta refert, & ſeqtur in. l. ſi in rixa, in. iiii. col. ff. ad. l. Cor. de ſica.

Dialogus. XLVIII. ARNO.

AD materiam conſtitutionis regni, Varietates pœnarum, quæro abs te, veluti ab Apolline, quid ſi iniuria eſt commiſſa & illata in perſonam filiifam. per coniunctam perſonam, num pater poſſit talem iniuriã remittere? Caſus videtur prima fronte, ꝙ ſic. in. l. ſed ſi vnius. §. fi. ff. de iniur. Tu tamen quod ſentis, dicas ſi placet? VICA. Dico, in caſu propoſito, patrem non poſſe iniuriam huiuſmodi remittere: nam grauius fertur iniuria, quæ fit a propinquo, & coniuncto, ꝗ quæ fit ab extraneo, & ignoto. vt dicit tex. in. l. cum oportet. & ibi Bal. C. de bo. quæ lib. & ideo dixit Roma. in ſuo ſing. xcii. cuius eſt initium: Tu habes &c. ꝙ licet pater poſſit remittere iniuriam illatam filio. vt in. d. l. ſed ſi vnius. §. fi. ff. de iniur. hoc tamen fallit in iniuria facta filio per coniunctam perſonam: quia tunc illam remittere non poterit. De quo dicit eſſe caſum ſing. ſm Bar. in. l. Lucius. ff. ſolu. ma. Refert, & ſequitur Hip. in. l. diuus Adrianus, in prin. ff. ad. l. Pompe. de parric.

Dialogus. XLIX. ARNO.

QVęro abs te, quem ſcio alias de hoc interrogatum a quodam Tabellione, de iure reſpondiſſe: licet quid tunc reſponderis, punctaliter non reminiſcor. Eſt enim (vt ſcis) memoria hominum labilis. l. ii. § ſiquid autem. C. de vete. iur. enucle. & l. peregre in prin. vbi doc. not. ff. de acquir. poſ. qua pœna puniatur Tabellio ſcribens inſtrumentum ſimulatum. Nã hic caſus hodie hominum, & Tabellionum excreſcente malitia quotidie

ex facto incidit? VICA. Dico,in caſu propoſito Tabellionem puniendum pœna manus,& perpetuæ infamię.caſus eſt ſing.in.c.imperialem, in .§.ſcriba,de prohibi.feu.alie.per Fede.qui tex.deberet omnibus Tabellionibus apparere terribilis. Refert, & ſequitur Hip. in.l.ſi ſciente in prima col.circa fi.ff.ad.l.Pompe.de parri.Quæ reportanda abs te cenſeo ad conſtitutionem regni,Inſtramentorum robur.

Dialogus. L. ARNO.

QVidam dedit pecuniam teſti,vt pro eo teſtificaretur:qui tamen nō pro eo qui pecuniam dedit: ſed in fauorem eius contra quem fuit data pecunia,teſtificatus eſt.Quæro abs te,quem alias de hoc cōſuluit magnus princeps.Et quid illi reſponderis,ignoro: num valeat eius teſtimonium:ſitq́ dictus teſtis puniendus? Quod videtur prima fronte per tex. in.l.i.ff.ad.l.Cor.de fal.Quid tamen tunc reſponderis,quidue conſulueris tunc,dicas rogo? VICA. Reſpondi tunc, & ita conſului, & ita etiā obtinui,huiuſmodi teſtimonium valere,& dictum teſtem nequaq̄ puniēdum.Non obſtat tex.in.d.l.i.quia limitatur nō habere locum in caſu propoſito:videlicet quando teſtis deponit in fauorem eius, contra quem accepit pecuniam ſm Lu lo. Ro. in ſuo ſing.cccxxvi.cuius eſt initium: Tu ſay.vbi dicit de hoc eſſe tex.ſing & mirabilem in.c.i.ſi de feu.fuc. cōtro. inter do.& vaſſal.quem tex.ibi ſm eum adhoc exclamat Bal.Refert,& ſequtur Hip.in.d.l.i.in.ii.col.circa fi.ibi,Item limitari poteſt iſte tex. Manda memoriæ:quia quotidie poſſent hæc tibi ex facto incidere.

Dialogus. LI. ARNO.

TItius renuntiauit hæreditati paternæ,etiam viuo patre,cum iuramēto.Non obſtante huiuſmodi renuntiatione ſic iurata,volebat ſuccedere feudo.Quæro abs te qui tametſi in omnibus ſapienter conſulas, in feudalibus præſertim reſolutius,& ſapientius conſueuiſti de iure reſpondere,num præiudicauerit ſibi in feudo? VICA. Cenſeo,filium ſic (vt proponitur)renuntiantem,non præiudicaſſe ſibi in feudo.ita ſing.Bal. in .c.i.col.iii.verſ.Iacobus autem de Bel.in titu. An agnatus, vel fil.vbi dicit q̄ eſt bona cautela ad euitanda onera creditorum a nullo alio doctore imaginata. Et hoc dictum pro ſingu.citat,& ſequitur Iaſ.in.l. ſi non ſortem.§.libertus, in penulti.col. verſicu. ſecundo habes.ff.de condi.indeb. & alibi ſępe.quod notabis ad conſtitutionem ,In aliquibus, de ſucceſſio. filiorum comitum, vel baronum.

Dialogus. LII. ARNO.

SEd quid ſi filius renuntiaſſet bonis paternis , num procedant ea quæ dicta ſunt in præcedenti Dialogo? Quid ſentis fons , & tuba ſanctarũ ſanctionum? VICA. Sentio non procedere:immo filius excludetur ēt a feudo:quia bonorũ appellatione veniunt feudalia. ita ſing. tenet And.

de Iſer.in.c.i.ad fi.de capita.qui cur.vendi. licet aliqui in hoc contrarium inaduertenter tenuerint,& male.vt per Catellia. Cottam in ſuis memoralibus,in ver.filius renuntians.& in verbo emphiteoſis.Et ideo in propoſito monebat Bal.in.l.pactum quod dotali, in penul.col.in.xvi.q.C. de colla. eos qui renuntiant,vt ſibi caueant a verbis generalibus,ne in promptum ex effuſo ſermone incidant periculum.iuxta.l.vlti.ad fi.C. de dotis ꝓmiſ. quod vltimum in pulchra quæſtione reaſſumit Decius in conſ.vii.cuius eſt initium:Pro tenui facultate mea,in,iii.col.

Dialogus. L I I I. A R N O.

IN regno hoc Siciliæ,primogenitus in feudalibus excludit ſecundo loco genitum.tex.eſt in conſtitutione regni,Vt de ſucceſſionibus ,poſt princi.ibi,Nec nō maioris ætatis inter eos,qui viuunt in regno &c. Et in pulchra quæſtione late ſcribit Sonci.in conſi.c.cuius eſt initium:Viſis inſtrumentis per totum,in.ii.lib.in tantum ꝙ decidit ſing. Bald. per illum tex.in.c.i.ad finem,de filiis natis ex matrimonio ad morg.contrac. in regno Siciliæ:quod ex pacto defertur primogenito,ꝙ ſecūdo genitus etiā non ſuccedet,etiam mortuo primogenito ſine hærede.Sed ad Papam libere ſpectabit de regno diſponere.Quod dictum pro ſingu. & memoria digno multum commendat.d.Iaſ.in.l.quoties.col.penul.verſi.illud etiā .C.de rei vendi.Et intelligendum tamen eſt hoc vltimum de Papa,vt declarat Catellia.Cotta in ſuis memoralibus,in ver.primogenitus. His præmiſſis quæro abs te,qui eo libentius,ac promptius de iure reſpondes,quo de rebus dubiis & ſumme importātibus interrogaris:ſi Rex habet duos filios legitimos,quorum alter natus eſt antequam in regno ſuccederet,alter poſtquam coronatus eſt:quis eorum erit præferendus tanq̄ primo genitus? V I C A. Bal.ſingu.in.l.imperialis.§.bis illud.per illum tex.C.de nup.dicit præferri debere eum qui poſt coronationem primo loco natus eſt.Et hoc dictum pro ſingu.not. Crem. Notab.l.cuius eſt initium: Vidi. vbi refert ſe ita reſpondiſſe duci Mediolani,cum his quæ late tradit.d.Feli.in.c.prudentiā.in prin.in.iii.col.verſi.quid ſi aliquis.Quod abs te reponendum puto ad dictam conſtitutionem,Vt de ſucceſſionibus.

Dialogus. L I I I I. A R N O.

PRinceps conceſſit in feudum aliqua caſtra mihi , & filiis meis procreatis,& procreandis:tamen ſciebat me ſolum habere filios naturales.Quæro abs te,qui etiam feudorum vſus non ignoras,& in eis conſulendo ſummam es gloriam,& laudem aſſequutus, num huiuſmodi conceſſio,ſiue priuilegium extendatur tanquam ſi expreſſe de naturalibus dictum eſſet?Videtur prima fronte dicendum,ꝙ non tranſeat ad naturales .c.i.§.naturales ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.Tu autem,qui cūcta perpendis,quid ſentis? V I C A. Sentio,huiuſmodi conceſſonem , ſiue

priuilegium ad naturales porrigendum, ac ſi expreſſe de naturalibus dictum eſſet, propter ſolemne dictum Bald. in l. eam quam, in ix. col. verſi. demum quæro dominus comes Sabaudiæ. C. de fideicom. vbi ponit hûc caſum, de quo quæritur in indiuiduo. Et ita ex facto dicit ſe conſuluiſſe fretus eleganti doctrina Bal. vbi ſupra Andre. Sic in Commento. l. cû acutiſſimi. col. cix verſi. nunc vero eſt inſiſtendum. C. de fideicom. & in tracta. de præſtantia Cardi. in. v. q primę partis, in vlti. col. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in ver. ratio. quod abs te reponendû cenſeo ad conſtitutionem regni, In aliquibus, de ſucceſſio. filio. comi. vel baro. & ad ꝯſtitutionê, Vt de ſucceſſionibus, de ſucceſſiôe nobiliû in feudis.

Dialogus. LV. ARNO.

EST conceſſum feudum, ſiue caſtrum in partibus meis cum omni iuriſditione, & bancho iuſtitiæ. Quæro abs te, qui inueſtituras feudorum eo diligentius ponderas, quo maioris eſſe cernuntur effectus, num veniat merum imperium? Videtur prima frôte, quia ſic ob dictionê illam vniuerſalem, Omni. Tuû tamen in hoc iudicium ſapientiſſimum expoſtulo: quam obrem rogatum te velim, vt dicas quid ſentis? VICA. Sentio, conceſſa omni iuriſditione adhuc merum imperium non venire: quia vniuerſalis omnis non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: ſed numero, ita ſingu. Bald. in. c. quanto in. i. col. verſi. item ſi in venditione, extra de iudi. Et hanc deciſionem dicit perpetuo notandam, & memoria dignam. d. Iaſ. in l. imperiû. col. v. verſ. quarto moueor, ff. de iuriſdi. omni. iud. pro quo facit. Nam merum imperium reputatur inter regalia. iuxta. c. i. Quæ ſint regalia. Et ita etiam audio iudicatum in ſacro conſilio Parthenopeo.

Dialogus. LVI. ARNO.

QVidam forenſis tranſiens per quendam locum, in quo exigebatur vectigal, illud non ſoluit: cum tamê ignoraſſet ibi eſſe vectigal exoluendum: & hoc proprio volebat iuramento firmare. Quæro abs te, qui cunctos legum caſus perſcrutaris, num ſit audiendus? VICA. Reſpondeo, eum audiendum. Et ſiquidem proprio iuramento firmauerit ſe ibi vectigal exigi ignoraſſe, eum abſoluendum eſſe, pronuntiandumque ſe non incidiſſe in cômiſſum, neque ſuas merces ammiſiſſe. Pro quo in indiuiduo adduco, quod ſing. dixit. Ab. in côſi. ſuo. xxxv. cuius eſt initiû: Videtur primo &c. vbi dixit tale iuramentum plene probare ignorantiam: & hoc modo res ſuas non cadere in commiſſum. Quod dictû refert, & ſequitur Hip. in l. qui falſam, in. x. col. verſus ſi. ibi. Et ideo dixit ſingu. Ab. ff. ad l. Cor. de fal. vbi dicit hoc eſſe notabile, & lucroſum verbum, vt ſuis verbis vtar. Et ideo cum hic caſus ſoleat ſæpiuſcule ex facto incidere, eſt dictum verbum memoriæ commendandum.

Dialogus. LVII. ARNO.

Teſtis ſemel productus dixit ſe neſcire,vel nō recordari. Poſtea iterũ productus,deponit ſuper ipſomet negocio,ſuper quo primo dixerat ſe neſcire,vel nō recordari. Quæro abs te,quem cunctorum abſtruſorũ legum caſuum armarium ornatiſſimum eſſe iudico, num valeat eius dictum:an vero ſit dicendus varius,vel vacillans?quod videtur prima fronte.Nam primo dixit ſe neſcire,vel non recordari:poſtea dixit ſe ſcire: ſed hæc videntur eſſe diuerſa,vel varia. VICA. Cenſeo eius dictum valere: eumq́ teſtem non eſſe varium.Hoc voluit Glo.in.c.cum cauſa, quæ inter iconomum,in Glo.ii.extra de teſti.& probat tex.ſingu. ſm Bald.in.c.i.§. notandum,de notis feudorum.& voluit etiam Ang.in.l. qui tabularum, per illum tex.ff.de fur.& Ludo.Roma.in.l.qui bona.§.ſiquis ſtipulatus.ff. de dam.infec.& idem voluit Bal.in.c.dudum.ii.in.xiii.col.de electio.& in rubrica de contro.inueſti.in.ii.col.& Bal.in.c.i.§.i.quid ſit inueſtitu.& Ludo.Roma.in ſuo conſi.cccccv.cuius eſt initium:Cum teſtis.& Alex. in cōſi.ſuo.lvi.incip.Viſo proceſſu,in.iii.col.in.ii.lib. Refert,& ſequitur Hipp. in.l.eos qui,in.ii.col.ff.ad.l.Corne de fal.Quod notandum abs te puto,cũ ſoleat ſæpiuſcule ex facto incidere.

Dialogus. LVIII. ARNO.

Sed retento eodem themate,de quo in præſenti Dialogo: quæro abs te,qui ita legum regulas perquiris,vt tamen ab earum fallentiis non decipiaris,num indiſtincte ſit verum:vt dicens primo ſe neſcire, & poſtea ſe ſcire,non ſit varius? VICA. Dico,regulam hanc non eſſe ſemper veram,immo eam fallere ſiquidem ante teſtis partem fuerit alloquutus. ita dixit,& limitauit Bal.in rubrica de contrlandouer.inueſti.& Roma. in ſuo cōſil.ccccc.incip.Cum teſtis.& ſentit Bald.in.l.præsbyteri prima,in.i.col. C. de epiſ.& cle.& Hip.refert,&ſequit̃ in.l.eos q.in.ii.col.ff. ad.l.Cor de fica.

Dialogus. LIX. ARNO.

In Epitomatibus meis,Epitomate.xciiii.cuius eſt initiũ:Filius ſacerdotis.& in Problematib9 etiam meis,Problemate primo.quod incipit:In Soliloquiis,concluſi filium naturalem poſſe legitimari nō ſolum in burgenſaticis: ſed & in feudalibus:ſiquidem de illis expreſſe ſit actum in legitimatione.Modo quæro abs te,qui ita es gratiſſimus,vt ingratos ſemper,& vbiq́ per legitimos tramites inſequaris,num ob legitimati filii ingratitudinem erga patrem, poſſit eum pater ad primum ſtatum naturalitatis reuocare? VICA. Hercle hic caſus mihi ſemel ex facto incidit in filio magni comitis:& reſpondi,eum poſſe ob ingratitudinem erga patrem ad primum ſtatum naturalitatis reuocari. pro quo adduxi tunc, & nunc etiam adduco ſingu.deci.Bal.in.c.i.§.filii nati in vltimis verbis, ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.quam not.Ludo.Roma.in ſuo ſingu. ccxxvi.cuius eſt initium:Vltimo quæritur.vbi dicit,Habeo conſulere, ſed

neſcio quid faciam. Et hoc dictum Bal. pro aureo commendat, & confirmat Cremen. Notabili. xix. incip. Tu ſcis. & dicit ſe alibi non legiſſe. d. Iaſ. in. l. ex hoc iure. col. x. verſi. ſecundus eff. ctus ff. de iuſti. & iure. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in verbo Ingratitudo filii. & repetit ét in verbo Legitimatio. Et ideo Xenophon in vita Cyri, ſcribit legem apud Perſas editam, qua ingrati a quocunq; de populo accuſati, a prętore puniebantur: quia ingratitudo Deo, patriæq; inuiſa eſt. & confirmatur per caſum ſing. & Aureum in. l. Titius puerum. ff. de obſequiis. vbi ſeruus factus liber propter ingratitudinem reuocatur ad ſeruitutem. dato ét ꝙ pro beneficio patronus pecuniam accepiſſet.

Dialogus. LX. ARNO.

AD conſtitutionem regni, Varietates pœnarum, quæro abs te, qui nũquam aliquem iniuria, ac conuicio affeciſti: ſed bene omnes paſſim honoribus, ac beneficiis proſequeris: & quos non potes ad pacem, & cõcordiam reuocare, piis ſaltem legum fraudibus impellis. Ego iniuria affeci quempiam: & non vult mihi indulgere, num ſit dare remedium per qđ dicta iniuria mihi tacite remittatur? VICA. Reſpõdeo, ꝙ ſic. Nam gratum ſeruitium ſequens facit prǣſumi remiſſionem iniuriæ præcedentis. l. in ipſius. & ibi ad hoc not. Bal. C. fami. herciſ. & ibi Bald. per hoc infert: ꝙ ſi inimici adinuicem faciunt grata beneficia, præſumũtur remiſſæ inimicitiæ: quæ nõ ſolum verbis, ſed etiam factis remitti poſſunt. iuxta Glo. in. §. iniuria inſti. de iniur. Refert, & ſequitur. d. Iaſ. in. l. ex hoc iure. xviii. col. & xix. in. xii. & xix. effectu. ff. de iuſti. & iure.

Dialogus. LXI. ARNO.

AD materiam conſtitutionis, Varietates pœnarum, de qua in præcedenti Dialogo diſſeruimus: quæro abs te, a quo omnes legum nodi abſoluũtur: qua pœna puniatur expilans ab aliquo capillos, barbam, vel crines abſq; tamen ſanguinis effuſione? VICA. Cenſeo, hunc puniendum pœna. x. librarum parti. & xx. librarum fiſco. tex. eſt ſolus in. c. i. §. ſi quis alium, de pace tenen. in vſi. feu. Refert, & ſequitur Roma. in ſuo ſingu. ccccclxiii. cuius eſt initium: Expilans aliquem.

Dialogus. LXII. ARNO.

IN tantum excreuit hodie clericorum malitia, & impudicitia: vt abiecta omni clericali honeſtate: omnes (vt ita dicam) paſſim filios perhibeantur habere. Sed quæro abs te, qui vas es modeſtiæ, caſtitatis, & pudicitiæ: quiq; ſcis optime quid pœnæ in hos ſacri canones induxere: qualiter in hoc per canones ſit proſpectum? VICA. Dico, filios huiuſmodi ſacerdotum ſeruos eſſe illius eccleſiæ, cuius pater ſuus eſt ſacerdos, ſeu clericus. Caſus eſt ſing. xv. q. fi. c. cum multæ ſm Roma. in ſuo ſing. ccccccxx. cuius eſt initium: Dic ꝙ filii.

Dialogus.

Dialogus. LXIII. ARNO.

PLeriq; ſunt caſus,in quibus poſt publicatas atteſtationes,& poſtq̃ illas didicerit pars,adhuc admittatur ad eoſdẽ, vel alios teſtes producendos ſuper nouis articulis dependentibus ex primis: vt plene per Ab.& alios ſcribentes: & maxime per Maria. Sonci. in.c. fraternitatis, de teſti. Quæro nunc abs te,quem arbitror in hoc millies de iure reſpondiſſe,cũ caſus ſit quotidie in iudicio,& in practica verſatilis, num in caſu, in quo poſt publicationem admittitur actor ad producendum teſtes nouos ſup eiſdem articulis,vel directo contrariis ſit etiam permiſſum reo, & ecõtra? VICA. Vera arbitraris,me millies in hoc interrogatum de iure reſpõdiſſe. Et prout tunc reſpondi:ita etiam & nunc reſpondendum cenſeo: vt videlicet ſicut actor admittitur, ita & reus admittendus ſit: & econtra: vt æqualitas ſeruetur iuxta.l.fi.cum ſimil.C.de fructi.& litis expen.Refert,& ſequitur, ac confirmat.d.Iaſ.in ſua celebri repe l. admonendi, in.vii. colũ. in fi.& in.viii.col.in prin.ff.de iure iur.quod abs te reportandum puto ad materiam dicti.c.fraternitatis, & Clem ti.de teſti. & auten. Atqui ſemel, & in corpore vnde ſumitur. C. de proba. & ad materiam conſtitutionis regni,cuius eſt initium:Iuriſperitorum altercationes.

Dialogus. LXIIII. ARNO.

AD materiam capituli regni,cuius eſt initium:Itẽ ſi contingat: quod eſt inſertum inter Ritus magnæ curiæ in.ii.char.Quęro abs te,quẽ arbitror & hanc deciſionem vidiſſe,cum cuncta legum enigmata inſpexeris,num in termin s dicti cap.loquentis etiam de recuſatione iudicis de legati, poſſit princeps committere cauſam, recuſatione remota, ſicut & appellatione ceſſante? VICA. Reſpondeo ꝙ ſic. Et ita alias reſpondi. Et pro hoc adduxi:& nunc etiam adduco.d. Feli in.c.i. in prin. extra de reſcrip.vbi in indiuiduo concludit:ꝙ ſicut princeps poteſt tollere appellationem: ita etiam & recuſationem, per ea quæ ibi in medium adducit, quæ notanda abs te cenſeo ad materiam dicti cap. regni.Itẽ ſi contingat.

Dialogus. LXV. ARNO.

APertiſſimi iuris eſt, vſufructuarium teneri ad cautionem de vtendo arbitrio boni viri,iuxta.l.i.ff.vſufructuarius quemadmo.ca. de quo memini me dixiſſe in Soliloquiis meis, Soliloquio.ii. cuius eſt initium: Titius donauit. Sed quæro abs te, qui pratum es legum floridiſſimum, quanto tempore præſcribatur iuri præſtandi cautionem huiuſmodi? VICA. Reſpondeo, ſpacio xxx. vel. xl. annorum ſm Bal. ſing.in.c. cum non liceat, in.i.col. extra de præſcrip. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Iuri præſtandi cautionem. & in eiſdem memoralibus in ver. legatarius. Quod reponas (ſi ſapis) ad totum titulũ de præſcriptio.& ad conſtitutionem regni,Dotam,& ditam, de præſcri-

ptionibus. & ad aliam conſtitutionem, cuius eſt initium: Quadragenalem, de prorogatione præſcriptionis.

Dialogus. LXVI. ARNO.

CVm malus ſemel, ſemper præſumatur eſſe malus, vt in regula, Semel malus, de regu. iur lib. vi. tractat Bal. in. l. non ignorabit. C. ad exhiben. Quæro abs te, a quo omnes paſſim qui dubitant in legibus quærunt, num regula hæc limitetur? VICA. Dico eam limitari, vt procedat in eodem genere mali: vt qui ſemel furatus eſt, ſemper fur præſumatur. ſecus in diuerſo crimine. ita notab. Bald. in. l. vlti. in vlti. col. ff. de hæred. inſtitu. quem ſequitur ibi Ioan. de Imo. dicens eius verba bene notanda pro limitatione dictæ regulæ, Semel. quæ etiam commendat. d. Alex. conſi. v. cuius eſt initium: In cauſa inquiſitionis, in. ii. col. in prin. lib. i.

Dialogus. LXVII. ARNO.

QVæro abs te, qui verus es legum interpres acutiſſimus, num reſtitutionis in integrũ tempus currat ei, qui probabiliter ignoraret? VICA. Reſpondeo, non currere etiam ſi ſtaret per centum annos. ita ſing. Bal. in. l. penul. circa me. C. ſi ex falſis inſtru. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta. in ſuis memoralibus, in verbo reſtitutionis in integrum tempus. & idem Catellia. in eiſdem memoralibus, in ver. tempus. Quod reportandum abs te cenſeo ad conſtitutionem regni, Obſcuritatem, de reſtitutione mulierum. & conſtitutionem, Beneficium, de reſtitutione reipublicæ. & conſtitutionem, Minorum iura, de reſtitutione minorum.

Dialogus. LXVIII. ARNO.

ITem, quia nunc mihi caſus hic ex facto incidit, quæro abs te, qui doctorum es doctor, & legum præceptor, num doctoratus liberet a patria poteſtate? VICA. Reſpondeo, alias me interrogatum de hoc reſpondiſſe cuidam doctori, qui fuerat meus diſcipulus, & idem nunc reſpondeo tibi: ꝙ non. ita concludit notab. Bal. in. l. ſi maritus. C. de patria poteſ. & poterit tibi inſeruire in caſu, in quo filiusfamilias doctor fuiſſet in iudicio abſq; conſenſu patris, contra tex. in. l. cum oportet. §. neceſſitate. C. de bon. quæ libe. vt irritetur iudicium.

Dialogus. LXIX. ARNO.

SEd ſi filiusfamilias eſſet ſacerdos, quæro abs te, qui legum monarcha vocitaris, num liberetur propterea a patria poteſtate? VICA. Reſpondeo ꝙ non. Nam ſacerdotium non liberat a patria poteſtate, ſm communem opinionem doctorum in. c. indecorum, de ætate, & quali. & firmat Glo. penul. in. c. circumcelliones. xxiii. q. v. per tex. in. c. ſi ſeruus. liiii. d. immo generalius dicit Bal. in. l. ſacroſanctæ. C. de epiſ. & cle-

ꝙ nullus ordo infra epiſcopalem, liberat a patria poteſtate. & ideo ſing. infert: ꝙ ſtatutum diſponens: ꝙ filiuſfamilias non poſſit ſe obligare, comprehendit clericos, quorum pater ſupereſt: præſuppoſito ꝙ ſtatutum poſſit extendi ad clericos priuilegiatiue. iuxta tex.in.c. ſi in adiutorium .x.d.& hoc dictum Bal. pro ſing. reaſſumit And.Sicu. dictus Barbatia in tractatu, quem edidit de præſtantia Cardinalium, in.i.q. primæ partis.in .xviii.col.ad fi.& ſeq.quæ arbitror abs te reportanda ad conſtitutionem regni, Minorum iura, de reſtitutione minorum. de qua ſupra in. lxvii. Dialogo ſermonem habuimus.

Dialogus. LXX. ARNO.

Licet vera ſit concluſio doctorum, a qua nullus doctor, quem viderim, diſcrepat: vt teſtes deponentes ſe vidiſſe aliquid de nocte abſq; lumine, nõ probent. vt plene per.d.Iaſ.in.l.nõ minorem.C.de tranſactio. Attamen quæro abs te, qui noctis tenebras in legibus effugaſti, & eis lucem inieciſti, num teſtis deponens de eo quod eſt factum de nocte, ſi aſſerit ſe cognouiſſe delinquentem per vocem, faciat inditium ad torturam? VICA. Reſpondeo ꝙ ſic.ita ſing.Bal.in.l.ſi non ſpeciali,in primis verbis.C.de teſta. Et pro ſing.& bene not.approbat.d Iaſ.in.l.non minorem,ad fi.C.de tranſac.Quod notabis ad materiam torturæ.

Dialogus. LXXI. ARNO.

Tametſi teſtes produci non poſſint poſteaq̃ quis teſtium atteſtationes didicerit ob ſubornationis timorem,iuxta auten. at qui ſemel .C.de proba.& Clem.ii.de teſti.&.c.fraternitatis eo.titu.in antiquis. & habetur in conſtitutione regni, Iuriſperitorum. & plene diſſeruimus ſupra Dialogo. lxiii. cuius eſt initium: Pleriq; ſunt caſus. Attamen quæro abs te, qui cuncta legum remedia in pectore tenes recondita, num ſit dare remedium, vt non obſtante ꝙ quis didicerit teſtificata,adhuc poſſit teſtes producere? Et non quæro abs te de caſibus, in quibus poſſunt produci: vt quia ſunt articuli noui, dependentes tamen ex primis, & de aliis caſibus adductis per doc.maxime moder. in.d.c. fraternitatis? VICA. Reſpondeo ꝙ ſic.& do tibi ſingulare remedium euitandi dicta iura. Nam debet pars, quæ cupit teſtes examinari, eos notificare iudici, & poſtea ſe abſentare: quia hoc caſu parte abſente, poteſt iudex, in quo ſubornationis timor ceſſat, interrogare illos teſtes ex ſuo officio, ac eorum iura, & depoſitiones recipere: & valebit eorum teſtimonium. ita ſing. Bal. in. l. ampliorem in prin. in vlti. col. verſ. ex prædictis inferas .C. de appel. vbi dicit ꝙ eſt noua concluſio, & mirabile remedium. & pro ſing cautela notat Barthol.Veron.cautela.ccxli. cuius eſt initium:Regulariter.& pro ſing. etiam refert, & ſequitur. d. Alex.in. l.iiii.§.hoc autem iudicium, in.iiii. col.verſ. & ex dictis. ff. de dam. infec. vbi reſpõdet

ad ea quæ ibidem in contrarium adducebat Ludo. Roma. & de hoc di-ſto Bal. meminit etiam' Cepol. cautela. cccxlii. quæ incipit: Dubitari poteſt. & cautela ſeq. & Ludo. Roma. in repet. rub. ff. de arbi. in.xi. col. verſ. Item habes aliam.

Dialogus. LXXII. ARNO.

QVæro abs te, qui annos iam quadraginta indefeſſo animi, & corporis ſtudio, legalem achademiam retinuiſti, & adhuc retines in florētiſſima Salernitana ciuitate: ſi inuictiſſimus dominus Carolus quintus Romanorum Imperator concederet, ꝙ ſtudium Salernitanum ſit per omnia æquatum ſtudio Parthenopeo: & poſt talem adæquationem priuilegiorum, ſint conceſſa noua priuilegia ſtudio Parthenopeo, num talia priuilegia pertinebunt ad ſtudium Salernitanum? VICA. Reſpondeo, equidem pertinere: quia iſtud per omnia non ſolum reſpicit modum: ſed etiam tempus. ita ſing. decidit Bal. in.l. omnia. C. de epiſ. & cle. & hanc deciſionem Bald. pro ſing. refert, & ſequitur. d. Iaſ. in.l. i. in primo notab. per illum tex. ff. de lega primo.

Dialogus. LXXIII. ARNO.

AD materiam conſtitutionis regni, Inſtrumentorum robur, quæro abs te, qui fluuius es legum indeficiens, num Tabellio debeat ſcribere pecuniam numeratam, licet ſit in eius præſentia conſtituta, niſi vere fecerit eam numerare ſe præſente? VICA. Reſpondeo, Tabellionem hoc non debere ſcribere, niſi vere fuerit numerata: alias punitur de falſo. ita ſing. Bal. in rub. C. de fide inſtru. in. iiii. col. in prin. vbi dicit ſecus eſſe ſi diceret mutuatam: quia præſentia eſt pro ipſa mutuatione ſm eum. Quod dictum alibi ſe non legiſſe teſtatur. d. Iaſ. in.l. ſingularia, col. penul. in prin. ff. ſi cer. peta. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in ver. notarius in inſtrumento. Quod abs te reportandum cenſeo ad dictam conſtitutionem, Inſtrumentorum robur.

Dialogus. LXXIIII. ARNO.

QVidam monaſterium ingrediens, fecit ſibi pactum, q; poſſet diſponere de parte bonorum ad hoc ſolum, vt de eis poſſet teſtari, vel contrahere. Quæro abs te, qui omnes legum vias perſcrutatus es, num poſſit ſibi reſeruare poteſtatem diſponendi de parte bonorum, vt poſſit de eis teſtari, vel contrahere? Videtur prima fronte, ꝙ non. & ꝙ hoc repugnat regulæ per. c. cum ad monaſterium, circa fi. de ſta. monacho. cum ſimil. Tu tamen quid ſentis? VICA. Sentio, ingredientem huiuſmodi monaſterium poſſe ſibi hanc poteſtatē reſeruare: neq; hoc repugnat regulæ: quia ſit permittente abbate. ita ſing. Bal. in.c. in præſentia, col. penul. verſ. ſed pone, extra de proba. Et pro ſing. refert, & declarat. d. Iaſ. in auten. ingreſſi, in penul. col. verſ. ii. prædictam. C. de ſacro

ſan.eccle Non obſtat.c.cum ad monaſterium cum ſimil. quia procedit quando vult ſibi reſeruare dominium aliquarum rerum:quia tunc repugnat regulę:non autem quando reſeruat ſibi poteſtatem diſponendi:quia tunc non repugnat per ſupradicta. Et hæc ſunt ſumme notanda.

Dialogus. LXXV. ARNO.

PAter meus interfecit Sempronium,a quo ego poſtea ſum inſtitutus hæres.Quæro abs te,qui cunctos angulos legalis Labirynthi perquiſiuiſti,num ego antequam adeam hæreditatem teſtatoris , tenear patrem occiſorem accuſare: & facere φ puniatur toto titu.ff.&.C.ad.S.C.Syl? VICA. Dico φ non.Nam mihi parcendum eſt ob paternam reuerentiam.ita ſingu.decidit Alber.de Roſa.poſt pileum in rubrica.C.de his quibus vt indig.& eſt ſingu.limitatio ad totum illum titulum ſm:d.Iaſ. in.l.i.in.ii.col.in primo nota.C.de his quib.vt indig. Refert & ſequitur Catellia.Cotta in ſuis memoralibus in ver.filius patrem.

Dialogus. LXXVI. ARNO.

TItius pacto nudo,& ſine alia ſtipulatione,fideiuſſit pro Meuio: conuenitur Titius , vt fideiuſſor. Conuentus dicit ſe non obligari pacto nudo,ſed requirebatur ſtipulatio. Quæro abs te, qui tot mihi legum anfractus amputaſti , num bene dicat? VICA. Reſpondeo,eum bene dicere : quandoquidem fideiuſſor pacto nudo non obligetur ; ſed requiritur ſtipulatio.l. blanditus cum ſimilib. C.de fideiuſſo . & rationem aſſignat Ioan.Fab.in rubrica inſti.de fideiuſſo. verſi. & aduerte hic. Quam pro ſing.cõmẽdat.& tenet.d.Iaſ.in.l.lecta,in vlti.col.ff.ſi cer.peta.

Dialogus. LXXVII. ARNO.

AD conſtitutionem regni,Conſtitutionem diuæ Memoriæ,de prohibita feudi,& rerum feudalium alientione.Quæro abs te,qui non ſolum leges,ſed & legum rationes perſcrutaris?quæ eſt ratio,quare vaſallus non poſſit feudum alienare ſine conſenſu domini:vt habetur in dicta conſtitutione:& in aliis iuribus feudorum non parum multis. vt in.c.ii. de feudis.& in.c.imperialem de prohibita feu.alie.per Fede. & in.c.i. de prohibi.feud.alie.per Lotha. & in.c.quæ in eccleſiarum,extra de conſtitu. & tamen poſſit infeudare alteri.vt conſuluit eleganter diſtinguendo Bal. in conſil.xvi. cuius eſt initium:Facti euidentia in primo lib? VICA. Inuenio,φ Bald.idem ſingu.in.d.c.quæ in eccleſiarum,in.iiii. col. verſi. ſed quare permittitur,dicebat talem poſſe aſſignari rationem: quia ad vendẽdum propter dulcedinem pecuniæ homines ſunt faciliores , φ̃ ad donandum.Et hanc rationem alibi ſe non legiſſe teſtatur.d.Iaſ.in.c.i. in princi. in.ix.col.verſi.nota ex tota,qui feud. dare poſſ. Quæ tamen ratio licet ſit perſuaſiua,non tamen neceſſario concludit ſm eum , & poſſet ſubuerti. Nota tamen dictam rationem propter authoritatem Bal.quæ magna eſt.

Dialogus. LXXVIII. ARNO.

COncluſimus in præcedenti Dialogo, vaſallum ſine conſenſu domi ni poſſe infeudare alteri. Sed quęro abs te, qui ita feudorũ ſeculariũ vſus percalles, vt tamen eccleſiaſticorum feudorum naturam non ignores, num vaſallus eccleſiæ poſſit alteri infeudare ſine conſenſu prælati? VICA. Dico ꝙ non. & hoc fauore eccleſiæ. ita ſingu. Bal. in. c. i. §. præterea circa prin. de capitulis Corra. & pro ſingu. refert. d. Iaſ. vbi tamen dubitat de veritate in. c. i. in prin. in penul. col. verſi. Tertio limita. qui feu. dar. poſſ. Nota tamen deciſionem Bal. propter eius authoritatem.

Dialogus. LXXIX. ARNO.

QVæro abs te, qui non ſolum iuris communis feudorum regulas inueſtigas: ſed & regni etiam obſeruas, & inueſtigas conſtitutiones, & capitula, num Barones, vel feuda tenentes, priuentur feudo ob contumaciam præſtationis ſeruitii? VICA. Tametſi non defuerint, qui teneant eos ob dictam cõtumaciam præſtationis ſeruitii priuari feudo, vel eorum parte. Attamen horum rigoroſa opinio in regno conquieuit, & ab aula receſſit: vt proſpectum eſt hodie per capitulum regni, cuius eſt initium: Robertus Dei gratia &c. Nolumus tuam latere notitiam, ſub rubrica ꝙ Barones, vel feuda tenentes &c. Per quod quidem capitulum ob contumaciam præſtationis ſeruitii non priuatur nec feudo, nec eius parte.

Dialogus. LXXX. ARNO.

ITtem quæro abs te nunc: quoniam (teſte Lactantio) nullus animæ ſuauior cibus, q̃ cognitio veritatis, quam tu mihi in legibus oſtendere potes, qui omnes legum vias pręuidiſti, num filius, viuo etiam patre, feudum poſſidere intelligatur? VICA. Dico ꝙ ſic. Et ideo ſine alia inueſtitura continuatur in eum poſſeſſio. ita ſingu. dicit Bal. in. l. cum antiquioribus, col. vi. verſi. decimo ſic. C. de iure delibe. Et eſt magna, & ſingu. limitatio ad. l. cũ hæredes in prin. ff. de acqui. poſ. ſm. d. Iaſ. in. l. quoties. in. vii. col. verſi. nota etiam perpetuo. C. de rei vendica. vbi dicit ꝙ non reperies eam ab aliquo ponderatam. & propterea non firmat hanc deciſionem Bald. etiam pro ſingu. citat. d. Iaſ. in. l. ſi ſorori ad fi. C. de iure delibe. Refert, & ſequitur, & aliis non parum multis confirmat Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in verbo feudum viuo etiam patre &c. Et per prædicta eſt factum capitulum regni, cuius eſt initium: Ex pręſumptuoſæ rapacitatis impulſu, citatum per aliud capitulum regni, cuius eſt initium: Carolus illuſtris &c. Dudum claræ memoriæ &c. ſub rubrica quod feudatarius decedens &c. per quod diſponitur, ꝙ decedente aliquo cum prole legitima, ad ſucceſſionem eius aperto iure, claro ꝗ vocatur.

Dialogus. LXXXI. ARNO.

IMperator conceſſit feudum duobus fratribus: quorum alter deceſſit ſi-

ne filiis maſculis.Quęro abs te,qui eo magis legum caſus inquiris,quo maioris eſſe cernuntur importantię,num feudum huiuſmodi reuertatur ad concedentem?Quod prima fronte videtur.Nam feudi noui, & fraterni natura eſt,vt vno decedente ſine filiis maſculis feudum reuertatur ad concedentem.tex.eſt in.c.i.in prin.de fratrib.de nouo bene. inueſti. cum ſimil.Tu autem dicas quid ſentis? VICA. Sentio,huiuſmodi feudum non reuerti ad concedentem:ſed in eo habere locum ius accreſcendi, cũ ſit conceſſum ab Imperatore, & non ab inferiore.ita ſingu.not.Bald.in.l. i.§.in primo,col.penul.verſi. vnum ſcias.C.de cadu. tol.cuius verba pro ſolemnibus citat.d.Alex.conſi.xxx.cuius eſt initium:Quoniam omne da tum.in.iii.colũ.verſic.ii.Dato.lib.i.& in conſi.ii.lib.v. vbi idem conſilium repetitum inuenies.

Dialogus. LXXXII. ARNO.

PApa ſcribit alicui exequutori:ꝙ informaret ſe an Titius commiſiſſet tale delictum.& hoc cognito,& vero reperto,conferat eius beneficium impetranti: quamuis delictum non eſſet tale,vt Titius priuari deberet.Quæro abs te,quem de huiuſmodi caſu,ſicut de omnibus aliis, vt Apollinem Delphicum conſultum,ſcio te de iure reſpondiſſe: tametſi qd reſponderis non reminiſcar,num obſtet exceptio,ꝙ delictum de ſui natura non eſt tale:vt per illud inducatur priuatio? VICA. Reſpondeo, induci priuationem cõſtabit ſi quidem tale delictum fuiſſe commiſſum: tametſi illud non inducat de ſui natura priuationem. ita ſingu. conſuluit Ancha.in ſuo conſi.ccxciii.cuius eſt initium:Vltra alia ſolemniter allegata:ꝙ ſui &c.Nam Papa videtur declarare:ꝙ per tale delictum poſſit priuari:ſ[illegible]quis illud non exigat priuationem alias de iure.Et hoc notabis:quia q uoti die ex facto incidit.

Dialogus. LXXXIII. ARNO.

QVæro abs te,qui cum in feudalibus ſemper conſulueris, feudorum ſupellectilis reſolutiſſima,& fertiliſſima nuncuparis: quod dicatur feudum ligium? VICA. Reſpondeo,quod ab imperatore conceditur, vel rege pręſtita fidelitate abſolute:& nullius alterius fide conſeruata. ita declarat Glo.ſingu.in Cle.paſtoralis.§.rurſus.in verbo homoq; ligius,de ſenten.& re iudica.Quod alibi in iure ſcriptum non reperiſſe dicit Bal.in .l.i.§.i.col.pen.verſ.Siquis inueſtitus.C.de caduc.tol.& pro ſingu.citat. d. Alexan.conſi.xxx.cuius eſt initium:Quoniam omne datum.in.i.col. verſ. iiii.lib.i.Refert,& ſequit̃ Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Feudum ligium.Et propterea ſcio te alias conſuluiſſe in fauorem Illuſtriſſ.& reuerendiſſimi domini Archiepiſcopi Compſani:ꝙ non poterat impetiri a rege de crimine perduellionis:etiam ſi illud commiſiſſet:licet in veritate non commiſiſſet,cum ipſe non eſſet homo ligius regis, ſed ſummi

pontificis:cui iurauerat ſm formam.C.Ego.N.extra de iureiur. & propterea non potuiſſet committere in regem crimen perduellionis, cum nemo poſſit eſſe homo ligius duorum.iuxta ea quæ in illo ampliſſimo conſilio tuo adduxeras in medium.quod quidem conſilium tuum fuit tranſmiſſum Neapolim, ad illuſtriſſimum dominum Fabricium Ieſualdum Compſanorum comitem ſanctiſſimum: & per eum oſtenſum doctoribus Parthenopeis: qui erant magni legum vertices. & ſignanter magnifico domino Gaſpari de Leo. qui illud ſummis laudibus extulit vſq; ad aſtra.Et dictum conſilium tua propria dextra conſcriptum retinuerut per præfatum illuſtriſſimum dominum comitem.

Dialogus. LXXXIIII. ARNO.

CVm hodie in regno non poſſit procedi ex officio,niſi in certis caſibus,iuxta cap.regni,cuius eſt initium:Robertus &c Si temporum alternata conditio &c.quo caſu requiritur fama tanquam neceſſarium præambulum ad inquiſitionem,iuxta ea quæ late tractat Bar.in.l.de minore .§.plurimum,in.i.&.ii.col.ff.de queſtio.etiam ſi eſſet verbum,ꝙ libere poſſet procedi. iuxta ſing.deciſio.Bal.in.c.i.per illum text.extra de offi. ordi. Quæro nūc abs te,qui quod in legibus eſt,nihil ignor:s,num ſi princeps mandaret, ꝙ cōtra talem iudex inquireret,ſit neceſſe hoc caſu ꝙ cōſtet de fama? VICA. Dico ꝙ non:quia principis conſciētia ſupplet defectum cuiuſlibet ſolemnitatis. ita ſingu. Bald.poſt Inno. per eum relatum in.l. nullus.C.ad.l.Iul.maieſt.Quod dictum multum extollunt Ludo. Roma. & alii doc.quos obmitto quia referuntur per d.Feli.in.c.i.in. v.col. verſi. priuilegium continens.extra de reſcript. vbi limitat procedere quando princeps reſcripſit motu proprio: ſecus ſi ad partis inſtantiam. per Glo. ſing.in.c.ii.in ver.fuerat.de accuſa.lib.vi.Quam pro ſingu.ad hoc not.Auguſt.de Arimi.in ſua paraphraſi ad Ange.in tractatu, quem de maleficiis edidit,in verbo fama publica præcedente,in i.col.vbi dicit,ꝙ hoc dictum Bald.ſimpliciter intellectum facit multos errare,vnde conſulendo dicebat.d.Alexan.in conſi.clxxx.cuius eſt initium:In cauſa angelorum,in vltī. colū.verſi.non obſtat prædictis in.ii.lib.ꝙ Inno.& Bald. ſupra relati loquuntur,quando princeps affirmat ad ſuam notitiam deueniſſe: ꝙ talis deliquit.Immo plus refert Ioan.An.dicere in.c.cum oporteat, de accuſa. requiri, ꝙ princeps aſſertiue dicat ſibi conſtare,alias non videtur remittere ꝙ nō debeāt recipi teſtes ſup ifamia. Et hoc nota ad dictū cap. regni.

Dialogus. LXXXV. ARNO.

SVpra in Dialogo.lxxxiii.ſermonem habuimus de feudo ligio, nunc quæro abs te,qui naturam,& diuiſiones feudorum curioſius inſpexiſti, an in feudo ligio multi iudices eſſe poſſint. Quod videtur prima fronte. Nam ordinarii ſunt pares curiæ: Tu tamen in caſu propoſito quid ſentis?

VICA.

VICA. Sentio, in feudo ligio ſolum principem poſſe cognoſcere: quia ſolus poteſt inſtituere: & inſtitutum deſtituere, ita ſing. tradit Bal. in. c. cęterum, in. iii. col. verſi. quæro an ſupraſcripta, extra de iudiciis. Quod dictum eſt ſing. ſm. d. Iaſ. in prçludiis feudorum. in. xxxii. col. verſi. quartus effectus. vbi multa de iſta materia ponit in. vii. diuiſione feudorum.

Dialogus. LXXXVI. ARNO.

Diximus ſupra in Dialogo. lxxxiiii. requiri famam ad inquiſitionem, tanq̃ neceſſarium prçambulum, iuxta ea quæ ibi diximus. Proinde ſi concurrunt duæ famæ contrariæ: quæro abs te, qui es legum vates ſacratiſſimus, an per ſecundam bonam derogetur priori: & propterea ab inquiſitione debeat deſiſti? VICA. Bal. ſing. in. l. is poteſt, verſ. ex prædictis. ff. de acqui. hæred. decidit: q per ſecundam famam non vitietur inquiſitio quæ per formationem iam ſtatum accepit: ſed q ex priori fama non poterit deueniri ad tormenta. Quæ verba ſunt bene notanda ſm eum. Et hoc dictum pro ſing. commendat Aretinus in maleficiis, in verbo fama publica præcedente, in prima col. Licet alibi Bal. indiſtincte dicat bonam famam poſteriorem priori derogare, conſi. lxxix. cuius eſt initium: Proponitur q ex quodam, in vlt. lib. & latius conſi. cccel. incip. Quæritur in. i. col. in. iii. lib. & Corne. nullam de prædictis mentionem faciens, cõſi. cxcviii. cuius eſt initium: Viſa inquiſitione, in. v. col. ad fi. lib. ii.

Dialogus. LXXXVII. ARNO.

Tametſi ſupra in. lxix. Dialogo concluſerimus, per epiſcopalem dignitatem liberari filium a patria poteſtate, per ea, quæ ibi adducta ſunt: quæro tamen abs te, qui cunctas legum offendiculas abſterxiſti, nũ hoc ſit verum etiam quando patria poteſtas eſt fauorabilis filio, etiam in dignitate conſtituto? VICA. Dico q non: quia quo ad illa non liberat. ita ſing. limitat magiſter legiſtarum Bar. in. l. item in poteſtate, in fi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. inducendo ad. q. vt ibi per eum, cuius verba pro ſingul. commendat. d. Iaſ. in. l. patre furioſo. col. penul. verſ. intellige tamen eo. titu. Et dicit diligenter notanda. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in ver. Epiſcopalis dignitas: vbi prædicta confirmat aliis non parum multis.

Dialogus. LXXXVIII. ARNO.

Quidam debebat mihi trecentos aureos, quos tamen denegabat mihi. At ego vt inducerem illum ad confitendum, pollicitus ſum illi, vt ſolueret in tribus annis: puta ex trecentis debitis, ſolueret cẽtum quolibet anno. & debitor iureiurando firmauit ſeruare promiſſa. Poſtea contingit, q debitor in primo anno non ſoluit illa centum: quæro abs te, qui cunctos legum tramites expurgaſti, quid tibi videtur? VICA. Videtur mihi, q dictus debitor tanq̃ periurus poteſt ſtatim cogi vt inte-

ſtam ſummam ſoluat, non expectato triennio, ita notab. tenuit Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in tractatu ſuo tranſactionum, in.xv.q. quod eſt bene notandum ſm Catellia. Cottam in ſuis memoralibus, in ver. Emphiteota priuati. vbi dicit vidiſſe practicari ſuperiori anno a viro conſumatiſſimo domino Martino Pagano inter Mediolanenſes procuratores primario: cuius cliens dederat ſub fide vni mercatori magnam ſummam pecuniæ. & cum creditor timeret ne mercator abnegaret mutuum, conſuluit illi, vt bonis verbis daret operam: ꝙ dummodo eſſet cautus per inſtrumentũ iuratum cõſtitueret debitori omne tẽpus annuum ſolutioni. Et propterea creditor breuiori tẽpore pecuniã exegit, ꝙ̃ putabat.

Dialogus. LXXXIX. ARNO.

ACquiſiui feudum pro me, & meis filiis. Quæro nunc abs te, qui es verus, & conſumatiſſimus legum antiſtes, qui veniant in feudis filiorum appellatione? VICA. Veniunt omnes deſcendentes vſq; in infinitum. ita ſing. Bal. in. c. quæ in eccleſiarum, in penul. col. verſ. ſed pone conceſſum, extra de conſti. Quod pro ſing. multum commendat. d. Iaſ. in. l. ii. col. lxv. in. vi. q. C. de iure emphi. Quæ abs te reportanda cenſeo ad conſtitutionem regni, In aliquibus, de ſucceſſione filiorum comitum, vel baronum. & ad conſtitutionem, Vt de ſucceſſionibus, de ſucceſſione nobilium in feudis.

Dialogus. XC. ARNO.

FRater habebat feudum cum hominibus, & vaſſallis commune cum alio fratre: vult vendere partem ſuam extraneo ad æmulationem ſui fratris. Quæro abs te, qui es legum tuba ſonora, & admirabilis, num poſſit? Videtur enim prima fronte dicendum, ꝙ ſic, cum tamen de re ſua quis poſſit diſponere pro ſuo arbitrio. l. in re mãdata. C. mãda. Ad re tamẽ quid ſentis? accedo. VICA. Sentio, eum non poſſe. ita ſing. decidit Bal. in. l. i. ad fi. C. qui teſta. fa. poſ. vbi dicit hoc eſſe ſpecialiſſimum in iuriſditione. & hoc dictum Bal. pro ſing. refert, & ſequitur. d. Iaſ. in. l. ii. C. ne fiſcus, vel reſpub. & in. d. l. i. in vlt. q. vbi tamen eum reſtringit ad vnum caſum tantum: ſed eum ſimpliciter refert, & ſequitur idem. d. Iaſ. in. l. ex hoc iure in. i. col. verſ. tertio facit. ff. de iuſti. & iur. poſt. d. Alex. in. l. opus nouum, in ſua paraphraſi ad Bar. ff. de operibus publ. & d. Feli. in. c. cum acceſſiſſent, col. vlt. verſ. ii. Limita extra de conſtitu.

Dialogus. XCI. ARNO.

FVerunt electi arbitri vel voluntarii, vel ex forma regiæ nouellæ pragmaticæ, Odia litium. Sunt effecti inimici alterius partis. Quapropter pars illa eos recuſauit: & nolebat coram eis ſtare. Agitur contra eam per alteram partem ad pœnam in compromiſſo taxatam. Quæro abs te, qui es ſubtilitatum princeps, quid iuris? VICA. Dico, obſta-

re exceptionem doli aduerſus dictam petitionem. caſus eſt in.l. non di‑ſtinguemus.§.cum quidam.ff. de arbi.quod intelligitur verum: ſi illa ſu‑ſpitio,ſiue inimicitię proceſſerunt abſq; culpa partis:quia ſi eius culpa non euitaret pœnam.ita limitat illum tex.Bar. ibi.

Dialogus. XCII. ARNO.

QVidam timens ne contra ius ponatur ad torturam,appellauit: quæ appellatio debet admitti: nec debet expectari, ꝙ per ſuperiorem fiat inhibitio iudici: cum mora periculoſa videatur, vt ſing. dicit Bal.in rubrica.C.commi.vel epiſt.Quod dictum pro valde ſing. commendat.d. Iaſ.in.l.i.col.xix. circa finem.ff.de offi. eius cui man. eſt iuriſd. & reaſſu‑mit in.l.de pupillo.§. ſiquis riuos, ante fi.ff.de noui ope. nun. vbi dicit notandum ad limitationem regulæ, quæ habet, ꝙ iudex a cuius interlo cutoria, vel grauamine eſt appellatum, poteſt procedere non citato am‑plius appellante.c.vlt.de dolo, & contuma.lib.vi.tradunt Bar.& ſcriben‑tes in l. qui Romæ.§. Seya.ff.de verbo.obliga. Sed iudex non obſtante huiuſmodi appellatione interpoſita à futura tortura, volebat ad illam procedere. Proinde quæro abs te, qui legum es tonitruum audientium aures obtundens ſonoriſſimum, num poſſit iudici impune de facto re‑ſiſti? VICA. Dico ꝙ ſic, cum periculum ſit in mora.ita ſing. decidit Ang.in.l. addictos.C. de appella. Quod dictum dicit ſing. notandum Barthol.Veron.pro differenda executione condemnati per remedium ap pellationis in Cautela.vi.cuius eſt initiũ:Potes adhibere. Et hoc reportan dum abs te cenſeo ad materiam capituli regni, cuius eſt initium: Si iuſte quis appellauerit a tormentis, ſub rub ꝙ recipiatur appellatio a tormẽtis.

Dialogus. XCIII. ARNO.

ARbitris voluntariis, vel neceſſariis: puta electis ex forma regiæ no uellæ pragmaticæ, eſt inter cætera a partibus conceſſum, vt poſſint protogare compromiſſum abſentibus partibus, & ignorantibus. Qui arbitri prorogauerunt: ſed poſteaq̃ prorogatio facta eſt, non fuit parti‑bus notificata. Quæro proinde abs te, qui legum es torrens, ita in hye‑me exundans, vt tamen in æſtate nunq̃ deficiat, ac areat: quid iuris in caſu propoſito? VICA. Dico,non poſſe dici efficaciter prorogaſſe,niſi ſaltem poſteaq̃ prorogatio facta eſt, partibus notificetur. ita ſing. Bal. in .l.eos.§. Apoſtolos, in.ii.col.verſ.quæro nunquid iudex.C.de appella.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe. Quod eſt bene notandum ſm Feli. in.c.i.in pe‑nul.col.verſ.quarto nota,extra de conſtitu.Refert,& ſequitur,& aliis non parum multis authoritatibus confirmat Catellia.Cotta in ſuis memorali bus, in ver. Arbiter, cui data eſt poteſtas. Et hæc ſunt notanda ad di‑ctam regiam nouellam pragmaticam.

Dialogus. XCIIII. ARNO.

QVæro abs te, qui legum es fulgur ex legali ſapientia egrediens velociſſimus, num mortuo patre,ſi infanti moueatur quæſtio de ſtatu, debeat talis quæſtio differri, & interim mitti in poſſeſſionem feudorum per Carbonianum edictum: & eodem modo mulier ventris nomine? VICA. Dico ꝙ ſic.ita ſingul.tenuit Bal. etiam in bonis feudalibus,in.c.i.col.iiii.verſ.quæro nunquid an agnatus, vel filius. Et hoc dictum Bal.ſequitur.d. Alex.in.l.i.ad fi.C. de Carbo.edic. & pro ſing.d.Iaſ. in præludiis feudorum,col.xiii.verſ. An autem vaſſallus. & in rub.C. de Carbo.edic.in vltimis verbis.refert,& ſequitur.Catellia. Cotta in ſuis memoralibus,in ver. Bonorum poſſeſſio Carboniana. vbi dicit eſſe memoria dignum pro extenſione illorum titulorum: ſcilicet.ff.&.C.de Carbo. edic.& de ventre in poſſeſſionem mittendo.

Dialogus. XCV. ARNO.

FIliusfamilias ex iuſta cauſa, puta aliqua neceſſitate ductus, accepit mutuo pecuniam.Conuentus ad ſolutionem pecuniæ, opponit exceptionem Macedoniani toto titu.ff.&. C. ad Macedonianum. Quæro igitur abs te, qui ita in vtraꝗ es cenſura doctiſſimus, vt nullus ſuperſit conſcientiæ caſus: quem non inſpexeris ſæpiuſcule, num peccet opponendo dictam exceptionem? VICA. Dico ꝙ ſic.ita ſing.Inno. in.c.an tepe.circa fi.extra de immuni.eccle.Quod pro ſing.commendat.d.Alex. in.l.i.in prin.ff. ad Maced. in addi. &.d.Iaſ.in.l.qui exceptionem,in prin. ſuper Glo. de condi. inde.& in.l.ſi filiusfamilias, circa prin.ff.ſi cer.peta. Quod reportandum cenſeo ad.c.omnis vtriuſꝗ ſexus, & totum illum titulum de pœniten.& remiſ.

Dialogus. XCVI. ARNO.

SAepiuſcule ſolet iſte caſus occurrere, vt in iudicio ſoleat quiſpiam opponere exceptionem, q̃uis iuſtam, & canonicam. Tamen iudex cognoſcit eam opponi calumnioſe, & animo differendi. Quæro abs te, qui malitiis hominũ ſoles legum fulminibus,ac tonitruis occurrere,num poſſit iudex illam non admittere, q̃uis iuſtam, & canonicam? VICA. Dico ꝙ ſic. Dictum eſt notab. Inno.in.c.poſt electionem de conceſ. præb. quod approbat.d. Ab. in.c. ex parte. ii. in .ii. not. &.c. ſuper eo, circa fi. de offi. deleg. cum ſimil. late traditis per Decium, in.c.licet cauſam, in.vi.not. vbi etiam.d.Feli.in.iiii.not. de proba. & per Barba. in ſuo conſi.i.col.i.lib .ii. vbi refert fuiſſe dictum originale Goffredi relatum per.Io. An.vt ibi latius per eum refert, & ſequitur Catellia.Cotta in ſuis memoralibus,in ver.Exceptio dominii.

Dialogus. XCVII. ARNO.

EST conceſſum feudum mihi pro me,& ſucceſſoribus meis quibuſcunque.Quæro abs te,qui ita es in feudorum vſibus reſolutus, vt inue-

ſtituratum clauſulas præ cæteris agnoſcas, num tranſeat etiam ad legatarios, qui impropriè hæredes appellantur? VICA. Dico ꝙ ſic. ita ſingula. Bald. in. c. imperialem, in princip. in penult. colũ. verſic. deinde vides, ꝙ vaſallus, in titu. de prohibi. feudo alienan. per Fede. cuius deciſionem pro ſingu. citat. d. Iaſ. in. l. cum filioſami. colũ. xiii. verſ. Succeſſiue in quantum. Bar. de lega. i. & in præludiis feudorum. colũ. xiii. verſi. an autem feuda &c. vbi tenet, ꝙ vigore iſtius dictionis feudum tranſit etiam ad fideicommiſſarium: quia non retinet propriam naturam feudi: etiam quo ad extraneos hæredes: vt etiam per eundem in. l. quædam. §. nihil in tereſt. in. ii. not. ff. de eden. & late Barba. in repe. l. cum acutiſſimi. colũ. lxx. verſi. & ex iſtis ſequitur concluſio. C. de fideicommiſ. Refert, & ſequitur Catellia. Cotta in ſuis memoralibus, in ver. Feudum conceſſum mihi. & in eiſdem memoralibus, in verbo Quibuſcunq;.

Dialogus. XCVIII. ARNO.

CErti iuris eſt, patrem non teneri aliquo iure ſoluere pro filio. Quæro tamen abs te, qui quærentes abs te paſſim in cunctis legum caſibus reſoluis, num ſaltem poterit cogi ſoluere de legitima filii? VICA. Bald. eleganter ex facto, cum incidiſſet, conſuluit ꝙ non: quia viuente patre filius non habet legitimam, in conſ. cclvii. cuius eſt initium: Quæritur vtrum filioſamil. in. iii. lib. vbi idem dicit de bonis, quæ filio debentur ex dote matris præmortuæ: quia donec viuit pater, vſuſfructus pertinet ad genitorem, vt per eum. Et hoc poteris reportare ad cõſtitutionem regni, Grandis vtilitas. & ad conſtitutionem, Foriudicatorum bona.

Dialogus. XCIX. ARNO.

SEd quid ſi pater tenetur ex forma ſtatuti ſoluere pro filio. Quæro abs te, qui cunctos legum caſus quærens inueniſti, quomodo conſiderabitur legitima, ex quo poteſt augeri, & minui? VICA. Bal. notab. in. l. quamq̃ circa fi. C. ad. l. falc. tenet ꝙ inſpici debeat tempus delicti. & ſequit͛ Com. conſi. i. quod incip. Circa primũ, col. vii. verſi. pro quo facit, lib. vlti.

Dialogus. C. ARNO.

PRo complemento iſtius operis, quæro abs te, qui in pontificio, & cæſareo iure annos iam quadraginta publice legis, & in eo cunctis de iure reſpondes, num a ſententia lata ſuper decimis ſoluendis poſſit appellari? quid ſentis tu in hoc caſu, qui decimis faues, & eccleſiarum es defenſor acerrimus? VICA. Sentio intrepide, ab huiuſmodi ſententia non poſſe quempiam appellare. Nam a ſententia lata ſuper debito fiſcali, non poteſt appellari. vt in. l. abſtinendum. C. quorum appell. non recip. idem ſecundum Bald in ſententia lata ſuper decimis. quia non poterit a tali ſententia lata ſuper decimis appellari: quia æquiperantur iuri fiſcal. ii. q. vi. ſi epiſcopi. Refert, & ſequitur. d. Lanfran. in ſua repe

æ. quoniam contra, in verbo interloquutiones, & appellationes, in. vi. char. in. i. colú. in. iii. fallen. extra de probatio.

Hic Deo Opt. Max. authore ſupraſcripti Dialogi centenario numero concluſi, ac per viginti fere dies abſoluti, optatum finem aſſequuntur.

COMMENTARII EX DIVINO, ET HVMANO IV'RE EXCERPTI: ET IN REGNO SATIS

Accommodati, per dominum Ioannem de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ di/uini, & humani iuris laureatum bo nis auibus initium ſumunt.

M. D. XXXV.

AD AMPLISSIMVM IOANNEM NICOlaum Vicarium Salernitanum patricium diuini, ac humani iuriſconſultiſſ. Ioannes de Amono de ſancto Angelo Faſanellæ, inter eiuſdem iuris doctores perexiguus. S. S.

CVm ſuperioribus diebus, vir ampliſſi. Dialogos centum ex iureconſul. imperatorum, & pontificum monumentis compoſuerim: tibiq; illos merito, & iure quodam optimo dicauerim: ne vitam, veluti pecora (vt inquit Salluſtius) ſilentio tranſirem: quæ natura prona, atq; ventri obedientia finxit: tametſi parum otii ſuperfuerit mihi ob multiplices curas: & reipub. occupationes, ducentos tamen poſtea Commẽtarios confeci ex diuino, & humano iure excerptos. Opus certe meis humeris impar: nam (ſi Hieronymo credendum ſit ad Marcellinum ſcribenti) non librorum multitudine: ſed potius ſecuritate, & otio ſtudioſo dictantes indigẽt. Et illuſtris Venuſinus poeta inquit: Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent, Quid valeant humeri. Quæ quidem ſententiæ ne dicam me inter quoſcunq; alios ſcribentes minimum: ſed & veteranum quemlibet ordinis noſtri militem & terrere, & ab hoc periculoſiſſimo ſcribendi munere retrahere, ac penitus diuertere merito debuiſſent. Sed tui in capite meo vis, atq; (vt aiunt) poteſtas inuitum me, & reluctantem ad hoc induxit. Quod enim iuſſit, voluitq; tanti viri authoritas, illi aduerſari, aut vlteriori diſputatione reſiſtere nefas duxi. Sed cum quærendus mihi fuerit aliquis, ſub cuius nomine tute poſſent Commẽtarii ipſi in publicum prodire: inter tot huius florentiſſimi ſeculi viros, tu ſolus occurris, qui tantæ rei ſatis, ſuperq; viſus ſis: ideo iure optimo Commentarios tibi noſtros dicauimus. Quos quidem qualeſcunq; ſint, ſuſcipias tibi fato deditos ampliſſ. legum Antiſtes: ſed tamen maturius q̃ ego voluiſſem, & res ipſa poſtulet, quos tamen tibi reformandos ſubmitto. Nam quid poteſt Vrſa, quæ informem fœtum edidit, niſi dare operam Diis bene iuuantibus reformare? Vir quidem es eloquentiſſimus, ac rariſſimus tam in iure pontificio, q̃ cæſareo. Miro enim quodam ordine cuncta digeris: aliorum opiniones concinne, & elegãter referes: difficultates adeo dilucidas, vt potius facilitates q̃ difficultates tua ſcripta, & dicta, quæ peculiari quodam nomine conſiderationes nuncupantur legentibus, & audientibus videri poſſunt. Contraria non (vt aiunt) ferro viam apenẽs: ſed facili quodam, & ingenioſo modo ſoluis. Diſſentientium opiniones ita in vnam ſæpe ſententiam

ſententiam tua ingenii dexteritate reducis: vt diſcrepare inter ſe minime videantur. Diſtinctiones, ſubdiuiſionesq; adeo naturali, & iuridico modo facis: vt nullum contrarium illis inſpectis reperiri in iure luce meridiana clarius oſtendas. Siqua autem in re ingenii exercendi, aut oſtendendi gratia vtranq; partem affirmandam ſumis: quod quidem ſæpe facis: ita diſtincte: ita commode: ac docte facis, & diſputas, vt vtranq; opinionem ſæpenumero veriſſimam eſſe, nemo eſt qui exiſtimare non poſſit. Accedit enim q veridicus es: & a furto alieni laboris penitus abhorrens: quo vitio plurimi noſtra hac tempeſtate laborarunt. Canonicam itaq;, ac ciuilem ſapientiam adeo calles: vt facile cum quocunq; noſtri temporis iureconſulto de laude certare poſſis. His igitur motus, & aliis, quæ me tibi obſtrictum faciunt, hos noſtros Commentarios dicandos, & reformandos tibi cenſuimus: qui vti doctrina, ſapientia, grauitate, ac prudentia cæteros antecellis iuris doctores: ita munificentia, ac liberalitate, & in pauperes in primis pietate, & commiſeratione nemini cedis. Quid dicam de modeſtia? de religione? integritate? ac cæteris vel maximis animi tui dotibus: quibus adeo ſplendes: vt inter alios noſtri ordinis viros, vti Sol inter ſidera coruſcans, refulgeas? Nouit Fernandus Aragoneus Sanſeuerinius Salernitanorum princeps illuſtriſs. Nouit & in primis Robertus eius pater: qui annis ab hinc viginti quinq; in fata conceſſit: quanta ſit ſapientia tua: quorum auſpiciis Salernitanam vrbem bonarum artium alumnam q̃plurimis annis adeo ſapienter, prudenterq; rexiſti, vt tranquilliorem ſtatum Salernitanos nunq̃ habuiſſe, q̃ te profecto omnes ad vnum publice prædicent. Nouit & Salernitana academia cæterarum omnium noſtræ ætatis florentiſſima, q̃ eam reddideris toto terrarum orbe celeberrimam illam cum magno ſtudentium concurſu, regens annis ab hinc quadraginta indefeſſo & corporis, & animi ſtudio. Nouerunt & omnes quanti propterea ſis faciundus. Quæ autem ſit generis tui Vicariorum nobilitas: quotque præclara geſſeris, quantumue vt literatiſſimus es, literatis faueas viris: q̃ munificus, miſericors, liberaliſq; exiſtas dicere ſi velim, volumine & quidem grandi, non epiſtola, ac oratore conſumatiſſimo, dicendiq; peritiſſimo opus foret. Ea propter potius deſiſtere, q̃ impar meis humeris onus aſſumere ſtatui. Suſcipe igitur ſacratiſs. legũ antiſtes Commẽtarios hos, quos tibi offero: dedicoq;. Illis enim ſępenumero delectaberis ſcio: dum animum a magnis negotiis totius Salernitanę reipublicę gubernandæ: Salernitanęq; academię regendę aliquantulum abduxeris: ac dãtem eos ingenti caritate tua, qua ſemper ipſum amplexus es, dilige: qui ſeſe tuæ dignationi humillime commendat. Ex ſancto Angelo Faſanellæ Cal. Iunii. M. D. XXXIIII.

Ioan. de Ar.

COMMENTARII EX DIVINO, ET HVMANO IVre excerpti, & in regno ſatis accommodati per dominum Ioannem de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ bonis auibus initium ſumunt.

Ioannis Arnonii ad lectorem præfatio.



COmmentarii dicuntur libri, in quibus res non late, neq; diffuſe: ſed ſub quodam compendio verbo⁊, & quaſi per capita explicantur: vt de Commentariis Numæ apud Liuium libro primo. Et ideo Cicero in Bruto: Non eſt (inquit) oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis Commentarium paulo plenius. Seneca Declā. iii. Sine Commentario nunq̃ dixit Seuerus Caſſius: nec hoc Commentario contentus erat, in quo nudę res ponuntur. Modeſt. quoq; noſter in. l. abeſſe, ſecundum veram lectionem, titu. quibus ex cau. maio. Ad ærarium (inquit) delati, aut in Commentarium principis relati ſunt. Cœlius ad Ciceronem ſcribens, Epiſtolarum familia. lib. viii. Commentarium rerum vrbanarum primum dedi. Hac ratione Cæſaris Commentarios vocamus: quaſi in illis ſcribendæ hiſtoriæ materiam per compendioſa capita nobis reliquerit. In alia ſignificatione magis nota Commentaria etiam interpretum dicuntur: vt Seruii, Donati, & aliorum.

Commentarius primus.

AD materiam conſtitutionis regni, cuius eſt initium: Terminum vitæ hominis, quæro abs te; num commater poſſit accuſare occiſorem ſui compatris? Dubitari deſiuit, quia affinitas ſpiritualis maior eſt q̃ carnalis copula ſm Glo. in. c. qui dormierit, in Glo. prima. xxvii. q. ii. ita ſingulariter decidit Bal. in. l. i. col. xii. verſi. ſed an commater. C. qui accuſa. non poſ. vbi dicit de hoc non inueniri caſum legis, vel decretalis; quem ipſe ſciat. Et hoc dictum Bal. pro ſing. refert, & ſequitur d. Iaſ. in. l. apertiſſimi, in ſecunda col. verſ. ſexta cauſa. C. de iudi. & in. l. generaliter, in prima col. ff. de in ius vocan. licet vtrobiq; mendoſe alleget in titu. C. vnde vi. Et eſt memoria dignum ſm. d. Catellia. Cotta in ſuis memorialibus, in dictione commater. vbi eadem in compatre dictum putat. Et idem arbitratur ibi in filiocio: pro quo adducit ſing. dictum Bald. in auten. niſi rogati, in vlti. col. verſi. ſed tunc ego. C. ad trebel. vbi decidit: q᷑ ſicut filio adoptiuo debētur alimenta, ita aũt filio ſpirituali in ſubſidium.

Commentarius. II.

TAmetſi ex forma regiæ nouellæ pragmaticæ, Odia litium, exce-

no.d.Feli. in.c. ꝙ olim in fi. ibi fall.iii.extra de Iudæ. vbi concludit ꝙ ſi ob pœnam ab vno iudice impoſitam delictum remaneret inſufficienter punitũ,alius iudex competens poteſt de nouo cognoſcere,& aliter puni-re. & ita dicit probari in.c.felicis prope fin.de pœn. in.vi. quod dicit multum nota.d.Ab.in.c.tuæ,in vlti.col.de procu.& Pet.de Ancha.in repe.regulæ ea quæ in.ix.q. de regu. iur.lib.vi. & in repe.c.conqueſtus ,de foro compe.& dixit Feli. in.c.de his de accu. Manda memoriæ, quando eris iudex , vel aſſeſſor.

Commentarius. XVIII.

VOlo te repoſiturum hoc perpetuo ad conſtitutionem regni, Minorum iura, de reſtitutione minorum. Cum litigares , vel litigare velles cum minore : quia ab eo petebas, vel petere volebas centum: puta ex cauſa mutui.Tutor,vel curator minoris quæſiuit tractatum concordię, vel tranſactionis , & deduxit te quoad potuit ad minorem ſummam, in qua veriſimiliter potuiſſet cõdemnari:quo peracto,minor dixit:ego nolo ſtare huiuſmodi concordiæ , ſiue tranſactioni, dicens te nimium petere. Minor deinde ſuccubuit in cauſa , & fuit tibi condemnatus ad integram centum.Si petat ſe reſtitui in integrum vſq; ad illam ſummam,in qua fueras contentus: puta ſeptuaginta:debet ipſe minor audiri : quia cum fuerit læſus non ſtando dictæ tranſactioni,vel concordiæ:poteſt merito petere ſe reſtitui.vt eſt tex.notab.in.l.ſi ex cauſa.§. nunc videndum.ff. de mino.& ibi hoc ſentit Bar.& etiam Bal.clarius refert, & ſequitur Barthola. Veroñ.in Cautela ſua,cuius eſt initium:Quando aliquis litigat. vbi dicit hoc eſſe ſing.not.pro aduocato minoris. & ibi etiam conſulit tibi,ne venias ad aliquem tractatum concordiæ cum minore,niſi certus ſis eum nõ contrauenturum dictæ tranſactioni, vel concordiæ.Nota ergo,& repone hoc(vt dixi)ppetuo ad dictá cõſtitutioné minorꝝ iura:q̃a poterit tibi mirũ in modũ inſeruire,cũ caſus ex facto inciderit tam ꝑ minore,q̃ contra.

Commentarius. XIX.

TV ſcis prohibitam eſſe bonorum eccleſiaſticorum alienationem,vt extra de reb.eccle.non alie.per totum.& in.c.ſine exceptione.xii.q.ii.Sed quæro abs te,ſi teſtator legauit centum eccleſiæ , vt inde fundum emat,an intelligatur prohibere ne eum poſſit venderet Dicas ꝙ ſic.ita probat tex.ſing.in.l. Titio centum in prin . ff. de condi. & demon.per quem tex.ita ſing.determinat Bal.in.l.vlti.verſ.ſed pone.C.de pac.inter emp. & ven.ſequitur,& commendat.d. Alex in.l.filiusfami.§.diui,in.iiii. col.ff.de lega.i.vbi dicit,ꝙ qui neſciret,diceret contrarium.Et hoc not. pro extenſione,& ampliatione totius titu.extra de reb.eccle.non alie. vt nõ ſolum ſit prohibita alienatio bonorum , quæ ſunt in dominio eccleſiæ ab antiquo:ſed etiam eorum,quæ ſunt empta ex pecunia legata eccleſię,vt eman

tur. Et not. etiam hoc pro extenſione Extrauagantis Pauli Pontificis Maximi, cuius eſt initium: Ambitioſę cupiditati, ſub rubrica de reb. eccle. nõ alie. quæ vulgo ſolet hodie Paulina nuncupari.

Commentarius. XX.

DIxi in.iii. Cautela mea, cuius eſt initium: Interfeciſti Sempronium: vt ſi interfeciſti, vel vulneraſti Sempronium procures modis omnibus, vt habeas ab eo anteq̃ moriatur exculpationẽ, de qua habeas teſteſ: quia poſtea non poteris torqueri quantumcunq; extent contra te inditia: quia talis exculpatio habet inditium innocentiæ. & allegabam quod ita ſing. dicit Bal. in. l. i in vlti. col. C. cõmu. de lega. all. l. Paulus. §. i. ff. de bon. liber. & hoc dictum ſequitur Iaco. de Pra. in. l. tranſigere circa fi. C. de tranſac. quibus adde nunc q; illud dictum Bal. pro ſing. citat. d. Alexan. conſi. xxiiii. cuius eſt initium: Animaduerſis his, col. vi. verſ. fortifico. lib. ii. & in. l. i. §. i. in addi. ff. ad Syllan. Et eſt memoria dignũ, & ſing. pro defenſione amici ſm. d. Iaſ in. l. dedit, in prin. col. vlti. verſ. capio vltimum. ff. qui ſatiſda. cog. & in. d. l. i. C. commu. de lega in vltimis verbis.

Commentarius. XXI.

VElim etiam te non pigeat & hoc reponere ad conſtitutionẽ regni, Minorum iura, de qua ſupra. in. xviii. Commentario ſermonem habuimus: q; decretum continens aliquam donationem, vel repudiationẽ, vel alienationem rei, etiam mobilis minoris cauſa non cognita, nõ valet. ita eleganter Bal. & Salic. in. l. i. C. ſi aduerſ. dona. Quod eſt perpetua memoria dignum ſm Ang. Are. in. §. tripli. col. iii. verſ. Aduertas tamen inſti. de actio. & d. Feli. in. c. eccleſia ſanctę Mariæ. col. ix. verſ. xi. extra de cõſti. Quinimmo ſi eſſet adhibita cauſæ cognitio: & non plene, ſed perfunctorie, adhuc non valeret. ita eleganter concludit Bal. in. l. quęcunq;, in. ii. col. C. de bonis quæ lib. & ſeqtur in pulchra. q. Corneus cõſi. xcviii. cuius eſt initiũ: Videt prima facie, in prima col. verſ. Secũdo videtur lib. i. Refert, & ſeqr Catel. Cotta in ſuis memoralibus, in dictione, Decretũ cõtinens.

Commentarius. XXII.

EMiſti fundum a Titio, cum quo tamen pepigiſti de reuendendo infra ſex annos. ita tamen q; infra tres primos annos non tenereris reuẽdere. Et ſi ſecus ageret Titius, quia forte conueniret te ad reuendendũ, ſtipulatus es ab eo centum nomine pœnæ. Proinde quęro abs te, num iſte contractus præſumatur contractus vſurarius? Tu diceres prima fronte q; non. Et q; iſte cõtractus ſit permiſſus, vt probari videtur. C. de pactis inter emptor. & vendito. per totum. In cõtrarium eſt veritas propter iſtam pœnam inſolitam appoſitam per id, quod tenet Glo. ſing. in. l. cum allegas. C. de vſu. vbi dixit, q; ſi in contractu celebrato per vſurarium, apponatur pœna inſolita: licet aliter non appareat de vſuraria prauitate: præſumitur

tamen contractus vſurarius:in tantum ꝙ non admittitur probatio in cõtrarium.Quam Glo.ad hoc pro ſing.refert And.Sic. vbi late proſequitur in repetitione,rub.extra de fide inſtru.in.xxxiii.col. verſ.Sed an poſſit. Et in pulchra.q.conſuluit Bal.conſ.cxiiii.cuius initium eſt:Secũdum ea quę in.iii.lib.Et hoc repone ad conſtitutionem,Vſurariorum.

Commentarius. XXIII.

NOta hoc ad regiam nouellã pragmaticam,Quinta die. Emiſti fundum a Titio minus iuſto pretio:Titius facit tibi vnam poſitionem: an ſis vir bonus.Et ſi confiteberis hoc,quod veriſimiliter non negabis,teneberis ad iuſtum pretium.Quęro tamen abs te:an procedat iſta poſitio, & tenearis ei reſpondere?Io.de Ana.in.c.in ciuitate, col.viii.extra de vſu. dicit ꝙ ſic,dicens apud Ferrariam conſuluiſſe.Hoc tamen videtur reprobare Feli.in.c.fi.de præſump.col.iiii.quia continet talis poſitio turpitudinem,juxta not.per Glo. & doc.in.l.qui iuraſſe.§.ſi pater,de iureiur.Sed reſponderi poteſt prout reſpondit Decius in.l.ſemper,in contractibus.ff.de regu.iur.num.x.ꝙ iſta non videtur turpitudo,ex quo iura permittunt.ar.l.Gracchus.C.de adul.vbi tamen dicit videri,ꝙ alia ratione non tenearis reſpondere,quia illa poſitio captioſa videtur,ideo illi non eſt reſpondendum.vt per Glo.in.c.ii.in verbo rationabili,de confeſ.lib.vi.

Commentarius. XXIIII.

IN multis criminibus,exceptis vt in ſodomia,& in blaſphemia,prohibita eſt hodie repulſa teſtium propter immanitatem ſceleris, niſi ex capite inimicitiarum capitalium,vt probatur in .c.per tuas,extra de ſimo. Sed quæro abs te , num poſſint adhuc reprobari ipſi teſtes , etiam ſi ſimus in dictis criminibus exceptis,quando reprobatio inſurgit ex contrarietate ipſorum teſtium? Dicas ꝙ ſic.ita not. Domi. de ſan.Gemi. in.c.ii. §.fi.col.fi.de teſti.in.vi.all.Glo. quę hoc dicit.iiii.q.iii.in.c. ſiquis teſtib9, in verbo arguere.& dicit Ang.in conſi.clxxxvii.cuius eſt initiũ: Hic punctus prima frõte,circa fi.ꝙ legiſlator,nec Deus ipſe poteſt actum repugnãtem in eſſe producere.all.l. vbi repugnantia.ff. de regu iur. vbi hoc etiam refert , & ſequitur Decius nu.iii. &.iiii.Et hoc te non pigeat reponere ad pragmaticas regias,de blaſphemia,& ſodomia loquentes. & ad alia iura prohibẽtia in exceptis criminibus reprobationem teſtium , vti ſcis: quia intelligi debent niſi reprobentur teſtes ex capitalibus inimicitiis , vel ex contrarietate ipſorum teſtium, per ſupradicta , quæ ſunt memoria digna in actu practico. Et ego alias ex facto conſului, & obtinui:licet cum maxima difficultate propter iudicum petulantiam, & imperitiam, leges, & pragmaticas ruditer, & ad corticem tantum intelligentium.

Commentarius. XXV.

REponas hoc(ſi ſapis)tu qui vis eſſe iudex maleficiorum, vel aſſeſſor

ad.c. regni,Tormentis. & ad aliud capitulum, Item ſi iuſte quis, ſub ru bri.ꝙ admittatur appellatio a tormentis: ꝙ quando plures fuerunt in rixa,& vulnerarunt,vel interfecerunt vnum, & neſcitur quis ipſorum vulnerauerit,vel occiderit, nemo poterit puniri pœna mortis, ſi mortuus fuerit per conſtitutionem,Terminum vitæ,vel mutilationis manus, ſi ex percuſſione ipſa minime moriatur,per conſtitutionem. Siquis aliquem, ſub rub.de percuſſio.illicita cum armis, vt late dixit.d.Hippol. de Marſil.in.l. prima,in prin.in.xvi.limitatione.ff.ad.l.Cornel.de ſica. Attamen hoc caſu poterit iudex deuenire ad torturam contra illum ex omnibus qui fuerunt in rixa,qui alias alteri intulit vulnus,non obſtante incertitudine delinquẽtis:quia qui ſemel malus &c.ita ſing.dixit Salice.in.l.fi. in vlti.col. verſ.quæro an ſufficiat.C.de quæſtio.quod etiam voluit Gandi.in tractatu,quem de maleficiis edidit,ſub rubrica de præſumptio. & inditiis indubitatis,in penul.verſ.Et idem dixit Guido de Suza.in tractatu ſuo de tormentis,in.iiii.col.verſ. quæ & qualia inditia &c.circa fi. De quo latius per Hip.in ſuo ſing.ccxvii.incip. Ter, vel quater. & in.d.l.i.§.diuus, in penul. col.ff.ad.l.Cor de ſica.& in.l.i.§.fi. in vlti. col. verſ. & in hoc paſſu ff.de quæſtio. Quibus accedant quæ oportune adduxi in Singularibus meis, Sing.lxiiii.cuius eſt initium:Tu habes.vbi oſtendi quantum noceat delinquenti conſuetudo peccandi,inferens ad conſtitutionem regni, Siquis aliquem,ſuperius all.Et ad conſtitutionem,Aſperitatẽ, de pœna eius,qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

Commentarius. XXVI.

PRo ornamento regiæ nouellæ pragmaticę,cuius eſt initium:Teſtem falſum,de qua alibi ſępe meminimus:quęro abs te:Si clericus(vt multoties vidi)deponit falſum coram iudice ſeculari,num poſſit ab eo de falſo puniri? Tu diceres prima fronte ꝙ ſic, per.l.nullum.C.de teſti. vbi Gloſſ.parum mirabiliter dicit:ꝙ ſi clericus deponat falſum coram iudice ſeculari,poterit puniri ab ipſo iudice.In cõtrarium eſt veritas, & illa Glo. male locuta eſt ſecundum canoniſ. præſertim Panbor.in.c. verum, extra de foro compe.Mouetur,quia ſub generalitate.d.l.nullum, non cõprehẽduntur clerici.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,extra de conſti.Refert, & ſequitur .d.Iacobi.de ſancto Georgio in.l.ii.in.ii.col.verſ.Sed remanet hic vna dubitatio.ff.de iuriſdi.om.iud.dicens ſe reperiſſe etiam Ang. in ſua pulchra repeti.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.x.in.vi.char. ſui Commenti, damnantem illam Gloſſ.d.l.nullum.Reponas ergo hoc ad dictam regiam pragmaticam: quia alias mihi ex facto incidit corã quodam ineptiſſimo iudice volente punire quendam ſacerdotem deponentem coram eo quodam quęſito colore,ꝙ falſum commiſiſſet.Et vix per prædicta potui eum eripere a ſuis manibus.

V

Commentarius. XXVII.

TV ſcis, ꝙ nuntius non poteſt quempiam citare, niſi habeat licentiã, & commiſſionem a iudice. ita Bal. & alii in. l. fi. per illum tex. C. de exhib. reis, late canoni. in, c. i. de iudi. Pone ꝙ nũtius ſemel citauit aliquẽ, & nulliter, num poterit denuo citare ſine aliqua cõmiſſione? Dicas ꝙ ſic. vide plene per Iaſ. in. l. qui per ſalutem, in vlti. col. ad fi. ff. de iureiur. & hoc reponas omnino ad conſtitutionem regni, Edictorum, de literis citatoriis. & ad conſtitutionem, Citationis literæ, de aſſignatione literarum citatoriarum. & ad. d. c. i. de iudi.

Commentarius. XXVIII.

REgia nouella pragmatica, Quinta die, vult vt principales perſonæ reſpondeant ſuper poſitionibus hincinde. Propterea quæro abs te, num procuratores, vel defenſores cogãtur iurare ſuper poſitionibus, etiã ſi ſciant veritatem? Dicas ꝙ non. cum aduerſarius poſſit cogere principalem. l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de iureiur. Si vero neſciunt veritatem, tanto minus coguntur iurare ne procurator, vel defenſor cogatur anceps ſubire periurium. ita concludit Iaſ. in. l. iuſiurãdum, & ad pecunias §. defenſor, ad fi. ff. de iureiur. Quod notandum abs te cenſeo ad dictam regiam pragmaticam.

Commentarius. XXIX.

FVit condemnatus Titius ad vltimum ſupplicium ob patratum ſcelus homicidii, per conſtitutionem, Terminum vitæ hominis, de homicidiis puniendis, vel ad membri mutilationem ob illatum vulnus, per conſtitutionem, Siquis aliquem de percuſſio. illicita cum armis. Fuit appellatum ab iſta ſententia vel per condemnatum, vel alium pro eo: puta procuratorem, vel amicos, vel conſanguineos, iuxta. l. non tantum. ff. de appel. Iudex non obſtante huiuſmodi appellatione, volebat exequi ſententiam, quæ non eſt amplius reiterabilis, vel retractabilis. Quæro an licitum ſit ei de facto reſiſtere, & impune impedire talem exequutionem? Dicas ꝙ ſic. quia per appellationem ſublata eſt iuriſditio iudicis a quo. ita ſingu. Inno. in. c. ſi quando, in Glo. ſua. in ver. Tranſactione, extra de offi. deleg. Quod dictum refert apud legiſtas: & illud ſequitur: & illud reputat notabile Bald. in. l. addictos. C. de epiſ. audi. Et ibi vide alia pulchra per eum. & videas Ange. Areti. in. §. pœnales, inſti. de actio. dicentem multa ad illud dictum Inno. Adde Bald. in. l. ab exequutione. C. quorum appella. non reci. & Ange. in. l. ii. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & quod not. Bal. in. l. vt vim in prin. ii. col. ff. de iuſti. & iur. & in. l. facultas. per illũ tex. C. de iure fiſ. lib. x. & d. Feli. in. c. ſi quando, circa prin. de offi. deleg. & plene per Paridem in ſuo tractatu, quem de ſindicatu edidit, in. v. Reſiſtẽtia. & hæc non tradas obliuioni: quia quotidie ex facto poſſunt incidere. &

addo Iaſ.in.d.§.Pœnales,in.xxiii.col.ad fi.

Commentarius. XXX.

CVm hodie in regno omnes cauſæ ſint ſummariæ (vt ſcis) per.c.de teſtantes.& per regiam nouellam pragmaticã,Primam in ordine,cuius eſt initium:Diſpendia litium, correlarie tibi infero,non eſſe ſportulas exigendas.Pro quo adduco tibi Bal.in auten.generaliter,in.i.colũ. C.de epiſ.& cle.vbi dicit ꝙ in cauſis miſerabilium perſonarum iudices de iure non debent habere ſportulas,ſiue ſalarium.§.ne autem in auten. de iudi. & idem dicit eſſe in cauſis ſummariis:quia ſunt magis fauorabiles, & celerius expediuntur.Pro quibus duobus dictis.d.Iaſ.qui hæc refert, & ſequitur in.§.tripli.in penul.col.ad fin.inſti.de actio. dat caſum expreſſum in.§.ſit tibi quoq; tertium ſtudium.in auten.de manda.princi. & ibi etiã Glo.in ver.gratis. Accedat pro iſtis pauperibus quod ſingu: voluit Roma.in.l.ſi vero.§.de viro,in fallentia propter paupertatem ff.ſolu.ma.vbi vult ꝙ quando Tabellio conficit inſtrumentum de aliquo actu,vel cõtractu pauperis,de iure nihil debet ab eo recipere nomine ſalarii. motus per tex,in.l.tam dementis in fi.cum Glo.C.de epiſ. audi. extendendo rationem in illo tex.expreſſam,vt ibi per eum.Et exclamat Iaſ.vbi ſupra. O vtinam bene obſeruarent hæc dicta iſti impii Procuratores, Tabelliones, & Aduocati:qui ſunt excoriatores pauperum.quos Bar.in repe.l.Omnes populi, in.v.q.principali.ff.de iuſti.& iure,appellat congruentiſſimo vocabulo Canes curiarum,& deuoratores ciuium.

Commentarius. XXXI.

NOta hunc caſum perpetuo tu qui es iudex eccleſiaſticus. Nam ſolet ſæpiuſcule ex facto incidere. Nam maritus diuertit ab vxore ſua: & e contra quandoq; vxor a marito non ſubſiſtente legitima cauſa. Proinde quæro abs te,num poſſit maritus compelli per eccleſiam, vt redeat ad vxorem? Dicas ꝙ ſic.& non ſolum per cenſuram eccleſiaſticam, ſed pure redire compellitur vxor,vel maritus,vt in vnum redeant. Nam cum iſta obligatio deſcendat ex lege diuina,& humana,poteſt quis præciſe compelli ad factum,iuxta not.per Bar.in.l.ſtipulationes non diuidunt.ff.de verbo.oblig.ita Ab.in.c.i.in vlti.not.verſ.Item poteſt notari,extra de ſpõſa.

Commentarius. XXXII.

DIctat conſtitutio regni,In aliquibus, de ſucceſſio.filio.comi.vel baronum:ꝙ extantibus maſculis,filia fœmina non ſuccedat,ſed maritetur de paragio,vt barbaris eius verbis vtar.Huius conſtitutionis diſpoſitione præſuppoſita: pater qui habebat filios maſculos, & vnam fœminam,in vita ſua tradidit illam nuptui per verba tantum de futuro:& in facta conceſſit pater nullo alio ſibi condito teſtamento.Quæro abs te,in terminis dictæ conſtitutionis,nũ ſuccedat? Abb.ſingu.in rubrica de ſponſa.

ad fi. ibi per prædicta dicit hæc verba. Dicit ſtatutum: Mulier maritata nō admittatur ad ſucceſſionem patris cum fratribus. Quidam deceſſit relictis filiis maſculis,& filia deſponſata per verba de futuro: quæritur nunquid iſta debeat excludi a ſucceſſione paterna?& dicendum ꝙ non: quia ex quo agitur de odio appellatione maritatæ, non venit ſponſa: ſecus ſi ageretur de fauore.pro hoc bonus tex.in.l.non ſine.C.de bo. quæ lib. & ibi per Ci.& alios.& vide bonam Glo.inſti.de nup.§.ſed ſi vxor.&.xxvii. q.ii.in prin.ſecus ſi diceretur de filia dotata: ꝙ non ſuccederet: quia ineſt doti.Hæc Ab.Quæ pro ſingu.refert,& ſequitur. d. Feli.in.d.rubrica,in.i. col.ad fi.Quæ dicit eſſe notan.Et addit tex.optimum in.l.ii.§.fi.ibi licet nullū matrimoniū ſit,iuncta Glo.i.ff.de priuile.cre.cū aliis nō parū multis adductis per eū. Nota ergo ad materiam dictę ꝯſtitutiōis,In aliqbus.

Commentarius. XXXIII.

AD materiam præcedentis Commentarii facio tibi hanc illationem ex nota.per.d.Anto.& Ioan.de Ana.in.c.i.de adulte.ꝙ corrumpens ſponſam alterius de futuro,incurrit pœnam,de qua in.d.c.i.tantum,& nō adulterii: quia non dicitur corrupiſſe nuptam. Sed ſi corrumpit ſponſam de pręſenti,punitur de adulterio,& non pœna illius tex.iuxta.l.ſi vxor.ff. de adult,.Et hæc notanda abs te cenſeo ad intelligentiam conſtitutionis regni,Maieſtati noſtræ,de adulte.coercendis.

Commentarius. XXXIIII.

QVæro abs te,quis dicatur teſtis omni exceptione maior?Reſpōdeat Gloſella parua in verbo maiores in.c.i.extra de conſangui.& affin. quæ dicit illos dici omni exceptione maiores, qui nulla exceptione legitima repelli poſſunt.& vide etiam Glo.inſti.de inuti.ſtipul.§.item verborum obligatio.quæ dicit illum teſtem dici idoneum: qui nulla exceptione repelli poteſt.Quod.d.Panhor.in.d.c.i.in ii.notab.dicit eſſe notā. pro ſtatutis ſæpe requirentibus iſtas qualitates.Et tu nota pro capitulo regni, cuius eſt initium: Ludouicus,& Ioāna &c.ſub rubrica,Litera regis,& reginæ contra vſurarios.vbi tex.loquitur de tribus teſtibus fidedignis ad cōuincēdū vſurarios: vt intelligatur de illis,q nulla exceptione repelli pñt.

Commentarius. XXXV.

VElim te non ignorare hoc in materia delegationis. Proinde quæro abs te,quibus prælatis eccleſiaſticis competat cognitio cauſarū matrimonialium?Dicas ꝙ de ſtilo curiæ Romanę competit ſolis epiſcopis:adeo ꝙ reſcriptum impetratum in talibus ad inferiores ſubreptitium præſumitur.ita ſingu.not.Spec.in titu.de reſcrip.præſen.§.ratione autem formę.verſi.nunc ad inſtruc.ſm.d.Feli.in rubrica de ſponſa.in xv.priuilegio cauſæ matrimonialis.Et vide Panhor.in.c.i.de conſan.& affi. in vlti. col.vbi dicit ꝙ de iure communi ſolus epiſcopus habet poteſtatem iudi-

candi de cauſa matrimoniali ſm Hoſti.quem alle. ibi:quia cum ſit cauſa grauis ad eum eſt perferenda.xxv.d.c.perlectis.Sed ibi Par.hor.alle.tex.expreſſum:quem dicit non eſſe alibi in c.accedentibus, de exceſ. prela. vbi dicitur ꝙ dignitatis epiſcopalis eſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus.& ſic nullus prælatus citra epiſcopum poteſt de iure communi hoc attemptare:niſi iuuetur iure ſpeciali:puta quia ſm me haberet iuriſdictionem quaſi epiſcopalẽ: vt eſt abbas patriæ meæ:qui citra ea quę ſunt ordinis epicopalis, vt conſecrare eccleſias,conficere ſanctum chriſma, promouere ad ordines ſacros,& alia id genus,habet omnem poteſtatem, quam habet epiſcopus.iuxta notabilẽ Glo.in ver.proprii,i.Cle.i.de reb.ecc.non alie.Vel ſi haberet hoc ex priuilegio,vel conſuetudine, vel ſtatuto: quia tunc poſſet etiam prælatus citra epiſcopum cognoſcere.

Commentarius. XXXVI.

IN quantum ſupra in.xxxi.Commentario,cuius eſt initium:Nota hunc caſum,concluſimus coniugem poſſe præciſe compelli,vt in vnum redeant.Nam cum iſta obligatio deſcendat ex.l.diuina,& humana, poteſt quis pręciſe compelli ad factum: nec ſufficit pręſtare intereſſe. iuxta not.per Bar.& alios in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.oblig. Adde in hoc,& in illo Commentario omnino.d.Ab.in.c.literas ad fi. de reſtitu.ſpolia.vbi refert d.Card.conſuluiſſe:ꝙ ſi alter coniux nõ poteſt induci,vt redeat ad alterum:poteſt iudex eccleſiaſticus implorare brachium ſeculare,vt compellatur de facto redire. Et aſſignat in effectu rationem, de qua ſupra refert,& ſequitur Feli.in.c.i.in.v.col.de ſpoſa. vbi ſubdit:ꝙ ſi contrarium diceremus,de facili ſolueretur matrimonium:quia mulier, vel vir paterentur excommunicationem potius,ꝗ redire.

Commentarius. XXXVII.

VOlo ꝙ omnino aduertas ad vnum,quod ex facto ſolet quotidie occurrere:et in quo video paſſim omnes ꝓcuratores,cauſidicos,aduocatos,& iudices grauiter aberrare.Eſt appellatum ab interlocutoria, & petiti apoſtoli,vt communiter fit:iudex nihil reſpondit:ſed credẽs eius manus non eſſe ligatas ante literas inhibitoriales iudicis ad quem, proceſſit ad multos actus contra iſtum appellantem. Quæro abs te, num proceſſus huiuſmodi valeat,& teneat?Tu diceres ꝙ ſic.nam per appellationem interpoſitam ab interloquutoria non ligantur manus iudicis a quo.per.c.ii. de dolo,& contuma.lib.vi.In cõtrarium eſt veritas in caſu noſtro,in quo fuerũt petiti apoſtoli per tex.in.c.ab eo,qui appellat.§.illud autem, de appel.lib.vi.vbi dicitur ꝙ ſi iudex requiſitus nõ tradet apoſtolos, & poſtea procedit, ꝓceſſus eſt nullus,niſi renuntiatũ fuiſſet appellationi. Nec obſtat.d.c.ii.quia ibi non fuerunt petiti apoſtoli.ita fuit deciſum per prædicta in capell.Tholoſa.in deciſio.ſua.ccccxxii. cuius eſt initium: Item fuit

appelatum

appellatum. & non loquor de appellatione interpoſita ab interloquuto-ria inferente preiudicium irreparabile in obtentu a diffinitiua: quia tunc ſtatim ſunt ligatę manus iudicis, vt in tortura, propter doctri. Bal. in rub. C. commi. vel epiſ. Sed loquor de qualibet interloquutoria inferēte prę iudicium reparabile in obtentu a diffinitiua: quia ſi fuerunt petiti apoſto li, ſtatim ſunt ligatę manus iudicis a quo in tantum, vt proceſſus per eum poſtea factus ſit nullus, per prędictum. §. illud autem. Cum autem hodie in qualibet appellatione interpoſita ab interloquutoria mos ſit vbiq;, vt petantur etiam apoſtoli, ſequitur ꝙ proceſſus poſtea factus non valeat. Manda memoriæ: quia (vt dixi) omnes cauſidici, & iudices paſſim ve-hementer errant in hoc.

Commentarius. XXXVIII.

QVæro abs te ad materiam conſtitutionis regni, Inſtrumentorum robur, ſi aliquis negetur Tabellio, cui incumbat onus probandi. Andre. de Iſer. ibi diſputat ad ſi. & videtur aperte concludere ꝙ dicenti il-lum eſſe Tabellionem, quia nemo naſcitur Tabellio. Et ita concludit etiā capel. Tholoſa. vt patet in conclu. ſua. cccxxx. cuius eſt initium: Item ſi ali-quis. vbi all. Spec. in titu. de inſtru. edi. §. reſtat videre, verſ. & ſcias. x. col. & verſ. illud autem notan. xviii. col.

Commentarius. XXXIX.

AD materiam conſtitutionis regni, cuius eſt initium: Violentias ſub-iectorum. & conſtitutionis, Circa violentiarum. Quæro abs te, num in interdicto reſtitutorio vnde vi, locus, & tempus ſint de ſubſtantia li-belli? Dicas ꝙ ſic. l. i. §. hoc interdictum. & §. rectiſſime ff. de vi, & vi arma. videtur tenere Spec. titu. de teſti. ſpolia. §. i. vbi format poſitiones actoris. idē Roffre. ſup titu. de reſtit. ſpo. in ſuis libellis. & Bar. in d. l. i. §. ſiue aūt. & §. rectiſſime. idē Ange. Are. inſti. de actio. §. quadrupli. xiiii. col. Io. Petr. de Ferra. in titu. de for. libel. in cauſa ſpoliatę poſſeſſiōis. in Glo. ſuper ver. Ingreſſus. iſta eſt concluſio capel. Tholoſa. vt patet in cōcluſione ſua. cccx. cuius eſt initium: Item fuit quæſitum. & ibi eſt optima paraphraſis, immo mauis additio: quæ ponit quod tempus debet inſeri in libello. Et dicit ꝙ non de neceſſitate tempus, in quo aduerſarius tuus fuerit ingreſſus poſ ſeſſionem: quia ſæpenumero poſſes errare: quia ignoras tu, vel teſtes mē-ſem deiectionis, ſiue ingreſſus, maxime quando fuiſti abſens, & in tui ab-ſentia ingreſſus eſt fundum tuum. Sed debes apponere tempus quo acce dens de nouo ad fundum tuum non fuiſti admiſſus. vel apponas tēpus, quo tu ſciuiſti: & fuiſti ſuſpicatus te poſſe repelli: his nanq; temporibus ti bi naſcetur hoc interdictum. Et ideo datur conſilium, quando tu ſuſpica-ris te nō debere admitti, vel poſſe repelli. & iſta ſuſpitio per te probari nō poteſt: quia conſiſtit in animo ꝙ vadas ad fundum tuum: & habeas teſtes

per quos probare poſſ s:φ non fueris admiſſus : & conatus fueris intromitti:ſi non fuiſti admiſſus,videris tunc deiectus: & ibi tunc naſcitur, & competit hoc interdictum.Et iſtud tẽpus eſt inſerendum in libello,quod faciliter probabitur.Et ita dicunt eleganter Bar.in all.§. ſiue aũt.& Ange. Are.in.§.q̃druplι,vbi ſupra. Et hæc ſunt memoria digna in actu practico.

Commentarius. XL.

SEd in quantum concluſum eſt in præcedenti Commentario in interdicto reſtitutorio vnde vi,eſſe de ſubſtantia inſerendum tempus in libello.Dicas hoc procedere in interdicto vnde vi,vt dictũ eſt: quia arguitur dolus aduerſarii:& ideo neceſſe eſt exprimere tempus.Vbi autem intentaretur remedium.c.reintegranda,vel officium iudicis,vel conditio ex .l.ſi coloni.C.de agrico.& cenſi.lib.xi. vt hodie communiter fit: tunc in his non erit neceſſe exprimere tempus:quia in his magis attenditur factũ, q̃ delinquentis propoſitum.& ita ſeruatur in practica in curiis temporalibus.Et tenet Io.Pet.de Ferra.in titu.de forma libel.in cauſa ſpolia.poſſeſſionis,in Glo.ſuper ver.Ingreſſus.& Spec.in titu.de reſti.ſpo.§.i.

Commentarius. XLI.

VOlo te hoc perpetuo repoſiturum ad conſtitutionem regni , Vt dignitatum gradus,de iniuriis nobilium perſonarum:quod dixit Ange.in.l.i.C.de Nili aggerib.non rumpen.ſe obtinuiſſe, libellum non procedere per quem accuſatur aliquis , quia nobilem percuſſerit, & non fuit dictum ſcienter.& dicit Bat.in.l.omnes.C.de agrico.& cenſi.idem eſſe in accuſante aliquem, quia bannitus: quia oportebat ſcienter dicere . Quod nota ad conſtitutionem,Pœnam horum, de forbannitis, & foriudicatis. & libellans contra memoriam defuncti inſtituentis hereticum hæredem ſuum,ſi non dixerit de ſcientia, & probauerit, ſuccumbet. ita probat Glo. in.c.quicunq; iuncto tex.in verbo ſcienter de here. in.vi. & ad Bat.in.d.l. omnes.adde Gemi.,in.c.concertationis,de appel.in.vi. ſuper Glo. in ver. ſciuerit.& Bal.in.l.data opera,in.viii.col.C.qui accu. dicit Glo. eſſe auteã in.l.ex maleficio.§. longe minus.ff.de actio. & obliga.Refert,& ſequitur .d.Feli.in.c.ſiquis epiſcopus,in prin.extra de hereti.

Commentarius. XLII.

IN caſu,in quo iudex vult quempiam bannitum, & foriudicatum morti tradere,iuxta conſtitutionem,Pœnam hoꝝ,in præcedenti Commẽtario allegatam,faciat ad cautelam,φ ille forbannitus,& foriudicatus per ſententiam foriudicationis confiteatur ſe eſſe illum de quo ſententia loquitur.ita docet Bat.in.l.demonſtratio,in penul.col.ff.de condi.& demõ. & in.l.inter ſtipulãtẽ.§.ſi Stichũ.ff.de verbo.obliga.&Bal.in.c.i.de feu.ſine cul.nõ ammi.&Ange.&Imo.in.l.nõ ſtatim.§.de hęredi.inſti.&.d.Feli.i .c.ad abolẽdam,ad fi.extra de hereti. Et ita ſe habet communis practica.

Commentarius. XLIII.

PRomiſi ſub iureiurando me ſoluturum tibi ducenta in die natalis domini. Adueniente die non ſolui: tu tamen remiſiſti mihi iuramẽtum: vel præſtitiſti mihi dilationem ad ſoluendum. Quæro abs te, num ſim peiurus? Tu diceres prima fronte ꝙ ſic: quia omne iuramentum principaliter tendit in Deum: quia obligatio primaria acquiritur Deo, vt in c. debitores de iureiuran. In contrarium tamen eſt veritas in caſu propoſito in quo iuramentum huiuſmodi concernit commodum tuum: & ſic Deus recepit iuramentum ad commodum tuum: Vnde te remittente remittit Deus. Et hæc ſunt verba notã. ſm Panhor. in c. ii. ad fi. extra de ſpõſa. vbi in. iii. Not. not. ex illo tex. ꝙ iuramentum præſtitum ad commodũ hominis, poteſt remitti ab homine, ad cuius cõmodum fuit iuratum. ex quo ibi infert ad propoſitam quæſtionem: ꝙ ſi iuraui tibi ſoluere tali die, non incido in peiurium, ſi remittis mihi iuramentum, vel dilationem ad ſoluendum præſtitam. facit. c. i. de iureiur. & c. ſignificauit, de cenſi.

Commentarius. XLIIII.

QVidam habuit conſilium in quodam caſu ſibi obueniente cum quodam doctore, ſiue ſcholaſtico in legibus, qui erat bannitus, & foriudicatus pro quodam crimine capitali, iuxta materiam conſtitutionis, Pœnam horum: cui aqua, & igni, ac participio, & colloquio interdictum erat. Imperitur iſte conſilium habens, ꝙ doctorem, ſiue ſcholaſticũ conſuluerit bannitum, & foriudicatum, eumꝙ colloquutus fuerit. Iſte ſic impetitus, venit ad me remedium quęrẽs: ex quo huiuſmodi colloquutio probabatur clare per teſtes. Cui ego reſpondi, & conſului, ne expaueſceret: ſed iret ad iudicem, & fateretur etiam conſtanti animo, ſe illum conſuluiſſe, & colloquutum fuiſſe de caſu ſibi obueniẽte. Quod cum feciſſet, & iudex vellet eum punire pœna banni, & aliarum pragmaticarum: attuli ad iudicem Baldum meum ei oſtendens Bal. in c. i. in. iii. col. extra de iudi. circa prin. vbi in ſpecie dicit: ꝙ cum bannito poteſt haberi conſiliũ, ſicut Romani habuerunt cum quodam Epheſio exulante. vt in. l. ii. ff. de origi. iur. Quo viſo in fronte, ille bonus iudex ſtatim dimiſit clientulum meum. Ideo memoriæ commendabis illud dictum Bal. cum caſus ex facto inciderit, ſicut incidit mihi.

Commentarius. XLV.

COmmunis eſt omnium doc. via, in c. ii. de iudi. laycum non poſſe eſſe Vicarium epiſcopi in ſpiritualibus. Sed quid ſi epiſcopus conſtituat eum Vicarium in ſpiritualibus? Reſpondeo, impropꝛie ſumi hoc verbum Vicarius: & ponitur pro aſſeſſore. ar. ff. de condi. & demon. l. pater ſeuerinum § conditionum. ita Bal. ſing. in d. c. ii. in. iii. col. ad fi. Vnde aduertas in actu practico, vt ſi contingat epiſcopum conſtituere quempiam

Vicarium laycum in ſpiritualibus,nõ dicas conſtitutionem eſſe nullam, ſed intelligendam eſſe ac ſi aſſeſſorem cõſtituiſſet:qui tametſi laycus exiſtat,poteſt iure optimo aſſeſſor cõſtitui etiam in ſpiritualibus ſm omnes in.d c.ii.Fundamentum eſt iſtud, quia aſſeſſor non habet iuriſditionem ſicut Vicarius:& ideo non prohibetur.Manda memoriæ perpetuo.

Commentarius. XLVI.

ESto memor Tabellio,nunquamq; (ſi ſapis) obliuiſcaris: & reponas ad conſtitutionem, Inſtrumentorũ robur, de fide, & authoritate inſtrumentorum. & ad conſtitutionem, Conſuetudinem, de inſtrumentis conficiendis.& ad conſtitutionem,In locis Demanii,de iudicibus, & notariis,& eorũ numero: q̄ Tabellio perpetuo depoſitus ab officio cũ infamia,dicitur extinctus:& nunq̃ redit ad illud: & non poteſt denuo creari Tabellio.Glo.eſt ſing.in auten.de armis.§.i. col. vi. ſm Bal.in.c. at ſi clerici,in.iii.col.circa prin.extra de iudi.quod intellige ſm Bal.ibidem,ſi eſt depoſitus propter enorme delictum: puta quia commiſit falſum in officio:ſecus ſi propter minus delictum: vt puta quia percuſſit aliquem cum armis,vnde contracta eſt infamia:& ideo merito fuit ab officio remotus: vt elegãter notatur.ff.de infa.l.ii.§.miles.qa tũc ille q cõdemnauit, diſpẽſare poſſet ſuper officio tabellionatus exercendo.ar.d.c.At ſi clerici.

Commentarius. XLVII.

DIcit regia nouella pragmatica,Prima in ordine,cuius eſt initium:Diſpendia litium:q̄ offerri debet talis qualis petitio.Quæro abs te,nũ debeat offerri in literali ſermone, an vero poſſit offerri etiam in vulgari? Dicas poſſe formari in vulgari: dumtamen contineat ea quæ continẽtur in literali.Et hoc apparet:quia in pleriſq; locis iudices ſunt idiotæ,& illiterati. Et not. in l.ſi.C. de ſenten. ex peri. reci. ſecundum Bald.in.c. dilecti, in prima col.extra de iudi.

Commmentarius. XLVIII.

PEr conſtitutionem regni, Vſurariorũ,de vſurariis puniendis, accuſatio de vſuraria prauitate eſt effecta popularis. Proinde quæro abs te, num excõmunicatus poſſit accuſare,præſertim tanq̃ quilibet de populo? Dicas q̄ non,ſm Bal.in.c.intelleximus, in penul. col.ad fi.verſ. Sed nunquid excomunicatus,extra de iudi.vbi temperat hoc dictum,ſi excipiatur de excomunicatione:aliter bene tenet proceſſus: vt in.c.Pia, de excep.lib.vi.Repone igitur ad dictam conſtitutionem,& manda memoriæ.

Commentarius. XLIX.

DIximus ſupra in.x.Commentario,cuius eſt initium: Nota pro extẽſione,debitorem nõ poſſe etiã per pactum expreſſum ſe obligare ad carcerem,ſi in termino conſtituto non ſoluerit. vt per Ang. ſing.in.l.nemo poteſt,col.i.per illum tex,ff.de lega.i.Limita hoc, niſi fiat pactum, q̄

poſſit carcerari a iudice:quia bene valeret. Nã priuatus carcer prohibitus eſt,& nõ carcer publicus.& ita debet itelligi.Quod legiẽ,& not.ff. de fur. l.interdũ.§.q furẽ.p Glo.& Bar.ita Bal.in.c.ex reſcripto,in.ii.col.verſus fi. verſ.quęro vtrũ,extra de iureiur.Nota ad capitulũ regni, Cõtra effrenatas.

Commentarius. L.

A Iuramento per metum extorto,qui poteſt cadere in conſtantem virum,debet fieri abſolutio per eccleſiam.tex.eſt in.c.verum,extra de iureiur.Sed quæro tunc abs te de forma abſolutionis ab huiuſmodi iuramento ſic per metum extorto?Reſponde.Non debet dici: Non obſerues iuramentum.Sed debet dici:Non aſtringo te ad obſeruãdum:nec ꝓpterea te punio.ita docet Bal.in.c.verũ,extra de iureiur. vbi ſubdit : ꝙ ſapiẽs debet eſſe cautus in prolatione verborum.extra de appella.c. cũ ceſſante.

Commentarius. LI.

QVęro abs te ad materiam conſtitutionis regni,Varietates pœnarũ, de conſideratione iniuriæ,& totius titu.ff C.& extra de iniur. num ex verbalibus iniuriis contrahanẽ inimicitię capitales?Dicas ꝙ ſic.ita not. Bal.ex illo tex.in.c.veniens in fina.verbis,extra de iureiur. vbi etiam ex illomet tex.notat:ꝙ de iſtis iniuriis,& earum ſatisfactione poteſt compromitti.Quæ notanda abs te cenſeo ad dictam conſtitutionem, Varietates pœnarum, & regiam nouellam pragmaticam,Odia litium.

Commentarius. LII.

DIxi tibi ſupra in.xxxv.Commentario,cuius eſt initium:Velim te nõ ignorare:ꝙ Abbas patriæ meæ habet iuriſditionẽ in clericos,& monachos illius quaſi epiſcopalem.Et quia epiſcopus Caputaqueñ. habet appellationes:quæro abs te,num poſſit inueniri via, & modus per quem tollantur dictæ appellationes?Et dico ꝙ ſic:videlicet ꝙ omnes præsbyteri & clerici ac monachi faciant ſtatutum expreſſum pacto vallatum, & iureiurando firmatum:per quod renuntient appellationibus interpoſitis,& interponendis in quacunꝙ cauſa:& promittant ſeruare dictum ſtatutum prout iacet.Et ſic per ſtatutum vallatum pacto poteſt fieri pluſq̃ per ſtatutum ſimpliciter.Et ſi dicatur iſtud pactum fit in fraudem ſuperioris. Reſpondeas,ſuperiorem non debere aſpernari ſi partes inuicem compõnãt: vt.ff.de no.ope.nun.l.i.§.& poſt operis.Nam & alias poſſunt compromittere in arbitrum.Et per hoc remouent appellationem:vt.ff.de arbi.l.diem proferre.§.ſtari. nec ꝓpterea dicitur derogari ſuperiori. ergo a ſimili ita dicendum eſt in propoſito ad hoc.C.de pactis.l. poſtq̃ liti.C. de fide inſtru.l.iiii.ff.de pac.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ita Bal.ſing. in.c. veniẽtes,in vlti.col.circa prin.ibi.ſed nunquid poteſt adhiberi:,extra de iureiu. Quem refert, & ſequitur etiam Bartholameus Veroneñ. in Cautela ſua. cuius eſt initium: Vidiſtis,in.c. veniens. Et ſic habes conſilium quomo-

do valeat ſtatutum, ꝙ a ſententia inferioris non appelletur ad ſuperiorem. Manda memoriæ.

Commentarius. LIII.

IN iſta acerrima concertatione, & lite, quam habet patria mea dulciſſima annis abhinc tribus cum ſuo domino, immo mauis moderatore, ex qua exortæ ſunt hinc & inde graues, & capitales inimicitię, poterunt tibi ex facto quæ nūc in medium afferam, quotidie inſeruire. Moderator ipſe, & eius officiales proferunt ſententias contra ciues, a quibus cum volunt ſuperiorem appellare, iudicis pręſentia haberi non poteſt. Quæro igitur abs te quomodo ſit appellantibus huiuſmodi conſulendum? Ego in Cautelis meis in formis, Cautela xii. cuius eſt initium: Vulgata eſt iſta concluſio, adhibui vnū remedium: vt appelletur coram actuario: per ea quæ ibi abunde diſſerui, & ſufficit. Sed quia in caſu propoſito contingit interdū, vt nequidem actuarii pręſentia haberi ſemper poſſit: cōſulo vt appelletur coram iudice ad quem iſto caſu, & ſufficit. tex. eſt valde notab. in. l. ii. §. dies. ff. quando appellan. ſit: quia in caſu noſtro (vt dictum eſt) non poteſt haberi copia iudicis a quo cum ſecuritate, & commodo ſine periculo. ar. l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſigni. & ar. eorum quæ habentur in. l. ſi expreſſim. ff. de appel. Aliud conſilium etiam dedi, & ſeruari quandoꝗ feci: vt appelletur, & proteſtetur coram probis viris in præſentia aliquorum teſtium, iuxta materiam. c. Si iuſtus metus extra de appel. Et pędicta etiam refert, & ſequitur Barthola. Veronen. in ſua Cautela, cuius eſt initiū: Quia in lectione ſequenti. Et hæc ſunt memoria digna in actu practico.

Commentarius. LIIII.

SAEpe contingit in regno allegari iudicem ſuſpectum maxime delegatum: ad hoc vt impediatur iudicium: vt habetur in. c. cum ſpecialis, de appel. & in. c. ſuſpitionis, de offi. dele. & in. l. apertiſſimi. C. de iudi. & de modo, & forma recuſandi. ego abunde ſermonem habui in Singula. meis in formis, Sing. lxxvi. cuius eſt initium: Modus recuſandi iudicē: per cap. regni, Item ſi contingat. alias, Principis circumſpecta prouiſio. Sed cōtra allegantem huiuſmodi ſuſpitionem poteſt iudex hoc remedio vti: videlicet ꝙ deleget cauſam alteri non ſuſpecto: & non impedietur iudicium. vt l. prætor. ff. de iuriſ. om. iud. & ibi per legiſtas. & ponitur per Butrium in c. cum contingat de for. compe. & ibi per Canoniſtas, & per Barthola. Veronen. in Cautela ſua, cuius eſt initium: Sæpiſſime iudices. Quæ omnia manda memoriæ perpetuo, maxime ad intellectum dicti cap. regni. & vide omnino quod dixi in. d. lxxvi. Singu.

Commentarius. LV.

NOta ꝙ vbicunꝗ lex, vel aliqna diſpoſitio vtitur hoc verbo præſumpſerit, non habet locum in eo, qui non in cōtemptum, ſed per igno

rantiam contrauenit: ſed ſolum notat dolum, vel temeritatem. ita ſingu. not.d.Car.Zabarella in Clem.i.in prin.in.xxxix.q.de priuile.ita dicens ſe conſuluiſſe in caſu illius Clem.quæ vritur hoc verbo. Et idem videtur vel le expreſſe Cal.in titu.de ſenten.exco.conſi.iiii. cuius eſt initium: Sacerdos parrochialis.vbi eleganter ſcribit ad excuſationem cuiuſdam ſimplicis ſacerdotis: qui erat in caſu.c.epiſcoporum, de priuileg.lib.vi. Refert, & ſequitur.d.Feli.in rubrica.extra de pręſumptio. Et hæc notanda abs te cenſeo ad conſtitutionem regni, Intentionis noſtræ, vtentem iſto verbo Præſumat. & ad conſtitutionem, Caſtellanis, & ſeruientibus, vtentem etiam ſimili verbo Præſumat.

Commentarius. LVI.

QVæro abs te ad materiam regiæ nouellæ pragmaticæ, Teſtem falſum, num teſtis falſus, & eum producens ſcienter, eoq; vtens puniātur pœna falſi, quando iudicium eſt nullum: & talis falſitas nemini nocuiſſet? Dicas ꝙ non. & hoc probatur ex eo quod not. Glo. penul. in.c. quanto, extra de iureiur. ex qua colligunt doc. ꝙ quando falſitas committitur circa id quod de ſe non probat, non nocet. quod dicit ibi Imo. eſſe memoriæ commendandum. Et ideo Ioan.de Ana.in.c.i.in.ix.col.de cri. fal. reprobat Glo.ibi, ſimpliciter dicentem ꝙ in crimine falſi punitur conatus ſine effectu: quia dicit ipſe: ꝙ ideo ſolet dari doctrina, qua aduocati quotidie vtuntur: ꝙ quis nunquam incidit in pœnam falſi: niſi falſitas alicui præiudicet. alle. tex. Glo. Bal. & Sali.in.l.damus.C.de fal. cum aliis non parum multis allegatis per.d. Feli. q prædicta refert, & ſequitur in.c. i.in.ii.col.in prin.ibi fall.ii. extra de præſumptio. Attamen idem.d. Feli. in.c.ex tenore, in verſi. Cæterum, extra de reſcrip. videtur in caſu propoſito tenere totum contrarium eius, quod ſupra diximus. Nam ibi tenet, ꝙ licet teſtis deponat falſum in iudicio nullo, tamen punitur de falſo. alle. Ioan. An.in regu. Non eſt ſine culpa in mercu. & Butri.in.c.cauſam.i.in vlti.col.de teſti. & Bar.in.l.ſi quis legatum.ff.de fal. & Moder.in lib. maleficiorum fol.cviii.iii.col. At ego circa prædicta adhiberem iſtud temperamentum, ſiue mauis diſtinctionem, & concordiam: ex qua apparebit luculenter.d. Feli.non eſſe ſibi contrarium. Nam inquantum dixit in.d.c.i.de præſumptio. non incidere quempiam in pœnam falſi, quando falſitas nemini præiudicat: hoc intelligi quo ad veram pœnam falſi incurrendam: non quo ad pœnam criminis ſtellionatus: & ſic ad extraordinariam pœnam. Dum vero in.d.c.ex tenore, verſi. cęterum dixit, Teſtem puniri committentem falſum etiam in iudicio nullo: intelligi eum debere extra ordinem & ſic crimine ſtellionatus. Et hanc concordiam colligo ex Bal.in.l. Iuſiurandi in fi.C.de teſti.qui dicit, Teſtem non teneri de falſo, qui non iuratus dixit falſum: ſed crimine ſtellionatus. & hoc eſt, quia iudicium eſt

nullum, cum non iuratus depoſuerit teſtis,& idem tenuit idem Bal. in.l. i.C.de ſepul.viola.vbi dixit,ꝙ ſi teſtis nõ iurauit,quo caſu dictum eius nõ habet formam,non punitur:niſi ſit talis cui ſtaretur ſine iuramento: tunc enim puniretur de falſo ac ſi iuraſſet.l.i.de ven.inſpi.Ex his infero tibi ad deciſionem propoſitæ quæſtionis:ꝙ ſiquidem teſtis,& eo vtens commiſerũt falſum in iudicio nullo,puniantur extra ordinem crimine ſtellionatus:non autem pœna falſi,iuxta dictam pragmaticam,Teſtem falſum.

Commentarius. L V I I.

PRo ſolatio propono tibi hanc quæſtionem:quæ poſſet tibi, hoc prȩſertim tempore,ex facto incidere.Illuſtriſſ.regni huius prorex annis abhinc duobus per ſuam pragmaticam ſanctionem prohibuit ſub certa pœna,ne quiſpiam portet veſtes certi generis:vt in ea ſerioſe habet.Quæro proinde abs te,ſi quis faciat eas fieri,& teneat domi non portando eas, num incurrat pœnam?Dicas ꝙ non,quia non dicitur contrauenire pragmaticæ.ita Domi.in.c.auaritiæ,in vlti.col.de electio. lib.vi. propter Glo. ibi.Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.i.in pen.col.in.viii.fal.extra de pſump.

Commentarius. L V I I I.

BArthola.Veronen.in Cautela ſua,cuius eſt initium: Aliquando contingit,dat vnum conſilium pro coniunctis in actu carnali illicito , ſi volunt euitare iudicis condemnationem,ꝙ iurent ante coitum clam contraxiſſe matrimonium:& intelligit & bene de illis qui tamen eſſe poterant coniuges : & ſic euitabunt condemnationem.vt eſt Glo.not in.l. penul.C.de fideiuſ.& ibi per doc.& per Bal.in.l.vnica.C.de confeſ. & dicit Bald.dictam Glo.eſſe ordinariam,& non eſſe alibi in.l. quicunq; , in vlti. col.C.de ſeruis fugi.& illam Glo.ſequitur etiam Bal.& Salice.in.d.l.pen. & facit tex.in.l.ſi qui adulterii.C.de adul.Attamen Bal.in.c.i.§.iniuria in pen.col.de pace iura.fir.dicit in hoc caſu attendẽdas eſſe coniecturas:& dicit pretenſionem ficti matrimonii non excuſare. ar.l.donationes in concubinam.ff.de donatio. Et ſi nõ apparerent veroſimiles coniecturæ,forte ſtaretur eorum ſacramento,ex quo dependet ab animo. Et licet credatur eis contra ſe,non tamen contra rempublicam ſm Bald.in.l. falſus.C. de fur.ex quo infertur id quod ponit Veronen.in dicta ſua Cautela non eſſe vſq; quaq; verum,& tutum. Notabis tamen prȩdicta ad conſtitutionem regni,Maieſtati noſtrȩ, de adulte.coercend.vt ad euitandam pœnam articules,& probes nonnullas veroſimiles coniecturas ꝙ contraxerint matrimonium ante coitum carnalem:puta quia fuerant verba,& tractatus de futuro matrimonio contrahẽdo.& erat fama de hoc.& erãt paris ꝯditionis.& ſic de ſingulis.Et vide circa pdicta.d. Feli.i.c.i.ad fi.extra de pſum.

Commentarius. L I X.

PEr capitulum regni,Tormẽtis , ſpeciales ſunt caſus inducti,in quibus ſit locus

ſit locus quæſtionibus inferendis,vt ibi:& in dictis caſibus debet ius ciuile ſeruari.Sed quidam iudex ſimulauit aliquid ſe facturum cauſa veritatis indagandæ:quod tamen facere non intẽdebat:puta quia extra dictos caſus poſitos in dicto capitulo, Tormentis, induci fecit reum ad locum tormentorum:licet non haberet animum torquendi: ſed cauſa veritatis inueſtigandæ:impetitur in ſindicatu:quæritur quomodo ſit illi conſulẽdum?Dicas ꝙ iure optimo hoc fecit.ita Ab.in.c.affertẽ,in.ii.notab. extra de præſump.vbi all.exemplum Salomonis. & dicit illum tex. facere pro iudicibus,qui ad terrorem incutiendum duci faciunt reum ad locum tormentorum:licet non habeant animum torquendi: ſed cauſa veritatis indagandæ Et vide omnino qđ dixi in Singu.meis in formis, Sing.xcix. cuius eſt initium:In regno ſpeciales,& certi.& dicit.d.Feli.in.d.c. afferte, in primo nota.ſequens dictum.d.Ab.ibi,ꝙ potuiſſet allegare elegãs dictum Archi. in.c.vtilem.xxii.q.ii.ꝙ cum Alexander Papa tertius haberet præ manibus epiſcopum ſimoniacum,promiſit ei in ſecreto:ꝙ ſi publice fateretur delictum ſuum,diſpenſaret cum eo:& ſtatim cum ille confeſſus fuit coram cardinalibus, depoſuit eum.ad idem quod not. Do.poſt Hugu.& Archid.in.c.nos in quenꝗ, ad fi.ii.q.i.vbi dicunt: ꝙ iudex promittens delinquenti remittere ſibi delictum ſi confitetur: ex tali confeſſione poteſt eum damnare:& excuſatur iudex ex tali ſimulatione pet.d.c.vtilẽ: tamen dicit d.Feli.vbi ſupra,ſe vidiſſe aliquos iudices,qui execrantur talem ſimulationem.Et ego etiam eam execratus ſum in Soliloquiis meis, Soliloquio.xli.cuius eſt initium:Cum id quod nunc.pro quo vide omnino Hipp.in.l.i.§.quæſtioni.nu.xv.ff.de quæſtio.

Commentarius. L X.

CVm in regno non poſſint mulieres iure Longobardo viuentes cõtrahere ſine conſenſu mundualdorum,vt ſcis:quæro abs te,num iſto caſu ſufficiat taciturnitas & præſentia,& non contradictio eorum? Dicas ꝙ non.Nam in ſtatutis requirentibus conſenſum certo actu, non ſufficit taciturnitas.vt videtur expreſſe de mente Bal.& aliorum in.l.ii.§.voluntatem.ff.ſolu.ma.dum dicunt:ꝙ ſtante ſtatuto:ꝙ mulier non poſſit ſine cõſenſu duorum propinquorũ alienare:non ſufficit illos eſſe præſentes, & non contradicẽtes,per illum tex.in verbo Videri.& in verbo Quaſi. quæ denotant fictionem ſm Bar.in.l.ſi is qui pro emptore,in.vi.q ff.de vſuca. & fictio non procedit in ſtatutis ſm Bar.in.l.iii.§.hæc verba.ff de nego. geſ.Refert,& ſequitur.d. Feli. in.c. nonne, in.ii. col. extra de præſump. vbi tamen limitat,niſi interueniſſet ſcientia,& patientia diuturna propinquorum:quia æquipollet vero cõſenſui ſm Bal.in.l.ſi filius,per illum tex. .C.de peti.hære.& Ang.in.l.qui in aliena,in prin.ff.de acquir.hære. Nota in actu practico,cum caſus ex facto inciderit.

Commentarius. L X I.

VOlo ꝙ notes hoc perpetuo ad conſtitutionem regni, Sanſimus, de matrimoniis contrahendis: ꝙ licet filius tacens, & pręſens obligetur ex matrimonio cōtracto per parentes. vt in.c.vnic.de deſponſa. impube. lib.vi. & hoc inducit ibi fauor matrimonii, & fauor parentum. Tamē hoc limitatur, niſi cauſa cognita conſtaret filium, vel filiam ob reuerentiam tacuiſſe. ita ſing. Ab.in.c.nonne, in.iii.col.ad fi.extra de præſump. Quem refert, & ſequitur ibi.d.Feli.in.iii.col. in prin.dicens. de quo dicto nunq̃ ſis oblitus, quia non legit alibi: & eſt aptum infringere mille ſponſalia. Nota ergo tu ad dictam conſtitutionem: quia poſſes quandoq; tibi ex illo dicto & honorem, & cōmodum comparare, cū caſus ex facto inciderit.

Commentarius. L XII.

VVlt regia nouella pragmatica, Quinta die, negantem calumnioſe factum proprium, vt in exemplis ibi poſitis, condemnandum pro qualibet poſitione negata ad pœnam iudicis arbitrio moderandam. Sed quid ſi ſumus extra illos caſus, in quibus non præſumitur quis habere veriſimiliter notitiam? Dico in dictis caſibus dandam eſſe aliquātulam deliberationem: quia taciturnitas poſt interrogationem non ſtatim habetur pro reſponſione in præiudicium non reſpondentis. ita pulchre dixit Inno.in.c.cum in cunctis in prin.ii.col.de electio. & ſequitur Bal in.l.ii.§. ꝙ ſi actor. C.de iura. cal. &.d. Feli.in.c. nonne, in.iii.col.in.iii.fall. extra de præſump. Et per prædicta habes vnum modum differendi aliquantulum depoſitionem tuam ne examineris ſuper poſitionibus. Alium modū notabiliorem tradidi tibi in Cautelis meis, Cautela.lxxxvi. cuius eſt initium: Per dictam regiam nouellam pragmaticam.

Commentarius. L XIII.

SEd quia pragmatica, Quinta die, de qua in præcedenti Commentario vult vt reſpondeatur ſuper poſitionibus per verbum credit, vel non credit. Quæro an debeat dari terminus ad deliberandum? Et Glo.ii.in fi. in.c.quoſdam de pręſump. dicit ꝙ non. & eā facit ſing. Roma. Sing. 700. cuius eſt initium: Parti reſpondere debenti. & hoc intelligit Bal. ſuper facto notorio, vel ſuper proprio recenti non intricato: vt in exemplis poſitis in dicta pragmatica, in quibus per prædicta non procederent contēta in præcedenti Commentario: videlicet vt danda ſit aliquantula deliberatio. Si enim eſſet factum alienum, vel proprium antiquum, vel intricatum, tunc daretur ſpatium, quia poſſet credere vnum nunc: & deliberatione habita crederet contrarium. all.l.ii.§ fi.ff.quis ordo in bono.poſ.ſer. & tunc procedant ea quæ diximus in præcedenti. quod intellige dumtamen iuretur non peti dilationem animo differendi litem ſm Bal.in.d.c.quoſdam. all.l.iuſiurandum & ad pecunias.ff. de iureiur. &.l. qui interrogatus.ff.de

interrogã.actio. Quem refert,& ſequitur.d.Feli.in.d.c.quoſdam,in.ii. col. ibi in Glo.ii.in fi.Et per hęc habes veram intelligentiã ad dictam pragmaticam,Quinta die, an & quando debeat dari, vel non dari deliberatio ad reſpondendum ſuper poſitionibus. Quæ notanda abs te cenſeo,& reportanda ad dictam pragmaticam perpetuo.

Commentarius. LXIIII.

QVotidie tibi ex facto poſſet hæc quæſtio incidere:& ſi ſciueris eam decidere,ingentem tibi poteris proculdubio & honorem, & gloriam comparare. Ego ex iureiurando pollicitus ſum me tibi ſoluturum mille in Paſchate q̃primum adueniẽte ex cauſa mutui:vel ex quouis titulo legitimo non curo. Adueniente die,ego ob meam neceſſitatem,& paupertatem(vt quaſi ſemper euenire aſſolet)non potui perſoluere: volebam tamen petere abſolutionem a iuramento:vt eo non obſtante poſſem agere,vel excipere contra te agentem ad mille ex aliqua cauſa rationabili. Tu opponis contra me ſiue agentem,ſiue excipientem de peiurio,dicens me ob id non eſſe audiendum. Ego replico me non eſſe peiurum,cum ſaltem ob neceſſitatem,vel paupertatem non perſoluerim,ac per hoc non fuerim prolapſus in peiuriũ. Quęritur modo qd iuris. Totus mũdus prima fronte diceret cõtra me ratione dicti peiurii. Nam peiurus repellitur ab agẽdo ſm Spec.in titu.de actore.§.i.verſ. Item ꝙ eſt peiurus.per.l. ſiquis maior ,C.de tranſac.& not.Glo.in.c.paruuli.xxv.q.v.Et ideo hoc caſu.d.Feli.in .c i.in.x.col.in prin.extra de iureiur.dicit:ꝙ bona Cautela eſſet:ꝙ faceret ſibi ante omnia imponi pœnitentiam de peiurio.& poſt peractã pœnitentiam admititur præterq̃ ad iurandum,c.teſtimonium de teſti. Nihilominus in contrarium eſt veritas in caſu propoſito:in quo eſt commiſſum peiurium abſq; dolo: ex quo non ſolui in termino ratione neceſſitatis, vel paupertatis:vnde merito excuſandus ſum:quia pœna appoſita peiuro nõ habet locum ceſſante dolo. vt per Bal.ſingulariſſime in.l.obſeruate.§.proficiſci,in.cclxxii.col.ff.de offi.proconſ. & probatur ex Glo.i.in.c.breui, de iureiur.cũ concor.de quibus ibi.Refert,& ſequitur.d.Feli. vbi ſupra. verſ. Tertius caſus.Et prædictis adde omnino,quæ ego dixi in Singu.meis in formis Sing.lxii.cuius eſt initium:Quia in pręcedenti,vbi ſatis oportune concluſi emphiteotam ob inopiam non ſoluentem canonem, ſiue cẽſum non cadere a iure ſuo:neq; eſſe peiurum:allegando tex. & ibi Bal.in notab.in.c.querelã,extra de iureiur. vbi dicit ꝙ paupertas excuſat a peiurio, & ab infamia.quod dicit eſſe bene notan. Et ex prædictis ego etiam tibi infero ad practicam,immo mauis corruptelam,qua vtuntur peruerſi,crudeles,& imperiti iudices,quos magis Iudæos, q̃ iudices dixerim: qui accuſatos ſm formam Ritus,Item ſiqui debitores,vel ſm obligationem in actis curiæ,ſtatim coniiciunt in carcerem nulla habita ratione neceſſita-

tis,difficultatis,& paupertatis,ac inopię ipſorum pauperum quantúcunq; clamantium,& lachrymantium,ac voces ad cœlos vſq; emittétium:quos ego(& hoc auſim proprio iureiurando firmare) ſemper redargui : eiſq; in medium attuli authoritatem illam ſanctiſſimam: Diligite iuſtitiam , qui iudicatis terram.Nam debent,vt ex his patet,eis commiſereri:& exaudire eos in eorum paupertate:& capere ſummariá informationem, an ex paupertate non ſoluerint necne. Et ſiquidem repererint:ꝙ ex paupertate non ſoluerint,non debent eos ita crudeliter , & immaniter coniicere in carceres vigore dictæ obligationis,vel ritus. Et decernere ſaltem ꝙ creditoribus fiat exequutio in bonis,ſiqua habent,& non in perſonis ratione allegati peiurii:cum re vera peiurium non commiſerint propter inopiam.

Commentarius. LXV.

BAl.plene in.l.ii.in vlti.col.C.de patri.qui fil.diſtrax.dicit ꝙ non ſolum inter principes,ſed etiam inter priuatos dari poſſunt homines liberi in obſides propter obſeruantiam eorum, quæ fieri conſueuerunt, non vt ſint pignori creditoris ita,ꝙ habeat ius in eos,ſicut haberet in pignore:nec vt poſſit cogere ad ſeruiendú: aut poſſit eos locare alii, ſeu pignorare.Talia enim fieri prohibitum eſt, & pœna incurritur.c.ii. extra de pigno. ſed ſolummodo pro obſeruatione conuentionum licite poſſunt retineri.all.tex.in.c.ex reſcripto.&.c.expoſita de arbi. & habebit talis datio obſidum talem effectum ſm eum,ꝙ ille qui retinet non poteſt dici facere iniuriam,neq; dolum committere in retinendo. Refert, ſequitur , & defendit.d.Feli.in.d.c.ex reſcripto.in.iii.col. in prin. vbi reſpondet oportune omnibus quæ in contrarium adducútur,maxime per Imo. &.d.Ab. ſubſtentando dictum Bal.in dicta.l.ii.& dicit idem tenere ſaltem de conſuetudine Spec. de renun.& concluſ.§.i.verſ.item eſt beneficium : quod dicit : & ita etiam tenuit Glo.in.d.c. expoſita, in ver.obſidum.& ibi expreſſe Imo.& idé Imo.in.l.obſides.ff. de teſta. & Glo.in.d.c.ex reſcripto, in prima ſol..quam pro vera firmat ibi.d.Card.Zabarel. Nec dicitur carcer priuatus:quia fit lege tollerante : ſicut valet pactum cum ſcriptore de ſtando in compedibus donec compleatur liber: vt per Spec. vbi ſupra.& eſt Glo.not. in.l.ſtipulatio.§.fundi.ff.de no. ope.nun.& ibi hoc not.doc. & Bar.in.l.ſtipulationes nó diuiduntur,in.viii.q.ff.de verbo.obli.Nec obſtat.l.liber hó.ff.ad.l.aquil. quia iſtud nó eſt damnificare corpus ꝑpetuo: neq; talis ſeruitus eſt reprobata:quia non eſt duratura. Item non eſt proprie ſeruitus:vt probant verba Bal.in.d.l.ii. C.de patri.qui filios diſtraxe. Et hæc reportanda abs te cenſeo ad.c. contra effrenatas. De quo ſupra in .x.&.xlix.Commentario diſſeruimus.

Commentarius. LXVI.

NOlim te hæc obliuioni aliquando traditurum ; at te hæc perpetuo

reportaturum ad conſtitutionem regni, Minorum iura.de reſtitu.mino rum, & conſtitutionem, Obſcuritatem, de reſtitu. mulierum. ꝙ ad excludendum minorem,vel mulierem ab auxilio reſtitutionis in integrũ, tantum operatur iuramentum, quantum ſi interueniſſet certificatio de qualitate beneficii ætatis, vel velleani ſibi competentis.ita latiſſime con cludit Ludo.Roma.in.l.ſciendum,in.x.col.ff.de verbo.obliga.quia iurãs cenſetur cogitaſſe ſe nullo beneficio (ſi quod ſibi competeret) vti poſſe. Et ꝗuis non cogitauit in ſpecie,ſufficit cogitaſſe in genere.& refert dicta Bal.in.l.ii.C.de reſcin.vendi.Et pro hoc dicit eſſe caſum rotundum,in.c. ex reſcripto de iureiuran.Refert,& ſequitur ibi.d.Feli.in.iiii.col.ad fin. & in.v.in prin.in.d.c.ex reſcripto. Et ideo quando contrahis cum minore, vel muliere,facias apponi iuramẽtum:quia habet vim certificationis.Sed cautius ages ſi etiam in ſpecie, de qualitate beneficii ætatis, vel velleani certificatio facta fuerit.

Commentarius. LXVII.

Regia nouella pragmatica,Odia litium,ſub rubrica de compromiſſis inter coniunctas perſonas,vult ꝙ licet alias debeant compromitti cauſę inter coniunctas perſonas,vt ibi:tamen in calce ipſius excipit cauſas feudales: quod eſt etiam conforme cum conſtitutione regni, cuius eſt initium:Conſtitutionem diuę Memoriæ.§.arbitria.& excipit etiam cauſas in quibus eſſent inſtrumenta,ſententię,& obligationes liquidę. Quæro tamen abs te:quid ſi de facto ſuper prędictis compromittatur,num ligentur partes ſi apponatur pœna? Dicas ꝙ non,per id quod not.Glo.val de ſingu.in.c.ſignificantibus,in Glo.fi. extra de offi. deleg. quæ dicit: ꝙ vbi contractus principalis non tenet:non tenet etiam pœna. vnde infert ibi.d.Ab.ꝙ compromiſſum factum per partes in materia non compromiſſibili,non ligat partes,etiam ſi apponatur pœna.& dicunt ibi Bald.& .d.Car.Zabarel.illam Glo.eſſe vnicam:ꝙ ſi partes ſub pœna dant iuriſdi tionem priuato,non tenet pœna,ex quo nec principale.& eſt alia Glo. in .l.ſed ſi patronus.§.fi.in Glo.quæ incip.Ac ſi ratione.ff.quę in frau. patro. Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.tua nos,in.iii.col.extra de iureiur.quæ repo nas etiam(ſi ſapis)ad materiam conſtitutionis regni, Cum ſatis abũdeꝙ, ſub rubrica,Qua pœna vniuerſitates teneantur quæ creant poteſtates, & alios officiales.& ad dictam pragmaticam,Odia litium.

Commentarius. LXVIII.

Dictat Ritus magnæ curię vicariæ,cuius eſt initium:Item ꝙ clericus in maioribus,clericum teneri ad reſpondẽdum in curia ſeculari per viam reconuentionis:per quem quidem Ritum conquieuit illa longa al tercatio, & digladiatio doc.i.c.at ſi clerici,extra de iudi. An clericus poſſit reconueniri a layco in iudicio ſeculari.Sed ille Ritus fall. reſpectu diſtri-

ctionis perſonę.nam licet clericus poſſit reconueniri coram layco ſm dictum Ritum,& ſm illam opinionem doc.in.d.c.at ſi clerici:quæ ſe habet: ꝙ poſſit reconueniri:tamen hoc non procedit,vt dictum eſt,& reſpectu districtionis perſonæ.Solum enim in hoc habet cauſę cognitionem: quia laycus in perſonam clerici manum ponere non poteſt.ita Archi.in.c.i. de cleri. coniuga. lib.vi. & Lapus alleg.cxviii. fortificatur per dictum Ioan. An.in.c.verum de foro compe.vbi dicit iudicem ſęcularem non poſſe punire clericum coram ſe deponentem falſum:quod ego latius firmaui ſupra in eiſdem Commentariis,Commentario.xxvi.cuius eſt initiũ: Pro ornamẽto regię nouellę pragmaticę.Refert,& ſequit̃ ꝑdicta.d.Feli.in.c.at ſi clerici,in.viii.col.ibi fall.iiii.Et hæc not.in actu practico.

Commentarius. LXIX.

PEr regiam nouellam pragmaticam,Primã in ordine,cuius eſt initiũ: Diſpendia litium,cum cauſę in regno ſint ſummariæ,ſufficit vt loco libelli detur talis qualis petitio,vt reus deliberet an velit concedere,vel cõtendere.Sed aduerte ſm Bar.in extrauaganti ad reprimendum, in ver. Et figura:ꝙ non debet eſſe tanta imperfectio petitionis,ꝙ cauſet incertitudinem impedientem deliberationem rei.Nam ſicut obmiſſio ordinis iudiciarii reddit proceſſum nullum in ordinariis.l.prolatam.C. de ſenten. ex peri.re.& per.d.Feli.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti. ita obmiſſio ordinis qualis qualis in extraordinariis,ſeu ſummariis Pet.de Ancha.conſi. clxiii.cuius eſt initium:Viſis diligenter.alle.Inno.& bene in.c. tua ad fin. ibi.ſicut enim in aliis extra de cohabi.cle.& mulie.Refert, & ſequitur. d. Feli.in.c.vnico in antepenulti.colũ.ad fi.& in penulti. in princi. extra de litis conteſta.Quod nota.

Commentarius. LXX.

POne ꝙ mulier fuit inuenta aſportare arma prohibita contra conſtitutionem regni,Intẽtionis noſtrę,de illicita aſportatione armorum: vt quandoq; ex facto vidi incidere:num ſit ducenda ad palatium etiam ſi non inueniat fideiuſſorem?Dicas ꝙ non,ſed debet relaſſari præſtita iuratoria cautione de ſtando iuri.Auten.nouo iure.C.de cuſto.reo.Refert,et ſequitur.d.Feli.in.c.legebatur circa prin.extra de maio.& obedien.vbi dicit hoc eſſe notan.ſm Bal.in.l.ſed & ſi is.ff.de in ius vocan.& ibi etiam in .d.c.legebatur in primis verbis refert Panhor.ibi dicentem fieri iniuriam ducto ad carceres ſpreto fideiuſſore idoneo. & addit Gemi. poſt Archi. in.c.in memoriã.ii.col.xxix.d.& Ange.poſt Bar.in.l.ſi vero.§.i.ff.qui ſatiſda.cogan.vbi exclamat contra iudices detinentes inuẽtos cum armis, offerẽtes fideiuſſores.& idem dicit Bal.in.d.l.ſed & ſi is.quibus adde omnino quæ dixi circa prędicta in Singu.meis in formis,Sing.xcii.cuius eſt initium:Habeo nunc in facto.vbi etiam tenui iudicem teneri in ſindicatu

pro iniuria detinentem aliquem de perſona, & offerentem fideiuſſorem etiam in cauſis criminalibus. vbi venit imponenda pœna pecuniaria per d.l.ii.& iii.ff.de cuſto.reo. Manda memoriæ tam ad dictam conſtitutionem, Intentionis, q̃ ad conſtitutionem, Varietates pœnarum, de cõſideratione iniuriæ, temporis, & perſonæ.

Commentarius. LXXI.

TV bene noſti, ac inſpexiſti cõſtitutionem regni, In aliquibus, de ſucceſſio.filio.comi.vel baro. ꝙ extantibus maſculis, filia fœmina non ſuccedit, ſed maritatur de paragio, vt vtar eius verbis barbaris. Sed pone illos maſculos fuiſſe a principe legitimatos: quia erant naturales tantum: num ſuccedant in plus, q̃ ſit dictum paragium: ita ꝙ ſuccedant in tota hæreditate? Dicas ꝙ non. ita Bal.in.c.per tuas circa mediũ, de maiori. & obe. vbi per tex.ſingu.in.§.& quoniam varie, in auten.quib. mod.natu. effici. ſui. ſingulariter infert, ꝙ ſtante ſtatuto: ꝙ extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat niſi in vncia, non poterit legitimatus hoc caſu habere niſi vnam vnciam ſicut filia: & ſic in caſu noſtro quantum erit dictum paragium, habito reſpectu ad numerum filiorum legitimatorũ. Et ſic ſtatutum declarat portionem eorum. Et hoc dictum Bal. commendat.d. Alex. in.l.neceſſariis, col.penul.verſi.vnde.ff.de acquir.hæredi.& pro ſingu. refert, & ſequitur idem.d. Alex.in.l.ſed ſi hac.§ patronum ante fi.ff.de in ius voc. &.d.Iaſ.in commento.l.ſi is qui pro emptore, col.lxx.verſi. pro iſta magis communi.ff. de vſucap. Et hæc ſunt memoria digna ſm Catellia. Cottam in ſuis memoralibus, in dictione, Legitimatus nõ põt. Et notanda abs te cẽſeo, ac reportãda ꝑpetuo ad dictã ꝯſtitutionem, In aliquibus.

Commentarius. LXXII.

REpone hoc (ſi ſapis) ad conſtitutionem regni, Baiulos, & omnes iudices, ſub rub.de feriis: ꝙ alimentorum cauſa fauorabilis eſt: vt in ſingu.caſu conſuluit Bal.in conſi.50.cuius eſt initium: Viſo, in vlti.lib. Et ideo infero: ꝙ ſiquis non habeat vnde ſe alat: poteſt etiam die feriato agere: & iudex debet cognoſcere: dato ꝙ procedatur iure actionis. ita ſingu. Guil.de Cun.in.l.ii.ff.de feriis. quod alibi ſe non legiſſe dicit.d.Alex.in.l. .i.col.vi.verſi.his tamen.ff.ſolu.matri. Refert, & ſequitur.d.Catellia.Cotta in ſuis memoralibus, in dictione, Alimentorum. Quod no.ad dictam conſtitutionem, Baiulos: & ad.c.conqueſtus, & totum titu.de feriis.

Commentarius. LXXIII.

QVotidie poterit tibi hic caſus, quem nunc ſubiiciam, ex facto incidere: in quo video paſſim omnes cauſidicos vehemẽter errare. Ego vendidi tibi fundum pro centum: & iuraui me non venturum contra cõtractum. Certe non eſt dubium: ꝙ poſſim petere vt ſuppleatur iuſtum pretium: in quo fui deceptus. Sed dubium ſtat, ſi ego peterem alternatiue (vt

hodie communiner fit) contractum reſcindi: vel pretium mihi ſuppleri, an ſim peiurus? Et dico ꝙ ſic. Nam notandum eſt ꝙ alternatiue prohibitum cenſetur: quod ſimpliciter prohibitum eſt. tex. eſt notab. in l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. ff. de condi. inſti. per quem tex. infert ibi ſing. Bal. poſt Iaco. de Are. Ci. & alios: ꝙ ille qui iurauit ſe non venturũ contra ꝯtractum, licet poſſit petere vt ſuppleatur ad pretium, in quo fuit deceptus: tamen ſi peteret alternatiue reſcindi contractum, vel pretium ſibi suppleri, eſt peiurus. Quod eſt memoriæ tradendum ſm Bal. ibi. & eſt ſingu. ſm. d. Feli. in. c. iiii. ad fin. extra de reſcrip. vbi dicit: Memento in eternum: ꝙ id, quod eſt prohibitum ſimpliciter, eſt etiam prohibitum alternatiue.

Commentarius. LXXIIII.

ADeo leges fauent animæ: vt relictum pro male ablatis: & ſic pro exoneranda anima, & conſcientia, non poſſit reuocari: quia habet vim debiti confeſſati parte pręſente. & ideo ex eo non deducetur falcidia: cũ in virtute debiti confeſſati conſiſtat, non legati. ita ſingu. Ange. in l. cum quis decedẽs §. codicillis. ff. de lega. iii. in aliquibus ſuis reportatis. Quod dictum pro ſingu. refert, & confirmat late Barba. in repititio. l. cum acutiſſimi in. cxxiii. col. verſi. quid ſi teſtator dixit hoc modo. C. de fideicom miſ. Quod bene nota ad materiam. l. ſi quis i principio teſtamẽti, in prin. ff. de lega. iii. vbi Bat. & ſcribentes adhuc neſciuerunt inuenire modum, ſeu cautelam: qua mediante teſtator condat diſpoſitionem, quæ ſit irreuocabilis. Nam hic eſt optimus, & ſingu. caſus: de quo etiam non fuit memor Barthola. Vero. Cautela. clxxxviii. cuius eſt initium: Ego dixi. vbi tradidit aliam Cautelam adeo difficilem, & inuolutam, vt ſibimet non placeat. ideo hoc dictum Ang. eſt perpetua memoria dignum ſm Catellia. Cottam in ſuis memoralibus, in dictione Apices iuris. Ex prædictis ego tibi infero ad practicam, qua vti poteſt epiſcopus fauore animæ: vt non obſtante reuocatione teſtamẽti, & legatorum in eo pro male ablatis, poſſit contradicere, & ſolui facere illa legata pro male ablatis: tanq̃ debita cõfeſſata pręſente parte. Et eſt hoc non parui momenti. Nã vidi paſſim vbiq; ſeruari contrarium per teſtatores: qui in vltimis conſtituti, pollicẽtur maria & montes: & legant multa pro male ablatis formidine mortis imminentis, & conſcientię remordentis. Cum autem euaſerint, reuocant teſtamentum, & legata in eo pro male ablatis: quia non poſſunt per prędicta: quæ notanda abs te cenſeo perpetuo: qui curam habes animarum.

Commentarius. LXXV.

TV ſcis diſpoſitionem conſtitutionis regni, Appellationum temporaꝗ ſi appellãs nõ itroduxerit proceſſum infra terminũ, de quo ibi ad iudicem ad quem, appellatio erit deſerta: quo caſu poteſt victor adire iudicem a quo, & petere vt citato appellante mittat ſententiam ſuam exe cutioni.

cutioni. & niſi appellans doceat ſe proſequutum fuiſſe appellationẽ, poteſt iudex procedere ad executionem. Neq; eſt neceſſe hoc caſu: ꝙ iudex ad quem pronuntiet appellationẽ deſertam: & hoc modo euitabitur magnus circuitus. ita ſing. Ang. Bal. frater. in. l. ſi contra maiorem, per illũ tex. ſing. quem dicit infinitis vicibus practicaſſe. C. de appel. & eius verba pro aureis commendat. d. Feli. in. c. ex parte. ii. in. vi. col. verſ. Declara tamẽ, extra de reſcrip. & benefacit quod not. Matheſi. Notab. xxix. cuius eſt initiũ: Nota ꝙ appellans. Manda memoriæ perpetuo ad dictam conſtitutionẽ, Appellationũ tempora, quia quotidie ex facto poteſt incidere: & ego alias practicaui, & obtinui.

Commentarius. LXXVI.

NOta ad regiam pragmaticam, Odia litium, ꝙ ſi eſt factum cõpromiſſum generale inter conſanguineos, vt ibi ſeminata ſuper quibuſdam diſcordia nõ videtur factũ ſuper rebus pacificis, ita Bal. in proœmio Gregoriano in prin. ibi. Et ſic eſt argumentum: vbi dicit hoc eſſe quodammodo expreſſum. ff. de lega. ii l. cum pater. §. dulciſſimis, Quod not. (vt dixi) ad dictam pragmaticam.

Commentarius. LXXVII.

TAmetſi de eo, quod nunc dicam in præſenti Commentario, plene diſſeruerim alias in Singularib. meis in formis, Sing. iii. cuius eſt initium: Conſueuerunt mariti, vbi concluſi cum Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in. c. quod a te, de clericis coniuga. mordentibus Bart. in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. mulierem, cui eſt factum legatũ ſi caſte vixerit, non debere conſequi legatum ſi nupſerit: quia repugnat cõmunis vſus loquendi: ſecundum quem non videtur caſte viuere ſi nubat, inferendo vt ibi per me. Attamen nunc ad maiorem confirmationem eorum, quæ ibi dixi, quæro abs te. Pater reliquit filiæ centum, ſi continẽter vixerit: nunquid debeat habere legatum ſi nubit? Videtur ꝙ ſic: quia pudice dicitur viuere etiam illa, quæ nubit. vt. ff ad trebel. l. mulier. §. cũ proponeretur. & ibi Bar. quẽ citaui in. d. meo. iii. Sing. & etiam caſte dicitur viuere, quæ viuit in nuptiis ſeruando honorem ſui mariti. vt in auten. de teſti. & ea quæ parit. ix. menſe. §. fi. colla. iiii. vbi dicitur, ꝙ non debet plus habere non viuens caſte, q̃ viuens caſte. & ſumitur ibi caſtitas pro vita nuptiali. In contrarium videtur: quia vita continentium diſcrepat a vita nubentium: & diuerſi ſunt ordines ſm Bal. in. c. firmiter, in. ii. col. ad fi. extra de ſum. tri. & fide catho. vbi dicit Glo. ordinariam eſſe ibi. quod verũ ſibi videtur de ſtricta, & propria ſignificatione verborum. Et ſic pudicitia ſecundum eum ibi largius ponitur, q̃ continentia. & maxime quia (vt ſuperius dixi) repugnat communis vſus loquendi, ſm quem non dicitur, continenter viuere ſi nubat. Manda memoriæ in actu practico.

Commentarius. LXXVIII.

SCio te non ignorare diſpoſitionem conſtitutionis regni, Si damna clandeſtina.& conſtitutionis, Super inciſionibus, ꝙ vniuerſitas caſtri, vel villæ tenetur emendare damna,& homicidia commiſſa in ſuo territorio. Sed pone ꝙ in villa non ſunt quinq; viri: ideſt patreſfamilias: nũ comprehendatur in dictis conſtitutionibus? Dicas ꝙ nõ: quia ad eſſe vniuerſitatis caſtri, vel villæ requiruntur quinq;. vt. C. de teſta. l. fi. ſm Bal. in. c. i. in. ii. col. circa prin. ibi, Quęro quot homines, extra de electio. vbi dicit: Si ſtatuto cauetur, ꝙ villa teneatur emendare damna commiſſa in ſuo territorio: & in villa nõ ſunt quinq; viri: ideſt patreſfamilias, non comprehẽditur in ſtatuto. Quod nota ad dictas conſtitutiones: quia poſſet ex facto incidere in aliqua villa, quæ haberet territorium proprium,& ſeparatum: & in ea non eſſent quinq; patreſfamilias, ſicut quandoq; vidi. Nã illa nõ comprehenderetur in dictis conſtitutionibus per prædicta.

Commentarius. LXXIX.

QVæro abs te ad materiam cõſtitutionis regni, Grandis vtilitas, ſub rubrica de pœna contumacię in criminalibus cauſis, num bannitus propter contumaciam ſit infamis? Dicas ꝙ non: quia bannum eſt interlocutoria: & poteſt mutari, ſeu emendari. l. diuus. ff. de cuſto. reo. & immediata cauſa banni eſt contumacia. Nam contumacia examinatur ſeorſum a crimine: non imponit terminum liti: nec officium iudicis eſt expiratum, cum reſtet id quod principale eſt: ideſt diffinitio cauſę,& terminus pœnę. Verba ſunt Bal. in. c. conſiderauimus, in prima col. ibi, Dicunt iuriſtę de electio. Sed ego non admitterem prædicta in regno ſtante conſtitutione, Pœnam hoꝶ, per quam abſens poteſt damnari, cum ſit effectus per forıudicationem, Hoſtis publicus,& pro mortuo habeatur. Sed dictum Bal. procedit in contumace, qui non poteſt damnari abſens. ita videtur mihi dicendum in iſto caſu.

Commentarius. LXXX.

NOta hunc caſum ad materiam conſtitutionis regni, Vt de ſucceſſionibus, de ſucceſſio. nobil. in feu. Frater meus habebat feudũ: & quia non habebat filios, donauit mihi illud cum aſſenſu regio: quo peracto, naſcitur ei filius ex concubina. Quæritur nunquid iſte tanq̃ poſthumus rumpat donationem? Reſpondet Bal. in. c. innotuit, in. ii. col. de elec. ibi, quæritur extra. ꝙ aut eſt legitimatus per matrimonium,& rumpit: aut per reſcriptum,& non rumpit, quia non ſuccedit in feudo: aut non eſt legitimatus,& tunc abſq; dubio non rumpit, etiam ſi poſthumus ſit: quia non agnoſcitur patri. vt ſing. not. in. l. i. §. i. ff. de contratab.& l. generaliter. §. fi. C. de inſti.& ſubſtitu.

Commentarius. LXXXI.

QVotidie porrigũtur ſupplicatiões,quę expediũtur,& decretãtur ſub iſtis verbis videlicet: Talis iuſtitiã faciat. Quęro igitur abs te quid includant iſta verba? Dicas ꝙ includunt poteſtatem decidendi ſm.Gemi in.c.quoniã,per illum tex.de immu.ec.lib.vi.& Pet.de Ancha.& Imo. in Clem.auditor,de reſcrip.& Pet. de Ancha.in.c. in præſentia in vlti. notab.de proba.& important duo: videlicet vt ſeruetur ordo iudiciarius, & pronuntietur de iure ſm Ang.poſt.Glo in auten.de hære.& falci.§.exhæredatos.Refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.i.xvi.col.ibi. Et ſi dicatur facias iuſtitiam,extra de conſtitu.quæ notabis in actu practico, vt ſcias virtutem, & importantiã dictoꝝ verboꝝ.& quotidie(vt dixi)hoc ex facto incidit.

Commentarius. LXXXII.

QVãuis ſit licitum capere debitorem fugientem propria authoritate:non tamen eſt licitũ illũ retinere niſi per.xx.horas: alias ſi vltra retineatur,dicitur retinens committere priuatum carcerem.ita Bar.per illum tex.in.l.cap te quinto.ff.ad.l. Iuliam de adul.Bal. in auten.immo.C. de actio.& obliga.refert,& ſequitur.d.Iaſ.inſti.de actio.in prin.in.xii.col. Quod not.ad cap.regni,Contra effrenatas,de quo ſupra in eiſdem Commentariis diſſeruimus, Commentario.x.& xlix.&.lxv. & in Singul. noſtris in formis, Sing.xxix.

Commentarius. LXXXIII.

EX quo in regno mulieres iure Longobardo viuentes, nõ poſſunt cõtrahere ſine conſenſu mundualdorum. Quæro abs te, num poſſint abſq; conſenſu eorum contrahere matrimonium? Dicas ꝙ ſic: quia ius illud Longobardorum,& conſtitutiones regni il ud approbantes, debent intelligi de contractu, qui fit circa res,& bona:non autem de contractu, qui fit circa perſonam.ita Bar.in.l.in copulandis per illum tex.C.de nup. Refert,& ſequitur.d.Iaſ inſti.de actio.§.omnium, in.ix.col. Et hoc verbũ not.ad intellectum illius iuris Longobardi.

Commentarius. LXXXIIII.

QVamuis regulariter tenentes res alienas, nõ teneantur illas reſtituere,niſi probantibus de iure ſuo.vt.l.res alienas,quæ eſt.l.vltima.C. de reiuen. Attamen ſi actum ſit reiuendicatione contra eum, qui negat ſe poſſidere,cum in veritate poſſideat,ſi conuincitur de mẽdatio, quia actor probet eum poſſidere:debet talis poſſeſſio incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri,etiam nihil de ſuo iure probantem.tex.eſt notab.in .l.fi.ff.de reiuen. De quo vide mirabiliter per Panhor.in.c.pen.in.vi. col. de iuram.cal.vbi ponit quot requirantur ad hoc,vt fiat hæc tranſlatio poſſeſſionis in ipſum agentem.Sed aduerte:quia.d.l.fi. procedit quãdo reus negaret ſe poſſidere:ſecus autem ſi reſpondens libello,diceret:Nego narrata,prout narrantur,eſſe vera:prout hodie communiter dicitur.Quia tũc

per talem negationem non diceretur negare ſe poſſidere: eo quia per talem negationem videtur negare id quod eſt ſubſtantia libelli: non auté eius circunſtantia. Iſtud fuit notabile dictum Bar. & nunq̃ delendum memoria in.l. ſi dubitetur.§. ita demũ.ff.de fideiuſſo. Et hoc perpetuo notat quia vtiliſſimum eſt in actu practico: vt conuentus nunq̃ neget ſe poſſidere, ne incidat in pœnam.d.l. fi. ſed ſimpliciter neget narrata in libello, prout narrantur, eſſe vera. & dicit ibi Imo. alias ſe fuiſſe bene lucratum de dicto iſto. & hoc etiam ſequitur ipſe Imo. in.l. ſed hoc ita.ff.de re iudica. Refert, & ſequitur.d. Iaſ.in.§. omnium.xix.col. circa prin.inſti.de actio. Quę reportáda ẽt abs te cẽſeo omnino ad cõſtitutioné regni, Reiuẽdicatione conuẽtus, ſub rubrica de reſignanda poſſeſſione, & reiuẽdicatione.

Commentarius. LXXXV.

TAmetſi hodie in regno non requiratur libellus, ſed loco eius ſufficiat talis qualis petitio, vt reus ſciat deliberare, an velit cedere, vel contendere ſm regiam nouellam pragmaticam primam in ordine, cuius eſt initium: Diſpẽdia litium. nihilominus in dicta tali quali petitione ſemper eſt diligenter aduertendum ad concluſionem, & non ad narrationẽ ſm Ange. A re.inſti.de actio.all. Inno.in.c.ſuper literis, extra de reſcrip. & Bar.in.l Aurelius.§. Sticho.ff.de libe.lega. & ibi Bar. dicit: ꝙ ex concluſione libelli apparet qualiter præcedentia intelligantur. & Inno.in.d.c.ſuper literis dicit: ꝙ quando vnum narratur in libello & aliud concluditur: ꝙ iſto caſu potius debet inſpici concluſio. Et illud dictum Inno. refert etiam Bal.in.l.edita in repe. Paduana, in.xi.col.C.de eden. & Ang.in conſi.xxv. cuius eſt initium: Pro deciſione quæſtionum in prima col.in fi. Quod notabis perpetuo in actu practico.

Commentarius. LXXXVI.

CIrca materiam.l.fi.ff.de reiuen. & conſtitutionis regni, Reiuendicatione conuentus, de quibus ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario.lxxxiiii. plene diſſeruimus, volo ꝙ aduertas: ꝙ eo ipſo ꝙ reus conuentus reiuendicatione, negat ſe poſſidere, debet actor eſſe cautus, & petere a iudice, ꝙ mittatur in poſſeſſionem illius rei tanq̃ vacantem: & debet iudex illum mittere. ita dicit Ang. ſe practicaſſe in.d.l.fi. & refert, & ſimpliciter ſequitur.d. Bartholame. Veron. in Cautela ſua.ccxxxv. & .d. Iaſ.inſti.de actio.§.omnium, col.xviii.

Commentarius. LXXXVII.

NE tradas obliuioni hoc ad materiá, de qua per Inno.in.c. quia pleriq; de immu. eccle. vbi tractat materiam reſtitutionum. & ad materiam.c.omnis vtriuſq; ſexus de pœni. & remiſſio. & per totum illum titulum. Quidam fuit inſtitutus hæres in teſtamento minus ſolemni, vel ei fuit legatum quicquam: puta centum: quapropter alius proximior ſucceſ

ſit ab inteſtato. Quæro proinde abs te, num iſte ſuccedens ab inteſtato te neatur aliquid dare in foro conſcientię hæredi inſtituto in teſtamẽto mi nus ſolemni, vel legatario. Bald. in. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris, & facti igno. per Glo. notab. ibi tenuitq; non. & idem ſequuntur ibi Fulgo. & Pau. de Caſt. contrarium tenet Ioan. de Imo. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. i. & ibi vide. d. Alex. idem tenet d. Anto. de But. in. c. nouit. in. xii. colũ. de iudi. & in. c. qa pleriq; de immu. eccle. refert, & ſequit. d. Iaſ. inſti. de actio. §. ſed iſte, col. xxix. circa prin. ibi, An autem ſuccedens.

Commentarius. LXXXVIII.

Dixi in Cautelis meis in formis, Cautela. xli. cuius eſt initium: Filius tuus cõmiſit: q proſcripto filio non poteſt fiſcus extendere manus ad bona ipſius, nec caſtrenſia, nec quaſi: ſed debent erogari patri. per tex. ſingu. in. l. ſi filius. C. de bonis proſcrip. & habetur in. l. ſi finita. §. ſi de ve-ctigalibus. ff. de damno infec. & idem de peculio aduentitio: quia etiam debet erogari patri, & non fiſco. l. iii. §. ſed vtrum. ff. de mino. & per Iaſ. in. l. ſi quis iniquum. §. ſi filius meus, in. i notab. ff. quod quiſq; iur. & per Ange. de Are. inſti. de actio. § actiones autem, per tex. quem dicit ad hoc eſſe ſingu. in. l. iii. C. de ſenten. paſ. & corrupte alle. quia eſt in titu. de bon. pro-ſcip. C & ibi Bal. dicit illum tex. non eſſe alibi in iure. idem tenet etiam Bal. in repe. l. de quibus, in. iii. col. ff. de legi. & illum etiam reputat ſingu. Ioan. de Imo in. d. § de vectigalibus ſm. d. Iaſ. in. d. §. actiones autem. col. x. Sed quæro abs te quid econtra? Num publicatis bonis paternis iuxta cõſtitutionem regni, Grandis vtilitas, ibi fiſci noſtri commoditatibus acq rãtur, publicetur ẽt peculium profectitium in præiudicium filii? Dicas q non ſm Areti. in. d. § actiones autem. per tex. quem ad hoc reputat ſingu. in. l. iii. §. ſed vtrum, in fi. ff. de mino. & illum tex. Bar. ibi ante fi. dicit bene eſſe notan. & ſe neſcire alibi. illum etiam habet pro vnico, & ſingu. Ioan. de Imo. in. d. §. ſi de vectigalibus. Et de hoc ibi per Bar. in. vi. colũ. & per Bal. in. l. penul. C. qui bon. cede. poſ. & in. l. penul. in. x. col. C. de bo. autho. iud. poſ. Quæ notabis diligenter ad dictam cõſtitutionẽ, Grãdis vtilitas.

Commentarius. LXXXIX.

Quamuis per regiam nouellam pragmaticam, Odia, debeant cauſę inter coniunctos, vt ibi, compromitti: tamen in calce ipſius excipiũtur nonnulli caſus: & inter cæteros quando eſſent ſententiæ. Sed pragmatica non habet locum etiam in iſto caſu, quando pars quæ habet ſenten-tiam pro ſe renuntiaret ſententiæ, & faceret compromiſſum, non obſtante illa ſententia. ita. d. Iaſ. in. l. poſt rem, in. ii. col. in princi. ff. de tranſac. & plenius per eundem in. l. ſi diuerſa in penul. col. circa fi. ibi. Nota etiã diligenter. C. eo. titu. quod not. ad dictam pragmaticam.

Commentarius. XC.

NOta perpetuo vnum ſingulare,quod video in practica paſſim vbiq; male ſeruari. Eſt cõdemnatus Titius in centum Semptonio ex cauſa mutui,vel ex quauis alia legitima cauſa,non cuto:quapropter habet Titius ſic condemnatus de iure communi quadrimeſte ad ſoluendum poſt ſentẽtiam.l.ii.&.l.fi.in prin.C.de vſur.rei iudicatæ.Bar.& Bal.in.l.exequutorem.C.de exequu. rei iud.vel eſt factum eidem Titio præceptum tãquã in confeſſum,nulla interueniente alia ſententia,ꝙ infra.x.dies ſoluat dicta centum,iuxta.l.ſi debitori.ff.de iudi.Iſto caſu aduerte:ꝙ ad hoc vt ipſe Titius condemnatus habeat quadrimeſte ad ſoluendum:& ſic ꝙ gaudeat iſto iuris beneficio,requiritur ꝙ ſatiſdet de quantitate debita ſoluẽda tempore ſtatuto: alias non præſtita ſatiſdatione, poterit interim infra dictum tempus,de quo ſupra,fieri exequutio contra eum : & poterit capi perſonaliter,et carcerari ſi non ſatiſdet.ita ſingu.Bat.in.d.l.ſi debitori,per illũ tex.ff.de iudi.Bald. in.l.fin.§.i.C.de exequu.rei iudi.d.Abb.in.c.quo ad conſultationem, in. viii.colũ. de re iudi. vbi per hoc infert ad vnum notabi.dictum,de quo ibi per eum. Refert, & ſequitur.d. Iaſ.in.l.ſi arrogator,in penul.colũ.circa fin.ibi,Secundo aduerte.ff.de adop.Quod nota in actu practico : licet (vt dixi) viderim in iudicio male vbiq; ſeruari, & credo ꝙ per inaduertentiam.

Commentarius. X C I.

PRinceps conceſſit quoddam magnum priuilegium multas continẽs gratias,immunitates,& prærogatiuas mihi,& omnibus deſcendentibus meis tam maſculis,q̃ fœminis.Quæro an filiæ maritatæ gaudeant huiuſmodi priuilegio?Dicas ꝙ non:quia cum fuerint nuptæ : ac per hoc mutauerint ſtatum : & ſortitæ fuerint forum viri.l.mulieres.ff.ad munici.non debent gaudere tali priuilegio.ita ſingu.dicit Bat.in.l.quoties.C. de priuile.ſcola.lib.xii.&ita tenet Ange.& Ioan.de Platea in.d.l.quoties. & Ludo. Ponta.in.l.cum quidam puella,in prin.ff.de iuriſdi. om. iudi. & in.l.i.in prin.ff.ad Sylle.& dicit Brixien.in ſuo indice,immo mauis repertorio,in dictione Poſteri:ꝙ iſtud dictum Bar.eſt bene ſing.& ꝙ ita alias fuit iudicatum.Licet iſtud dictum reprobet ſolus Alex.in.d.l.cum quædã puella,in prin.in finali col.Sed tene quod ſupra dixi propter authoritatẽ Barto. & tantorum patrum. quos refert, & ſequitur. d.Iaſ.in.l i. in vlti. col.ff.de conſti.prin.Quæ portare congruenter poteris ad conſtitutionẽ regni,In aliquibus,de ſucceſ.filio.comi.vel baro.vt non ſolum filiæ fœminæ,extantibus maſculis,non ſuccedant in bonis patris ſi fuerint maritatæ, & dotatæ:ſed nec in quæſitis per patrem ex priuilegio conceſſo patri pro ſe, & omnibus deſcendetibus ſuis tam maſculis,q̃ fœminis,per ſupradicta,quando fœminę ſunt maritatę.

Commentarius. X C I I.

PONe ꝙ Archiepiſcopus Salernitanus deliquit in dioceſi epiſcopi Caputaqueñ.ſui ſuffraganei:an ſit effectus de foro epiſcopi:Reſpondet Bald.poſt Inno.in.c.cum inferior,de maio.& obe.ꝙ non:quia minus dignum cedit magis digno.Et eſt mirabile ſm Bal.ibidem:ꝙ ratione delicti quis non ſortiatur forum,& ſequuntur moder.Ferrarieñ.ibi in.i.& .ii.col.Addentes Archi.& Gemi.in.c.i.iii.q.vi.vbi quicquid dicat, ibi Glo.concludunt:Si Archiepiſcopus delinquit in dioceſi ſui ſuffraganei, dicitur delinquere infra terminos ſuæ iuriſditionis.& ideo condemnandus eſt coram Patriarcha,vel Papa,per.c.ſubmittitur.xxi.d.Nota ad limitationem illius regulę,quæ ſe habet:ꝙ ratione delicti quis ſortitur forum.de qua in.c.licet ratione delicti:quod eſt.c.fi.extra de foro compe.cum aliis ſimil.vt non procedat in Archiepiſcopo delinquente in dioceſi ſui ſuffraganei:per duas rationes quæ colligi poſſunt ex prædictis.Prima,quia minus dignum cedit magis digno.Secunda,quia non dicitur delinquere extra terminos ſuæ iuriſditionis.

Commentarius. XCIII.

NOta tu aduocate,ne fideiubeas pro clientnlo tuo:quia ex hoc videris redemptor litis.ff.manda.l.remunerandi.§.Mautius.vbi dicitur ꝙ talis aduocatus ſoluens pro tali,non habet actionem mandati, & non eſt alibi ſm Bald.in.c.ex parte, extra de poſtu.

Commentarius. XCIIII.

CLerici tam in maioribus,ꝙ̃ in minoribus ordinibus conſtituti, non poſſunt deponere in ciuilibus cauſis coram iudice ſeculari,niſi habita licentia in ſcriptis a ſuo prelato.ita dictat Ritus magnæ curię vicariæ, cuius eſt initium:Item ꝙ clerici.Sed ego amplio tibi illum Ritum,vt nõ ſolum non poſſint clerici deponere coram iudice ſeculari ſine licentia ſui prælati in ſcriptis data,vt ibi iuncta ſupraſcriptione:ſed nec coram iudice non ſuo,etiam eccleſiaſtico.ita Bald.in.c.i.in.ii.col.extra de iuramen.cal.vbi ex illo tex.in verbo prælato ſuo,dicit nota optimum tex.ꝙ ſi clericus Papienſis fert teſtimonium coram extraneo epiſcopo ſine licentia proprii epiſcopi,non valet iuramentum, ergo nec teſtimonium. Quod dicit eſſe memoriæ commendandum.

Commentarius. XCV.

QVæro abs te de vno, quod video paſſim vbiq; male ſeruari tam in curia eccleſiaſtica,ꝙ̃ ſeculari.Num clericus ſiue actor, ſiue reus, debeat iurare de calumnia:Bald.poſt Inno.in.c.i.in vlti.colũ.in prin.de iura.cal.concludit ꝙ non: quia in iudiciis peieratur facile propter affectionem vincendi.ff.ad.l.falci.l.in ratione.§.quidam:licet ſecus ſit in contractibus.vt ibi etiam per eundem Bald.poſt Inno.

Commentarius. XCVI.

NOn loquor in terminis regiæ nouellæ pragmaticę, Quinta die, p quam reſpondeť ſuper poſitionibus per verbum credit, vel non credit: ſed loquor inſpecta iuris communis prudentia, ſm quam in curia eccleſiaſtica eſſet cõuentus clericus per laycum, & fuiſſent factæ poſitiones ſuper quibus petit laycus dictum clericum reſpondere medio iuramento, num teneatur reſpondere ſub iuramento? Bald. in. c. i. in. ii. col. de iura. cal. not. ar. ex illo tex. ꝙ clerici, præſertim beneficiati, non tenentur reſpondere poſitionibus ſub iuramẽto: quia ex peiurio deponerenť, & ſic punirenť vltra periculũ litis motæ: & eſſent impoſitę clericis inſidię: & layci eſſent cõtenti de hoc. Quod nota, quia etiã hoc vidi male ſeruari vbiꝗ;

Commentarius. XCVII.

ADde ad materiam poſitionum, de quibus ſupra in eiſdem Commẽtariis, Commẽtario. xxiii. diſſeruimus, iuxta regiam nouellam pragmaticam, Quinta die: ꝙ interdum non eſt reſpondendum ſuper interrogationibus. ſ. quando in neutram partem poteſt reſpõderi ſine præiudicio iuris ſui: quia iſta dicitur interrogatio captioſa. De hoc habes duas Glo. notab. ff. de exceptio. rei iudi. l. ſi a te. ff. de. iureiur. l. qui iuraſſe. §. ſi pater ſm Bal. in. c. cum cauſam, in vlti. col. ad fi. extra de iuramen. cal. Et quando intelligatur poſitio captioſa, poſui vnũ exemplum in dicto. xxiii. Cõmentario. Nota ergo ad dictam regiam pragmaticam, Quinta die.

Commentarius. XCVIII.

NVllus dubitat, quin dilatio ſit communis vtriꝗ; litigatorum: niſi alter renunciauerit dilationi, vt. C. de tempo. in integ. reſt. l. petendę. Sed q̃to qd de ꝓductione teſtiũ & inſtrumentorũ, nũ etiã illa ſit cõis? Dicas ꝙ ſic. Glo. eſt ſing. in. l. i. § Editiões, in fi. magnæ Glo. ff. de eden. ſm Bal. in. c. pręterea, in antepen. col. circa fi. extra de dilatio. Quod nota.

Commentarius. XCIX.

DIxi in Problematibus meis, Problemate. xlvi. cuius eſt initium: Hic caſus: ꝙ probans ſe ſoluiſſe tribus annis immediate pręteritis canonem: pręſumitur etiam in præteritum ſoluiſſe vſꝗ; ad. xl. annos, & vltra: per tex. valde ſingu. de tributo loquentem: quem Bar. ibi inducit ad emphitheotam in. l. quicunꝗ;. C. de apo. pub. lib. x. cum aliis ibi alle. non parum multis. Sed ibi dictis adde Bal. in. c. literæ. in vlti. col. ad fi. ibi: Quæro vtrum ille. extra de dila. vbi poſt Ioan. An. ibi dicit: ꝙ ille, qui ſoluit penſionem per triennium proxime pręteritum, pręſumitur ſoluiſſe per ſe ptẽniũ, & vltra: videlicet pro toto tempore pręterito quo ſoluere debuit, ſiue loquamur in emphiteota, ſiue in ſimplici colono, ſiue in cenſuario. & ſimiliter ſi quis ſoluit collectas in communi per triennium proxime ꝓteritum, ſiue per tres collectas annuales, præſumitur ſemper ſoluiſſe, niſi ꝯtrariũ ꝓbeť. all. d. l. qcunꝗ;. C. de apo. pub. lib. x. quã dicit eẽ Aureã. ppea

cũ ſit

tũ ſit Autẽa ſm ipſum,deb et nõ immerito perpetuę memorię cõmẽdari.

Commentarius. C.

Velim te perpetuo reportaturum hoc ad conſtitutionem regni, cuius eſt initium:Circa violentiarum pœnas,ſub rub.de reſti.poſſe. quod not.Bal.ex illo tex.in verbo integre.in.c.conquerente. in prima col.extra de reſti.ſpolia.vbi dicit per illum tex.ꝙ vſq; ad vltimum quadrãtem tam poſſeſſionis,q̃ fructuum debet ſpoliatus in integrum reſtitui ante omnia: & ſi vnus nummus deficeret, non tenetur in aliis reſpondere. Quod eſt notan.ſm eum ibi:vbi idem putat de expenſis litis. Et ſi iudex reſeruauit ſibi taxationem:oportet taxari,& reſtitui anteq̃ ſpoliatus poſſit conueniri.Sed ego vlterius addo prædictis vnum notab. & originale verbũ Vincentii de offi dele.c.venerabili. Quem refert ibi Ab. Panhor. in ſecunda col.ad fi.ꝙ ſpoliatus non ſolum debet prius reſtitui anteq̃ impetatur:ſed debet ſtare tanto tempore in pacifica poſſeſſione, quanto tempore ſtetit ſpoliatus.& dicit Ab.ibi videri probari hoc.iii.q.ii.c.i.&.c.tamdiu.Quod tamen limita,& intellige vt ibi per eum.Manda memoriæ ad dictam cõſtitutionem,Circa violentiarum pœnas.

Commentarius. CI.

Quæro abs te, num vulnerans mortuum teneatur pœna, de qua in conſtitutione, Siquis aliquem, de percuſſione illicita cum arm's. Dicas ꝙ non.quia mortuus non moritur,nec vulneratur. vt not.in .l.i.C. qui accuſ. non poſ. &.ff. de manu. teſ.l.qui duos. per quæ ita tenet Bal.in rub.extra de vita,& hone.cle.in prima col. circa prin. Quod nota ad dictam conſtitutionem,Siquis aliquem. Attamen non nego quin extra ordinem puniatur,vel actione iniuriarum.

Commentarius. CII.

Item quæro abs te,num ſit licitum clericis,vel prælatis noua caſtra,vel munitiones facere? Dicas ꝙ ſic: niſi ſint ſuſpecti de æmulatione, vel guerra ab eis mouenda.de reſti.ſpoli.c.Piſanis per Inno.ita Bal.in.c. clerici.i.de vita,& honeſt.cle.in.i.col.quod reportandum abs te cenſeo:& reponendum ad conſtitutionem regni, Caſtra, munitiones, & turres, ſub rub.de nouis ædificiis. & ad conſtitutionem ſequentem, cuius eſt initium: In locis Demanii,ſub rubrica de prohibita in terra Demanii conſtructione caſtrorum.Et ſimiliter dicimus de refectione caſtrorum inhabitatorum.Quod eſt notan.ſm Bal.vbi ſupra.

Commentarius. CIII.

Iterum quæro abs te: aliquis adulterauit vxorem alterius: & offenſus econtra adulterauit vxorem illius.Num hoc genus vindictæ ſit licitũ? Reſpõdet Bal.in.c.clerici.i.in.ii.col.verſ.ſed quid ſi aliquis.de vita,& honeſt.cle.ꝙ non:quia tangit alium q̃ offenſum. & iniquius fieret ſtatutum

ſi hoc permitteret.& duplex iniquitas non eſt tolleranda.ar.in.l. ex facto .ff.de vul.ſub.quod nota ad conſtitutionem regni, Si maritus, de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ.& ad conſtitutionem,Maritum,de pœna mariti: vbi adulter aufugit. Et ad conſtitutionem, Maieſtati noſtræ, de adulteriis coercendis.alias eſt de priuilegiis eccleſiarum.

Commentarius. CIIII.

NOta venales ſententias, & proceſſus non tenere: quod verum eſt in proceſſu iudicum. Sed proceſſus arbitri, vel arbitratoris tenet. Sed datur exceptio:quod eſt verum in arbitro:qui ſpōte eligitur. Sed ſi eligitur de neceſſitate, qui vocatur arbiter iuris, idem eſt in eo quod in quocunq; iudice:vt proceſſus venalis & ſententia venalis ſit nulla ipſo iure.Et hoc eſt bene notandum ſm Bal. qui prædicta tenet poſt Inno. in.c.Cum ab omni.in prima col.extra de vita, & hone.cle.quia ſm eum ibi, arbitri ſæpe committunt has baractarias: cum plerunq; ſint viles perſonę.Et hoc repone ad regiam nouellam pragmaticam, Odia litium. ex cuius forma arbitri electi dicuntur arbitri iuris,per ſupradicta.

Commentarius. CV.

QVia,vt in præcedenti Commentario diſſeruimus, ſententiæ venales,& proceſſus venales arbitrorum,qui eliguntur non ex voluntate,ſed ex neceſſitate,qui dicuntur arbitri iuris, non valent ipſo iure. Quæro abs te,num indiſtincte ſit verum hoc in regno?Tu diceres q ſic, per ſuperius poſita in dicto præcedenti Commentario. Sed in contrarium eſt veritas.Nam hodie ex prouiſione regiæ pragmaticæ, Odia litium, habēt arbitri ipſi pro eorum ſalario quintam partem trigeſimæ quæ iudicibus olim ſoluebatur.Et bene.Nam dicit Bal.in.c.cum ab omni, in vlti.col.de vita,& hone.cler.q licet alias non debeantur iudicibus ſportulæ ex promiſſione partiū:tamen ex legali diſpoſitione bene poſſunt deberi, prout debētur ex dicta regia pragmatica.& ſunt taſſatæ vt ibi,vt legitur, & not. in.§.tripli.inſti.de actio. Manda memoriæ,ſi ſapis.

Commentarius. CVI.

QVæro adhuc ad materiam arbitrorum, qui eliguntur ex forma regiæ pragmaticæ,Odia litium, de quibus in duobus præcedētibus Commentariis diſſeruimus:num a ſententia iſtorum arbitrorum aſſumptorum de mādato dictæ regiæ pragmaticæ poſſit appellari?Dicas q ſic: licet ſint meri arbitri ſm Bal. in.c.irrefragabili.§.cæterū, in vlti.col.verſ. Et vnum ſcias.extra de officio ordi.quod dicit eſſe notan.pro ſtatutis terrarum Italiæ,quæ compellunt partes, vel iudices ad electionem arbitrorum. Nam ab eorum ſententiis poteſt appellari ſm Bar. qui ita not. in.l.d. §.interdum.ff.a quib.appel.non licet:quia ex eorum ſententia naſcitur actio iudicati. Attamen licet iſta procedant inſpecto iure communi:nihi-

lominus animaduertendum eſt in caſu dictæ regiæ pragmaticæ: vt non poſſit ex forma illius appellari a ſententia arbitrorum. Nam ſi aliqua partium ſenſerit ſe grauatam a ſententiis, vel laudis prædictis eſt inducta certa forma ſpecifica per aliam regiam pragmaticam ſequentem, cuius eſt initium: Et ſi aliqua partium, ſub rub. de reclamatione laudi, ſiue ſententiæ arbitrorum. Vnde aduertas circa prædicta ne decipiaris in actu practico.

Commentarius. C VII.

TV ſcis concluſionem meam, quam tenui in Singularib. meis in formis, Sing. xli. cuius eſt initium: Multum intereſt. vbi concluſi, Actionem iniuriarum iuxta terminos conſtitutionis regni, Varietates pœnarum, ſub rub. de cōſideratione iniuriæ, tēporis, & perſonæ, eſſe ciuilem: tametſi pœna, in qua condemnatur iniuriam inferens, pro duabus partibus applicetur fiſco: & pro tertia perſonæ offenſæ. & allegabam ibi Glo. vnicam, & ſing. ad hoc in dicta conſtitutione, in Glo. i. in fi. ibi, Sequens conſtitutio loquitur. Stante igitur prędicta cōcluſione pro vera prout eſt: ꝙ actio iſta iniuriarum in terminis dictæ conſtitutionis ſit ciuilis. Quæro abs te de vna quæſtione, cuius deciſio videbitur tibi (vt ingenue fatear) prima frōte mirabilis, num conſanguineo agente iniuriarum contra conſanguineum ſm formam dictæ conſtitutionis, Varietates pœnarum, ſit locus cō promiſſo ex forma regię pragmaticæ, Odia litium, inſtantibus ambobus conſanguineis, vel eorum altero iuxta terminos ipſius pragmaticæ. Et an iudex poſſit tale compromiſſum impedire, vel prohibere? Iudex latrunculator, qui adiecit oculos ad illas duas partes applicandas curiæ in caſu cōdemnationis impediret, vel prohiberet huiuſmodi compromiſſum: & adduceret forte ad ſuam malitiam colorandam duas rationes aliquātulum prima fronte apparentes. Prima eſt, quia reſpectu dictarum partium duarum applicandarum curiæ, cauſa huiuſmodi dicitur criminalis: vt colligitur ex verbis Bal. in. l. i. in. iiii. col. C. de iudi. ſi criminalis, ergo meri imperii, ergo non poteſt compromitti. Secunda, licet accuſatio iniuriarum ſit priuatum crimen: tamen quando agitur ad vindictam publicam habet inſtar publici iudicii. vt ſing. not. ff. de itine. actu. ꝙ pri. l. licet in populare poſt prin. facit inſti. de iniur. §. pœna. His tamen non obſtantibus, concludo in caſu noſtro eſſe locum compromiſſo ex forma dictæ pragmaticæ, dummodo petatur ante termini dationem, iuxta terminos ipſius ad probandum. Ita Bal. expreſſe in. c. irrefragabili. §. cæterum, in vlti. col. circa prin. extra de offi. ordi. vbi cōcludit: ꝙ quando actum eſt ciuiliter iniuriarum, debet cauſa compromitti. Sed in caſu propoſito eſt huiuſmodi, vt ſupra deductum eſt, igitur &c. Non obſtat prima ratio: quia negatur aſſumptū, ꝙ cauſa ſit criminalis reſpectu duarum partium applicandarum curiæ in terminis dictæ conſtitutionis propter dictam Glo. vnicā, & ſing. in dicta

conſtitutione:confirmatur iſta concluſio. Nam (vt ſuperius dixi) compromiſſum debet peti ante terminum ad probandum: ſed eo tempore, & vſq; ad condemnationem excluſiue curiæ nihil debetur, cum nihil ſit acquiſitum iniuriā paſſo. Glo. eſt elegans in dicta conſtitutiõe in verbo eius ad fi. Nec etiam obſtat ſecunda ratio: ꝙ videatur agi ad vindictam publicā: ac per hoc habeat inſtar publici iudicii: quia negatur etiam aſſumptum in terminis dictæ conſtitutionis: in quibus agitur ciuiliter. vt per. d. Glo. vnicam, & ſing. Sequitur ergo: ꝙ cum cauſa ſit ciuilis, debet omnino locus eſſe compromiſſo ex forma dictæ regiæ pragmaticæ. & ita concludo.

Commentarius. C V I I I.

DIctat Regula cancellariæ apoſtolicæ. xxxiii. in ordie cuius eſt initiū: Item ſtatuit, poſſidentem beneficium pacifice per triennium, habere præſumptionem iuſti tituli. Tunc quæro abs te, quis dicatur eccleſiam pacifice poſſidere? Reſpondet Bal. in. c. eccleſia veſtra, in vlti. col. verſ. quæro quis dicatur, extra de electio. qui poſſidet pacifice temporalia, & ſpiritualia: vel ſpiritualia tantum: vel maiorem partem. vt not. in. c. commiſſa, de electio. lib. vi. in Glo. quid ſi. ar. ff. de contrahen. emptio. l. domum quod dicit eſſe bene notan. Sed tu vide latius per Glo. in. d. regula cancellariæ ibi. Item in quantum hic dicitur pacifice: vbi plenius proſequitur, quādo dicatur aliquis pacifice poſſidere. Et hæc notabis ad dictam regulam. de qua ego, & eius intelligentia diſſerui in Cautelis meis in formis, Cautela lxiiii. cuius eſt initium: Regula cancellariæ apoſtolicæ.

Commentarius. C I X.

IN Dialogis meis, Dialogo. lxxiiii. cuius eſt initium: Quidam monaſterium ingrediens, concluſum fuit ingredientem monaſterium poſſe ſibi facere pactum, ꝙ poſſit diſponere de parte bonorum ad hoc ſolum: vt de eis poſſit teſtari, vel contrahere. & ꝙ hoc non repugnat regulę: quia fit permittente abbate. ita ſing. Bal. in. c. in pręſentia, col. penul. verſ. ſed. extra de proba. cum aliis nō parũ multis allegatis per me in. d. Dialogo. lxxiiii. Nunc autem quęro abs te, quid ſi monachus in profitendo proteſtetur: ꝙ intendit tenere vſum ſuorum bonorum, num vitietur profeſſio? Bal. in. C. Cumana, ī. ii. col. circa medium ibi. Item not. ꝙ ſi monachus, extra de electio. tenet ꝙ non: quia non eſt contra ſubſtantiam monachatus, ꝙ nō habeat proprium: ſed ſolum ex conſtitutione eccleſiæ. hoc eleganter not. Archidi. xxxii. d. c. ſolet. Et hoc eſt memoria dignum: & quotidie poſſes interrogari: & ſi ſciueris reſpondere, mirum in modum commendaberis.

Commentarius. C X.

APerti quidem iuris eſt, vaſſallum, vel emphiteotam non poſſe alienare: id eſt vendere, & tradere domino inconſulto. & ſi hoc facit, cadit de iure ſuo. Quæro tamen abs te, num poſſit hoc periculum effugere

proteſtando,& reſeruando conſenſum domini? Dicendum videtur,ꝙ nõ: quia non intelligitur dominum contemnere,qui eius conſenſum reſeruat,aliter non facturus. Et ita concluſum eſt in Dialogis meis, Dialogo .viii. cuius eſt initium: Vaſallus vendidit. vbi tamen de veritate,remiſſum eſt ad ea quę late diſputat.d. Feli.in.c.quę in eccleſiarum,colũ.xxxv.verſi. Quinta declaratio,de conſti.& ad alia non parum multa per me ibi alle. Attamen in themate propoſito in pręſenti Cõmentario Bal.in.c. Cumana,in.ii.col.circa fi.verſi. Et prędicta faciunt ad quęſtionem,extra de electio. dicit ꝙ in facti executione: ideſt poſſeſſionis traditione, fit durior conditio domini: ac per hoc huiuſmodi proteſtatio tanꝗ fraudulenta,vel ſimulata,non valet: quia non ex bona fide res geritur,vt not.in.l. ſi ita qs .§.ea.l.ff.de verbo.ob. Sed ſi non eſſet proceſſum ad actum facti: ſed ſtatur in finibus verbi puta venditionis,& actus precarii: tũc proteſtatio eſſet valida,& ſecura. Et hęc notabis ad conſtitutionem regni, Cõſtitutionem diuę Memorię,de prohibita feudoꝝ,& rerum feudalium alienatiõe in actu practico: quia poſſent quotidie tibi ex facto incidere.

Commentarius. CXI.

PEr cap.regni,Tormenta,ſub rubrica de tormentis.& aliud.c.cuius eſt initiũ: Tormẽtis,ſub ſiᷓi rub.expreſſi ſunt certi caſus,in quibus eſt locus quęſtionibus inferendis.& in illis caſibus dicitur in dictis capitulis: ꝙ debent præcedere legitima inditia. Quæ quidem capitula ſunt conformia cum diſpoſitione iuris communis dictantis a tortura, & quęſtionibus non inchoandum.vt in.l.i.ff.de quęſtio.concordat.l.i.C.de exequ.rei iudi.licet illa loquatur in ciuili ſm.d.Hippo.in.d.l.i in.i.notabi. Sed illa duo capitula regni fallunt in aliquibus caſibus: quos proſequitur idem Hippoli.vbi ſupra.in quibus poteſt inferri quæſtio: tametſi nulla præceſſerint inditia. Et inter cæteros caſus eſt hic,quem nunc ſubiiciam: qui ſolet ex facto quotidie incidere: videlicet quando ſtatutum permittit,ꝙ bãnitus per contumaciam de aliquo delicto poſſit comparere, & purgare contumaciam ſuam. Nam tunc ſi talis accuſatus, vel inquiſitus non comparuerit, & fuit poſitus in banno propter contumaciam: ſi poſtea comparet,& velit purgare contumaciam ſuam,poterit poni ad torturam: & interrogari de delicto,de quo fuit bannitus, nullis præcedentibus inditiis. ita voluit Nico.de Matharel.& poſt eum Bal.ibi in.l.i.in.viii.col.C.de hęredi.inſti.quos refert,& ſequitur Fran.Bru.in tracta. ſuo, quem edidit de indi.& tortu.in.xxxv.col.in prin.verſ.addo alium caſum. Et hunc caſum reponas ad conſtitutionem regni,Grandis vtilitas,de pœna contumacię in criminalibus cauſis: & longe aptius ad conſtitutionem,Pœnam hoꝝ, de forbannitis,& foriudicatis circa prin. per quam bannitus poteſt infra annum comparere,& purgare ſuam contumaciam. Nam ſiquidem com-

paruerit,& multò fortius ſi fuerit captus per familiam poteſtatis;poterit ex hoc ſolo,ꝙ fuit contumax,ſubiici quęſtionibus,& interrogari de delicto: tametſi nulla præceſſerint inditia.per ſupradicta, quæ ſunt memoria digna in actu practico:& quotidie ex facto incidunt,vt dixi. |Cæteros caſus vide per Hippo.vbi ſupra.Et adde,ꝙ idem, quod nûc dixi in iſto.cxi.Cõmentario,dixi & in Epitomatibus meis,Epitomate.xci.

Commentarius. CXII.

EX forma conſtitutionis regni,Pœnam horum,poteſt bãnitus, & forīudicatus impune occidi,quia eſt hoſtis publicus.vt ibi dicit tex. ad literam.Sed tunc quæro abs te,num etiam poſſit impune occidi mulier prægnans bannita,& foriudicata?Bal.in.l.imperator.ff.de ſtatu homi. dicit ꝙ non:donec eſt prægnans:quia grauiſſimum facinus committit qui prægnantem occidit.Et ſubdit Io.de Ana.in.c.intelleximus. extra de patrib.qui fil. occid.ꝙ prędicta procedunt,etiam ſi partus eſſet adulterinus, vel licet nondum ſit anima,tamen ſpecies eius eſt.Refert,& ſequitur Hippo.i.l.i.nu.xxii.& xxiii.ff.de q̃ſtio.Qđ nota ad dictã ꝯſtitutionẽ,ne erres.

Commentarius. CXIII.

COncluſimus ſupra in.cxi.Commentario,non poſſe quempiam ſubiici quęſtionibus regulariter,niſi pręcedentibus legitimis inditiis, allegando ibi duo regni capitula.Sed nunc quęro abs te, quid ſi de facto fuit proceſſum ad quęſtiones,& ille ſic tortus,confeſſus eſt delictum , de quo quæritur:num talis confeſſio ſit aliqua,& aliquid operetur?Dicas ꝙ eſt nulla,& nihil operatur,etiam ſi millies eſſet ratificata per ipſum reum ad banchum iuris:quia confeſſio facta per reum in tortura , legitimis inditiis non præcedentibus,& non data copia inditiorum cum termino ad illa purganda,& cum aliis requiſitis per.d.Hippo.in.l.i.ff.de quæſtio. eſt nulla,etiam ſi ſit ratificata ad banchum iuris.ita voluit Glo in.l. quęſtionis,quę eſt.l.pen.ff.de quęſtio.quam ibi ſequitur Bar.& communiter alii. & Ang.in.l.i.C.de confeſ.& Gandi.in tractatu ſuo,quẽ de maleficiis edidit,ſub rubrica de quæſtio.& tormen.in.vi.col.verſi.Item pone ꝙ quidã ex.&c.cum aliis non parũ multis adductis per Hippo.vbi ſupra.nu.xxiiii. Manda memoriæ tu qui vis eſſe aſſeſſor,vel iudex maleficiorum, ne properes imprudenter ad quæſtiones inferendas. Et hæc etiam reportes ad dicta duo regni capitula,Tormenta,& Tormentis.

Commentarius. CXIIII.

DIximus ſupra in.cxi.&.cxiii.Cõmentario,nõ poſſe regulariter quẽpiam ſubiici quæſtionibus,niſi præcedentibus inditiis. Quęro abs te,quid in crimine lęſę maleſtatis,num ſit idem ? Dicas ꝙ ſic. nam etiam in dicto crimine non infertur quęſtio non pręcedentibus inditiis. iſte eſt tex.notab.& ibi Glo.Ci.Bal.& Sali.i.l.ſi quis alicui.C.ad.l.Iul.ma. quod

etiam voluit Ang.de Are.in tractatu ſuo,quem de maleficiis edidit,in verbo: Che hai tradito la tua patria,in primis verbis.licet contrarium videatur innuere Bal.in.l.quicunq; in prin.vlti.col.C.de ſeruis fugi.Refert, & ſequitur Hippo.in.l.i.nu.xxxv.ff.de quęſtio.& in.l.de minore.nu.xiiii. eo.titu.Sed tu dicas hoc eſſe etiam in regno expeditum: vt etiam in crimine lęſę maieſtatis,non ſupponatur quiſpiam quęſtionibus, niſi pręcedentibus inditiis.caſus eſt in regno in.c.Tormentis,ſub rub. de tormentis.Et in hoc deberent mirum in modum cogitare iudices, & latrunculatores noſtri tẽporis.Nam ſi Rex,de cuius perſona,& periculo agitur, principaliter non vult quempiam ſubiici quęſtionibus,niſi pręcedentibus legitimis inditiis.quanto magis deberent hoc obſeruare in aliis criminibus non ita atrocibus iudices viliſſimi reſpectu regis.Sed totum hoc proficiſcitur ab impunitate eorum.Nam ſi in ſindicatu punirentur, vt decet, ſaltem pœna contra eos prodita per capitulum regni,Si iuſte quis,ſub rubri.quod recipiatur appellatio a tormentis. vbi in principio videtur etiã & caſus noſter comprehendi,dum dicitur aut hominẽ tormentauerit vbi non debuit,certe non eſſent ita faciles ad inferendas quæſtiones.

Commentarius. C X V.

TAmetſi in pręcedenti Commentario,& in aliis præcedentibus,vt in .cxi.& cxiii.abunde concluſerimus,non eſſe inferendas quęſtiones non præcedentibus inditiis:tamen limita non procedere prædicta quando procederetur contra inſignem latronem,vel alium malefactorẽ. Ideo dixit notanter Ange.de Are.in tractatu ſuo,quem de maleficiis edidit, in verbo Et veſtem cœleſttem abſtulit,in.ii.char.verſ.& nota bene: ꝙ pro furibus inſignibus non debet iudex pati aliquem aduocare,per.l.omnes.C. de defenſo.ciui.idem voluit Ludo.Roma.in.l. ſi vero.§.de viro. ff.ſolu.ma.in.xlvi.fall.& Barba.in.c.quęrenti,in.x.col.de eff.dele.Refert, & ſequitur Hippo.in.l.i.nu.xxxvii.ff.de quæſtio.Et pro hoc tu habes capitulũ regni in indiuiduo,cuius eſt initium:Eadem magiſtris rationalibus, ſub rubrica de arbitrio conceſſo officialibus.vbi contra inſignes latrones,diſrobatores ſtratarum,incendiarios,violentos raptores,& aliorum ſcelerũ grauium inſolentes, enormiter notabiles,& famoſos,contra quos cõmunis laborat infamia,procedit iudex Deum, & iuſtitiam ſolum habẽs præ oculis,& ipſam puram,& ſimplicem ſubſtantiam veritatis, non obſeruatis capitulis regiis,nec aliqua ſolemnitate iuris,etiam iuris ordine prætermiſſo:licet dici poſſit illud capitulum fuiſſe locale:vid. licet in ciuitatibus Neapolis,& Puteoli,vt ibi dicitur.Sed tu teneas non eſſe locale, cum ſemel annis abhinc tot,quibus fuit editum ſit incorporatum inter capitula regni.Et maxime,quia exempla non reſtringũt regulam iuris: qua diſponitur contra inſignes fures, & delinquentes poſſe procedi ad torturam,

non præcedentibus inditiis,& non ſeruato vſq; quaq; iuris ordine. Et ſi ſimiles delinquentes inſurrexiſſent alibi,adhuc idem ſtatuiſſet legiſlator. vnde dictum capitulum debet extendi ad quoſcunq; ſimiles inſignes delinquentes,ſi non ex vi verborum,ſaltem ex vi rationis,& mentis pręſum ptę legiſlatoris.Hinc proficiſcitur illa alia prouida iuris cenſura,per quã latrones,& diſrobatores ſtratarũ,& alii ſceleſtiſſimi viri omni tpe torquere pñt,ét in feriis ſolẽnibus,de qua in capitulo regni,cuius eſt initiũ:Eadẽ prouida iuris ſanctio,ſub rubrica Quod latrones,diſrobatores,&c.

Commentarius. CXVI.

SEd quid ſi non eſſemus in inſignibus furibus,& delinquentibus, de quibus diximus in pręcedenti Commentario:& eſſet conceſſum iudici arbitrium etiam liberum procedendi contra delinquentes,num poſſit quempiam vigore dicti arbitrii etiam liberi,ſubiicere quęſtionibus non præcedentibus legitimis inditiis? Dicas ꝙ non,immo iudex teneretur in ſindicatu.ita dixit Pau.de Leaza.in.c.Grauis,extra de depoſito,&.d.Alex. in.l.filiusfamilias,in.v.paraphraſi,immo mauis apoſtilla ad Bar.ff.de donatio.Refert,& ſequitur Hippo.in.l.i.nu.xxxvi.ff.de quæſtio. Ex quo infertur corelarie,ꝙ capitulũ regni,cuius eſt initium: Eadẽ magiſtris rationalibus, de arbitrio conceſſo officialibus, cuius meminimus in præcedẽti Commentario,procedit in caſu de quo loquitur: videlicet in inſignibus furibus,& delinquentibus tantum,non in aliis delinquentibus nõ inſignibus,in quibus etiam non poteſt practicari aliud cap.regni, cuius eſt initium:Eadem prouida iuris ſanctio,ſub rubrica Quod latrones,diſrobatores,&c.De quo etiam meminimus in præcedenti Commentario ad finem.Et hæc ſunt memoria digna in actu practico.

Commentarius. CXVII.

IN quantum concluſimus ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario cxi.confeſſionem factam in tormentis,non præcedentibus legitimis inditiis,eſſe nullam,nihilq; operari,ét ſi millies eſſet ratificata ad banchum iuris:per ea quæ ibi in medium attulimus. Amplia prædicta, etiam ſi talis confeſſio eſſet facta pręcedentibus minis, & metu tormentorum: quia metus,& talis ſuſpicio tormentorum æquiperatur torturæ ſm Bald. in.l.iterpoſitas,circa fi.C.de trãſac.quem ibi ſequũtur doc.& voluit Alex. in.l.i.§.diuus.in ſua ad Bar.paraphraſi,immo mauis additione.ff. de quæſtio.Et hoc caſu ita dicitur confeſſio facta per torturam, ac ſi fuiſſet tortus Et ideo Bal.in.l.nouiſſime,in prin.ff.quod fal.tuto.autho.dicit ꝙ paria ſunt confiteri in tormentis,vel metu tormentorum. & ꝙ vult Barba. in.c.ſi cõſtiterit,in penul.col.de accuſa.&.d. Catal.in tractatu ſindicatus, verſi.clxv.& Areti.in tractatu ſuo,quem de maleficiis edidit,in verbo Fama publica,in verſi.poſtq̃ aliquis &c.vbi ſubdit etiam,ꝙ confeſſio dicitur

facta metu

facta metu tormentorum, ſi reus ſit ligatus ad torturam, vel ductus ante eam, vel ſi minæ de eo torquendo præceſſerint. ita dicit voluiſſe Ia. Butri. Ci. & Sali. in. l. ii. C. de cuſto. reo. & Bar. in. d. l. i. §. diuus. ff. de quæſtio. Idē dicit ſi reus ſit ſpoliatus ante torturam, & non ligatus, etiam ſi minæ de torquendo non præceſſerint. ad quod all. Bar. in. d. l. nouiſſime, per illum tex. vbi dicit hoc ſemel habuiſſe de facto Florentiæ. Et idem tenet Gādi. in tractatu ſuo, quem de maleficiis edidit, ſub rub. de quęſtio. & tormen. cum aliis non parum multis adductis per Hipp. qui prædicta refert, & ſequitur in. d. l. i. nu. xlii. & xliii. & xliiii. ff. de quæſtio. vbi tamē in præall. l. i. nu. liiii. temperat prædicta, ſiue limitat, & reſtringit vt procedant in hominibus timentibus torturam, & in perſonis quæ langueſcunt, & cruciantur in tortura, vt multos dicit habuiſſe in manibus, & vidiſſe in magiſtratibus ſuis: ſecus autem in illis qui non timent tormēta ipſa, nedum minas. Sed aduertendum. Nam prædictis obſtare videntur quæ oportune, & abūde concludendo deduximus ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario. lix. cuius eſt initium: Per capitulum regni, vbi allegauimus. d. Ab. in. c. afferte. in. ii. notab. extra de præſump. allegantem exemplum Salomonis: & dicentem illum tex. facere pro iudicibus, qui ad terrorem incutiendum duci faciunt reum ad locum tormentorum: licet non habeant animum torquendi: ſed cauſa veritatis inueſtigandæ. Sed ſi bene conſideres, non obſtant. Nam illa intelliguntur quantum ad hoc, vt iudex ſic faciēs, & ſimulans, non teneatur iniuriarum in ſindicatu: non autem quantū ad hoc, vt confeſſio taliter extorta procedat, & valeat per ſuperius dicta: quæ ſunt memoria digna in actu practico: & quotidie ex facto incidunt.

Commentarius. CXVIII.

STante hoc in regno, ꝙ clericus citatus, vt laycus, de mandato curiæ ſecularis teneatur comparere perſonaliter, & ipſa curia cognoſcit de ſuo clericatu iuxta Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ſi aliquis clericus citatus fuerit, vt laycus: qui tamen Ritus eſt contra tex. in. c. ſi iudex laycus, de ſenten. exco. lib. vi. vbi iſta cognitio, an aliquis ſit clericus, ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, & non ſecularem. Quæro tamen abs te, an in ꝓbando clericatu reqrātur duo teſtes? Quod videtur prima frōte per regulā. l. vbi numerus. ff. de teſti. cū aliis ſimil. Sed tamē teneas vnū duntaxat teſtē ſufficere ſm Bal. in. c. licet vniuerſis. & ibi. d. Feli. in fi. de teſti. allegat rationem dicens: ꝙ clericatus de ſe, & de ſui natura nemini eſt pręiudicialis. & ad hoc all. Glo. ibi in ar. Refert, & ſeqtur Hipp. in. l. i. §. idē Cornelio. nu. vii. ff. de q̄ſtio. Quod nota ꝑpetuo ad dictū Ritū ī actu practico.

Commentarius. CXIX.

DIcit Bar. notabiliter in. l. maritus, verſ. vlterius oppo. ff. de quæſtio.

& Glo. in.l.iiſ.in prin.in verbo Aduertendum. ff.de teſti.ꝙ teſtis,qui nō debet examinari, examinatus facit inditium. quod etiam voluit Bal. in.l.cūctos populos.C.de ſumma tri.& fide catho.Bal.& Sali.in.l. ſeruos .C.de teſti.Ab.in.c.ex literis,in prin.de tranſactio.Bal.in.c.i.de confeſ.cū aliis non paꝝ multis allegatis per Hippo. qui prædicta refert, & ſequitur diſtinguendo in.l.i.§.diuus,in primo notab.ff.de quæſtio. Sed ne dictus teſtis,qui non debet examinari,etiam examinatus non faciat inditium,datur remediū,vt a principio anteꝗ examinetur,fiat proteſtatio contra eum per partem contra quam erit examinandus: quia ſi poſt proteſtationem, ea non obſtante,examinabitur,non facit ſic examinatus etiam inditium. ita notabiliter inquit.d.Franc.de Are.in.c.ex parte Adę,in.v.char.de teſti. Quem refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.cum dilecti,in penul.col. extra de accuſa.de quo per Hippo.in.d.l.i.§.diuus,nu.iii.ff.de quæſtio.& in Sing.ſuo .cxcix. cuius eſt initium:Teſtis, qui non debet examinari &c.vbi latius.

Commentarius. CXX.

DIxi ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario.vi.cuius eſt initium:Pone ad materiam: ꝙ licet proceſſus ſit nullus,ſi tamen reus confeſſus eſt ſe homicidium patraſſe, talis confeſſio ſufficit ad condemnationem,propter ſingul.doctrinam Inno.in.c.qualiter, & quādo.ii. in penul.col.verſ.item ad prædictas pœnas,extra de accuſa.Quam doctrinam commendat,& ſequitur Matheſi.Notab.liii.incip.Nota vtilem regulam.Sed modo tu adde:ꝙ illam ſing.doctri. omnes ſequūtur in d.c. qualiter,& quando.ii. & idem dixit ipſe Inno.in.c. per inquiſitionem de electio.& Ab. antiquus in.c. Piſanis, de reſti. ſpolia. & Bal.in.l.edita.C.de eden.in.v.col.verſ. ſed pone, ꝙ reus. Quam doctrinam refert, & ſequitur Barbatia.in.c.veniens.iii.col.de accuſa.& idem Bal.in.l.i.circa fi.ff.de iuriſdi.om.iud.& doc.in.c.at ſi clerici,de iudi. & Barba. in conſi.ſuo, cuius eſt initium:Prope eſt dominus inuocantibus eum.& Barba.in repe.c.Teſtimonium.in.xiii.char. in vlti. col.verſ. Nam confeſſio,extra de teſti.vbi alli.etiam hoc voluiſſe Inno.in.c.ii.de ordi.cogni.& Bal.in.l.ii. C.de re iudica.& Ang.in conſi.ſuo.clxxviii.incip. Viſis actis productis. & in conſi. .ccxvii. incip.In cauſa accuſationis productę per Philippum &c. & Bal. in ſua ad Spec. paraphraſi, immo mauis apoſtilla, in titu.de libel.concep.in vlti.verſ.& Barba. in.d.c.qualiter. & Ange. de Are.in tractatu ſuo, quem de maleficiis edidit,in verbo Comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum,in verſ.quæro an confeſſus.& idem dictū Inno. etiam magnifacit Ang.in.l.i.ff.de confeſſ.& alii non parum multi, quos allegat Hippo. qui etiā prædictam ſing.doctri.refert, & ſequitur in.l.i.§.diuus, nu.xii.&.xiii. .ff.de quæſtiō.& quia (vt dictum eſt) talis doctrina Inno. eſt ſing.& eam omnes doc. paſſim vbiꝗ ſequuntur, & non immerito, cum fuerit Inno.

pater,& organum veritatis ſm Archi.in.c.pia,de excep.in.vi.vt dicit Feli. in.c.ii.in antepenul.col. in prin. extra de reſcrip. libuit dictam ſing.doctrinam tantorum patrum authoritatibus fulcitam, & comprobatam, in hoc .cxx. Commentario oſtendiſſe.

Commentarius. CXXI.

QVãuis dici ſoleat,in arbitrio iudicis eſſe quãta fides ſit teſtibus adhibẽda.ar.l.iii.verſ.tu magis ſcire potes.ff.de teſti.tamẽ magis credendũ eſt notabilibus,vel literatis,vel melioris famę. Nec enim eſt ſimpliciter in arbitrio iudicis,ſed inſpecta q̃litate,& fama.ita Bal.notáter in.c.ſuper hoc circa finẽ,extra de renun.per illũ tex.quẽ dicit ibi eſſe notab.& ſing.

Commentarius. CXXII.

QVia ſupra in eiſdem Commentariis,Commentario.cxv.allegatum fuit capitulum regni incip. Eadem magiſtris rationalibus, ſub rub. de arbitrio conceſſo officialibus:propterea quæro abs te quid ſit arbitriũ? Reſpõdet Bal. in.c.ſuper hoc ad fi.extra de renun.ꝙ arbitriũ nõ eſt aliud niſi quædam æquitas munita iure naturali,vt in alendis liberis: gentium, vt in obſeruandis pœnis: vel ciuili, vt in maleficiis puniendis.vt ff. ad.l. aquiliam.l.ita vulneratus: adeo ꝙ ſm eundem Bal.ibidem, nulla eſt maior æquitas in natura q̃ exterminare hominem,qui non eſt homo:qui eſt illa bellua,quæ ſe armat contra naturam.Et hæc reportare oportune poteris ad conſtitutionem regni,Terminum vitæ hominis, ad excuſationẽ exterminantis hominem,qui non eſt homo: ſed bellua quæ ſe armat contra naturam:ſicut eſt aliquis ſicarius, ſiue quiuis alius ſceleſtiſſimus, qui bellua magis,q̃ homo dicendus eſt. De quo verificari poteſt quod apud ſacras literas legitur:Non patiatis iniquos viuere ſuper terram.

Commentarius. CXXIII.

EX forma regiæ pragmaticæ,Odia litium,debent cauſæ inter affines, & coniunctos(vt ibi)compromitti.Modo quæro abs te, num quæſtio tutelæ, vel alia quæſtio, quæ de iure communi non poteſt compromitti:vt eſt quæſtio liberalis,matrimonialis, & his ſimiles,debeant compromitti vigore dictæ regiæ pragmaticæ? Quilibet prima fronte diceret ꝙ ſic.Nam dicta pragmatica in calce ipſius excipit quatuor duntaxat caſus:videlicet vbi eſſent inſtrumenta,ſententiæ,& obligationes liquidæ,& cauſæ feudales:ergo in cęteris videtur ponere regulam:vnde ſaltem a caſibus enumeratis in ea poſſemus arguere. ar.l. patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui.vel alie.iu.Sed in contrarium eſt veritas in caſu propoſito. Nam ſtante dicta pragmatica,vt cauſæ inter affines,& coniunctos compromittantur:non compromittitur quæſtio tutelæ,vel alia quæ de iure communi non poteſt compromitti:vt eſt quæſtio liberalis, matrimonialis, & his ſimiles.ſm Bar.in.l.prætor.ff.de tuto.& cura.da.ab his.Et eſt ratio ſm eũ

quia ſtatutum, & ſic dicta pragmatica recipit interpretationem paſſiuam a iure communi: vt in.l.ii.C.de noxa.& in.c.cum di lectus de conſue.vnde cum dicta pragmatica dicat cauſas inter affines,& coniunctos debere cõpromitti, intelligi debet de cauſis, quę de iure communi poſſunt compromitti.i. quæ de ſui natura ſunt aptę in compromiſſo deduci per ſupradicta. Refert, & ſequitur.d. Lanfran.in ſuo celebri tractatu, quem de arbitris edidit,in.xlviii.q. Vnde licet certi caſus excipiantur ab ipſa pragmatica,in quibus non habet locum compromiſſum: non tamen ex hoc excluduntur alii ſimiles,qui nõ ſunt compromiſſibiles de iure communi per ſupradicta: quę notãda,& reportãda abs tę cẽſeo ad dictã regiã pragmaticam.

Commentarius. CXXIIII.

ITerum quæro abs te ad materiam præcedentis Commentarii, ſtante regia pragmatica prędictaq; cauſę inter affines compromittãtur,num procedat etiam in cauſis inter virum & vxorem? Tu diceres prima fronte q; non. Nam non ſunt affines,ſed cauſa affinitatis. In contrarium eſt veritas. Nã etiam inter virum & vxorem procedit dicta pragmatica ſm Alex. de Imo.in.l.non ideo mirum.C.de hęredi.inſti.& procedit durante affinitate ſm Bat.in.l.cui eorum.§.i.de poſtu.ſm Lãfran.qui prædicta refert & ſequitur in ſuo celebri tractatu,quem de arbitris edidit.xlviii.q.ad finẽ. Dixi in Cautelis meis in formis,Cautela.xxxix,cuius eſt initiũ: Solet quãdoq; occurrere.vbi allegaui Ang.ad hoc in.d.l.cui eorum.§.affinitates.

Commentarius. CXXV.

QVæro etiam abs te ad materiam præcedentis Commentarii, num minor ligetur regia pragmatica,Odia litiũ? Dicas q; ſic. & ex hoc non poſſet petere reſtitutionem ſm Bal.in.l.non videtur.C.de in inte. reſti.& ſi talis pragmatica non eſſet compromittendo,ipſe minor poſſet petere reſtitutionem,nec per hoc incideret in pœnam compromiſſi. Bal.in.l.iii.in fi.ff.rem ratam ha.Refert,& ſequitur Lanfran.in tractatu,quem de arbi.edidit.xlviii.q.Quę reportãda etiã abs te cẽſeo ad dictã regiam pragmaticam,& ad conſtitutionem regni,Minorum iura,de reſti.mino.

Commentarius. CXXVI.

PAtria mea dulciſſima in iſta acerrima concertatione,& lite,quam habet annis abhinc tribus pro libertate ſua cũ ſuo moderatore, ex cauſis legitimis recuſauit eum, ſuosq; officiales coram magnifico viceprothonotario,ſeu regni logotheta, iuxta terminos cap. regni, cuius eſt initium:Item ſi contingat alias,Principis circunſpecta prouiſio. quod.c. nõ eſt cum aliis capitulis regni:ſed eſt inſertum inter Ritus magnæ curiæ vicariæ.De quo,& eius intelligentia ego plene diſſerui in Singul. meis in formis,Sing.lxxvi.cuius eſt initium: Modus recuſandi iudicem. Quæro modo abs te,ex quo prædicti recuſati,vt ſuſpecti vltra proceſſerunt, num

eorũ proceſſus valeat? Dicas ꝙ non. immo eſt ipſo iure nullus. l. i C. ſi qua cunq; prędi. pores. Et not. Bar. in. l. quia poterat. ff. ad trebel. & vide Ange. Areti. qui prędicta refert, & ſequitur in. §. omnium autem actionũ, in. ii. col. in. vi. differentia inter arbitrum & iudicem ibi. Sexto ſi iudex recuſatus in ti. de actio. Quod not. diligẽter: quia res tua agitur: eo maxime qa in caſu propoſito cum recuſatione fuit etiam interpoſita appellatio. & ſic procuidubio omnes proceſſus irritabuntur.

Commentarius. CXXVII.

PRo confirmatione concluſionis meæ, quam tenui in Singu. meis in formis, Sing. lxix. cuius eſt initium: Regia nouella pragmatica. & in Cautelis etiam meis in formis, Cautela. xxi. incip. Clericus vẽdidit fundũ: ꝙ clericus author laudatus in foro ſeculari ad defendendum emptorem in cauſa euictionis, poteſt declinare forum layci ex perſona ſua, & trahere partem euincentem ad forum eccleſiaſticum: vltra ibi per me alias adducta, quæ videri poterunt, cum (vt dixi) ſint in formis: addo ꝙ in eandẽ concluſionem videtur inclinare Ioan. de Imo. in. l. non ſolũ. §. quod vulgo. ff. de vſucap. dum dicit: ꝙ. l. venditor. ff. de iudi. loquitur in eo qui poterat ſuo priuilegio renuntiare: & nõ in clerico, qui non poteſt etiam cum iuramento ſuo priuilegio renuntiare, per. c. ſi diligenti, de foro compe. Et hanc eandem concluſionem ſequitur etiam Ange. Are. in. §. actionum autem, in. ix. col. circa medium ibi. Quæro denuntiaui authori meo. inſt. i. de actio. vbi dicit ꝙ iſtud obſeruatur. pro quo dicit facere quod not. doc. in. l. nullum. C. de teſti. reprehendẽdo Glo. ibi. De qua quidem Glo. & eius reprehenſione ego plene diſſerui ſupra in eiſdem Commentariis, Cõmẽtario. xxvi. cuius eſt initium. Pro ornamento regię nouellæ pragmaticæ. Et hæc ſunt memoria digna in actu practico: & quotidie ex facto, cũ incidant, poterunt tibi mirum in modum inſeruire.

Commentarius. CXXVIII.

REgia pragmatica regis Ferdinandi primi, cuius eſt initium: Odia, quæ vult vt cauſæ inter coniunctos, & affines compromittantur, excipit i calce ipſius quatuor caſus, in quibus nõ fit compromiſſum: quorũ vnus, & primus eſt: vbi eſſent inſtrumenta, vt diximus etiã ſupra Commẽtario. cxxiii. Tunc quæro abs te, ſi contra inſtrumentum opponeretur aliqua exceptio, quæ poteſt obiici contra dictum inſtrumentũ, num debeat fieri compromiſſum? Dicas ꝙ ſic. vt ſi opponeretur exceptio ſolutionis, prę ſcriptionis, vel ſimulationis, vel alia. vt conſuluit Ange. in Papia. & expreſſe tenet in. l. poſt rem de tranſa. & ibi Bar. Refert, & ſequitur. d. Lãfrã. in ſuo celebri tractatu: quem de arbitris edidit, quinquageſima. q. Quod intellige tamẽ vt ibi per eum. Et vide omnino quæ circa hoc dixi in Cautelis meis in formis, Cautela. vi. & x. & xvii.

Commentarius. CXXIX.

NOta hoc ad regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium, Teſtem falſum, de cuius intelligentia alibi ſępe diſſerui. Aliquis de vniuerſitate teſtificatus eſt in quæſtione vniuerſitatis: ex quo commodũ nõ veniebat diſtribuendum inter ſingulos: ſed debebat remanere in corpore vniuerſitatis. vt. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. Modo dictus teſtis fuit interrogatus, ſi ad eum pertinebat cõmodum, vel damnũ: qui dixit ꝙ non. Obiicitur ꝙ ad eum pertinet damnum, vel commodũ, vt ad quemlibet de vniuerſitate: ac per hoc commiſit falſum: & ſic puniendus per dictam regiam pragmaticam. Quæro modo abs te quid iuris? & an dictum eius poſſit ſubſtineri? Dicas ꝙ nõ commiſit falſum: & dictum eius poteſt ſubſtineri. ita elegãter Ang. in. l. i. §. huius ſtudii, in. ii. col. verſ. item facit ad illud. propter Glo. ibi. in verbo ſingulorũ. ff. de iuſti. & iure. Quod nota ad dictam pragmaticam: quia teſtis interrogatur ſi ad eum pertinet damnum prĩcipaliter, & nõ ſecundario. & eſt caſus inſti. de teſta. §. legatarius. ff. de teſta. l. qui teſtamento. Sed tu vide quod circa intelligẽtiam dictæ pragmaticę in fortioribus terminis dixi in Singula. meis in formis, Singu. lxxviii. cuius eſt initium: Intendo tibi commentare. vbi tenui: ꝙ ſi teſtis productus in cauſa deponit vere: interrogatus an attineat in aliquo parti eum producenti. Reſpondet ꝙ non. Reperitur ꝙ immo eſt conſanguineus partis: non punitur de falſo criminaliter: ſed bñ extra ordinem officio iudicis. ita ſing. dixit Iaco. Butri. in. l. Lucius. ff. de infami. refert Bar. in. l. ſi ex falſis, in ſecunda lectura. & ibi. d. Iaſ. in. iii. col. ad fin. C. de tranſactio. & ſimiliter tenet Ange. in. d. l. Lucius: vbi multum commendat, & reputat not. dignum. & in conſi. cxciiii. quod incip. Viſis proceſſibus, in ſecunda col. Et ſic teſtis, qui non dixit falſum in principali, nõ poteſt puniri de falſo in terminis dictæ pragmaticæ, neq; eum producẽs. Licet dici poſſit dictos terminos eſſe aliquantulum diuerſos a terminis propoſitis in themate: cũ in illis non debeat in aliquo puniri de falſo. & eius dictum ſubſtineatur vt ſupra probauimus. In iſtis autẽ puniatur: licet nõ de falſo: tamen extra ordinem arbitrio iudicis. Sed ſat mihi fuerit iſtęc in mediũ adduxiſſe ad intelligẽtiã dictę regię pragmaticę, Teſtẽ falſum.

Commentarius. CXXX.

QVæro abs te ad materiam eorum, quæ dixi in Singul. meis in formis, Singu iii. cuius eſt initium: Conſueuerunt mariti. & in eiſdem Commentariis, Commentario. lxxvii. incip. Tametſi de eorum ille qui reliquit quicq̃ vxori ſuæ donec honeſte viuat, intelligatur reliquiſſe ſm mores illius loci. Nam voluntas teſtatoris exaudienda eſt ſm conſuetudinẽ regionis. l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtruc. Sed ſi legatur: Dum caſte vixerit: tunc aut proſequutur a marito, vel filiis, quorum mentio

tia læditur per trãſitum ad ſecunda vota:& tunc intelligitur quando non nupſerit:nec in ſuum corpus peccauerit.l.ii.de indic.vidui.& fecit notare Ange,in.l.vlti.C.quando mulier tute.offi.fun.po.Aut proferuntur a patre,matre,vel fratre.& tunc non perdit relictum:licet tranſeat. vt.l. mulier .§.cum proponeretur.ff.ad trebel.ſm doc.Quod tamen Ange.qui prędicta refert,& ſequitur in.l.iuſtitia.§.iuris præcepta,in prin.ff.de iuſti.& iur. quando mulier nubit honeſte:ſecus ſi non poſſit honeſte nubere:quia tales nuptiæ videntur repugnare voto parentis.vt.l.iii.§.ſi emancipatus.ff. de contratabu.Sed ſi proferuntur ab omnino extraneo, qui non habet reſpectum ad nuptias,vel non nuptias,caſte viuere dicitur viuẽdo cum marito.vt eſt tex.in decretis dicit Ange.ſed non meminit tex.ſed eſt in.c.Nicena.xxxi.d.Et iſta diſtinctio multum mihi applaudet. & quodlibet mẽbrum diſtinctionis huiuſmodi videtur in ſe continere quandam naturalem rationem,& æquitatem.Et ſi bene inſpexeris, non videtur diſſonare ab his quæ in dicto Singu.& in dicto Commentario oportune concluſimus.vnde manda memoriæ ad actum practicum.

Commentarius. CXXXI.

RVſticus quidam interrogatus,vt teſtis,vel vt principalis, reſpondit ſuum eſſe agrum,quem tamen colebat.Num ſit falſus,vel peiurus? Dicas ꝙ non.ita not. Ange.in.l.ii.in prin.ibi,Itẽ not.ff.de origi.iur.Quod nota ad regiam nouellam pragmaticam,Teſtem falſum,de qua diſſeruimus abunde ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario.cxxix. & in Singularibus meis in formis, Singulari. lxxviii. & alibi ſæpe. & ad regiam nouellam pragmaticam,Quinta die.

Commentarius. CXXXII.

POno tibi caſum,qui poſſet aliquando contingere.Clarum eſt extantibus maſculis,filiam fœminam non ſuccedere in regno, ſed maritãdam,& dotandam,vt in conſtitutione regni,In aliquibus,de ſucceſſio.filio.comi.vel baronum.Maſculis autem non extantibus,filię fœminæ ſuccedunt excluſis aliis conſanguineis.vt dicitur in.d.conſtitutione.§.cæterum.Hoc pmiſſo,mortuus eſt pater,duabus filiis fœminis ſuperſtitibus, & vna Hermophrodita:quæ vult vt maſculus ſuccedere excluſis ſororibus tam in burgenſaticis,ꝗ in feudalibus,per.d.conſtitutionem, In aliquibus.& per cõſtitutionem,Vt de ſucceſſionibus,de ſucceſſio.nobil.in feu. fœminæ vero ſe opponunt, dicentes illã eſſe Hermophroditã. Quæritur modo quid iuris in terminis maxime dictarum conſtitutionum?Bal.in.l. omnes populi,in.xi.col.ff.de iuſti.& iure,dicit ꝙ ſtatutum requirens aliquid in contractu mulierum,non comprehẽdit perſonam mixtam.ſ. Hermophroditam,Sed ego in Singu.meis in formis,Singu.xliii.cuius eſt initium:Stantibus prędictis,diſtinxi hoc modo.Aut Hermophroditus non

magis prȩualet in ſexu maſculino,q̄ fœminino,& procedit deciſio Bald. Si vero magis prȩualet in ſexu muliebri, & tunc requiritur id quod dicit ſtatutum.ita limitauit dictam deciſio.Bal.Pet.de Ancha.in conſi. ſuo.ccclxvi.per.l.quęritur.ff.de ſtatu homi.Ex his venio tibi ad deciſionem quæſtionis in themate propoſitȩ.Nam ſiquidem Hermophrodita magis præualet in ſexu maſculino,q̄ fœminino,& tūc ſuccedat,ſi maritauerit,& dotauerit ſorores,eis excluſis a ſucceſſiōe.Si vero magis prȩualet in ſexu fœminino, & tūc ſuccedat æqualiter cum ſororibus in burgenſaticis:in feudalibus vero ſuccedatur etiam ſeruata tamen prȩrogatiua maioris ætatis, & hoc in viuentibus iure Francorum.in viuentibus autem iure Longobardo,omnes pariter ſuccedant.& habita etiam diſtinctione de filia remanēte in capillo,& de maioribus ſororibus cōiugatis,& dotatis de bonis patris,iuxta prouiſionem dictæ conſtitutionis,Vt de ſucceſſionibus.§. filiæ autem.&.§.cæterū.Si vero æqualiter incaleſcit tam maſculino , q̄ fœmino ſexui:& tunc ſi hoc poterit probari per dictas ſorores, talis Hermophrodita ſic æqualiter incaleſcens vtriq; ſexui, ex quo egit ad ſucceſſionē ſolus vt maſculus,debet ſic agens ſuccumbere ar.ff.qui ſatiſ. cogan.l. ſi vero.§.qui pro rei qualitate ſm Ange.qui ita concludit in hoc vltimo caſu, quādo æqualiter incaleſcit.in.l.de quibus,in.iii.col.vetſ. Extra quęritur. ff.de legi.Quȩ reportanda abs te cenſeo ad dictas conſtitutiones. & poſſent tibi ſeruire in actu practico in re ardua.

Commentarius. CXXXIII.

TV habes capitulum regni inclyti regis Caroli,cuius eſt initium: Ad hoc ꝙ noſtrorum,ſub rub.de furtis:ꝙ faciens furtum in re infra Auguſtalem,fuſtigatur,& ſignatur in fronte,ac nihilominus de tota prouincia proſcribitur Poſtea habes aliud capitulum regni,cuius eſt initiū: Tormentis,per quod proſpectum eſt,ne tormenta inferantur niſi in illis caſibus ſpecialibus,& atrocibus,de quibus ibi. Tunc quæro abs te , num per cap.Tormentis,quod eſt poſterius,ſit ſublatum illud capitulum, Ad hoc ꝙ noſtrorum:quod imponit fuſtigationem ? Tu diceres prima fronte ꝙ non. Nam vitanda eſt dictorum capitulorum correctio. c. cum expediat de electio. in.vi. Præterea illud loquitur in fuſtigatione. & aliud loquitur in tormentis.Sed iſta videntur adinuicem differre.igitur &c.Sed ego dico ꝙ in contrarium eſt veritas,ſi nobis conſtare volumus. Nam fuſtigatio eſt etiam tortura:vt in.l.ictus fuſtium.&.l.fi.C.ad Sylle. ita Ang.in .l.imperator,in.i.col.ff.de ſta.homi.vbi concludit:ꝙ ſicut mulier grauida non poteſt torqueri per.l.prægnātis.ff.de pœnis,ergo nec mutilari:quia mutilatio eſt pluſq̄ quȩlibet tortura.Quod not. ad conſtitutionem,Blaſphemantes,de blaſphemantibus Deum,& virginem Mariam, & ad regiā pragmaticam regis Ferdinandi primi de blaſphemia. & ad cōſtitutionē,

Eos qui

Eos qui ſcienter, de peiuriis. & ad conſtitutionem, Siquis aliquem, de percuſſio. illicita cum armis. & ibi etiam Ange. in. d. l. imperaror, credit ꝙ nõ poterit etiam fuſtigari per rationem: quia etiam fuſtigatio eſt tortura. Pręterea illud capitulum, Tormentis, eſt poſterius vt dixi. ergo derogat capitulo, Ad hoc ꝙ noſtrorum: quod eſt anterius. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Glo. in. c. i. de conſti. in. vi. per. l. etiam pacta nouiſſima. C. de pac. quæ procedit non ſolum in pactis contrariis, ſeu in compaſſibilibus, ſed etiam in legibus. vt in. d. l. ſed & poſteriores. & in ſtatutis ſm Bar. in. l. ſi certæ. §. fi. ff. de teſta. mili. & in. l. omnes populi, in vlti. q. iii. quæſtionis principalis. ff. de iuſti. & iur. vt per Iaſ. etiam in. d. l. pacta nouiſſima, in. ii. col. in. ix. & x. ampliatione ad illam. l. cum ergo, ex diſpoſitione dicti cap. Tormentis, habeamus non poſſe inferri tormenta, niſi in illis caſibus atrocibus, & grauibus, de quibus ibi non eſt dicẽdum pro re minima: puta pro una gallina, & pro quauis re infra auguſtalem, debere inferri fuſtigationem, quæ eſt tortura, vt ſupra probatum eſt. Nec dicendum: ꝙ hoc modo in dicto cap. Ad hoc ꝙ noſtrorum, crimina remanerent impunita, contra. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aqui. & c. vt famæ de ſenten. exco. quia negatur hoc Nam ibi (vt ſuperius dixi) vltra fuſtigationem fit ſignatio in frõte, & expulſio a tota prouincia: quæ pœna non eſt minima, immo magna, habita ratione rei furto ſubtractæ infra auguſtalem. Prætetea capiẽda eſt potius iſta coniectura: ꝙ illa pœna fuſtigationis ſit ſublata per. c. Tormẽtis, q̃ ꝙ non ſit ſublata: quia pœnæ molliendæ ſunt potius, q̃ exaſperãdæ. l. interpretatione. ff de pœnis. Et ita concludo in præſenti materia. & ita iudicarem ſiquidem mihi caſus hic ex facto incideret. Nam negari nõ poteſt quin in veritate illud cap. Ad hoc ꝙ noſtrorum, fuerit aliquantulum rigoroſum: vt pro re tam minima infra auguſtalem videlicet: fuſtigetur quiſpiam: ſignetur in fronte: & de tota prouincia expellatur. Et quando ſtatuta in eodem volumine ſunt contraria, non attenditur prioritas, vel poſterioritas: ſed iudex debet attendere illud ſtatutum, quod eſt iuſtius, & æquius. ita ſing. dixit Bal. in. c. cum olim poſt prin. de conſue.

Commentarius. CXXXIIII.

Dictat Ritus magnæ curiæ vicariæ, cuius eſt initium: Item ꝙ curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum accuſantem, ſiue denuntiantem ſe obligaturum ad certam pœnam de probando: cum quo quidem Ritu concordat alius Ritus eiuſdem curiæ incip. Item ſeruat ipſa curia, ſub rub. Non recipitur denũtiatio abſq; obligatione. de quibus ambobus Ritibus ego dixi ſupra in eiſdem Commentariis, Commentario. xiiii. cuius eſt initiũ: Patraſti ſcelus aliquod. His ſtantibus: Tu accuſaſti, ſeu denuntiaſti quempiam. & accuſatio, ſeu denuntiatio continet plura capita: quorum quędã probaſti: quædam vero non. Quęro nunc abs te quid iuris? Dico ꝙ ita de

bes cõdemnari ad pœnam, ad quam te obligaſti de probando ac ſi nullũ caput probaſſes. ita dixit Ang. in. l. vnica. C. de ſuffragio. Pro qua doctrina facit dictum Bal. in ſimili. in. l. minoribus. C. de his quib. vt indi. in fi. vbi dixit: ꝙ ſi ad idem maleficium perpatrandum plures interuenerunt: ꝙ æque punitur ſyndicus ſi obmittit denuntiare vnum ex his ac ſi neminem denuntiaret: & ſic non prodeſt diligentia in quibuſdam, ſi vnus ex malefactoribus obmittatur. Refert, & ſequitur Hippo. in. l. i. §. ſiquis dicatur. nu. vi. ff. de quæſtio. & ideo infero ex his corelatie: ꝙ ſapienter tibi cõſulueris, ſi vel totam accuſationem, ſeu denuntiationem probes: vel ſaltẽ (quod & ſapientius eſſe iudico) appoſueris clauſulam, ſiue proteſtationẽ, Super quibus omnibus, & eorum ſingulis &c. quæ clauſula, ſiue proteſtatio eſt vtilis: quoniam per eam apparet ꝙ non accuſat, ſeu denuntiat connexe, ſed diuiſim, cum dicta clauſula ſit diuiſoria. & ideo ſufficit alterum ex intentatis probari: quia non videtur ſe artare ad omnia probanda. ita dicit Bal. in. l. ii. de proba. vbi omnino videas. Vide etiam eundem in. l. i. in. viii. q. C. qui accuſa. non poſ. & Flo. in. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. Et iſta clauſula in criminali tantum importat, quantum in ciuili illa clauſula, Non aſtringens ſe &c. de qua per Glo. & doc. in. c. licet cauſam, extra de proba. & quantum illa, Et prædicta dicit, proponit, & petit fieri ſimul, & diuiſim &c. De qua in. l. diuus. ff. de re iudi. & Bar. in. l. edita. C. de eden. Et quantum illa, Petens ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari. de qua in. c. ii. de ordi. cogni. Et quantum illa in ciuili, Et prædicta petit, non tantum dicto modo, ſed ẽt omni alio modo &c. de qua p Imo. in. l. ſi cũ nulla. ff. de re iudi. Refert, & ſeqtur Ang. Are. in ſuo celebri tractatu, quẽ de maleficiis edidit, in verbo Super qbus oibus &c. Quod dicit eſſe notan. perpetuo.

Commentarius. CXXXV.

PRoſpexit regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: Magnæ curiæ vicariæ, ſub rub. de appellatione in cauſa aſſiſtentiæ, a decreto ſuper aſſiſtentia affirmatiuo non appellandum ad effectum retardandæ exequutionis. Sed ego limito tibi illam pragmaticam: vt non procedat quãdo per huiuſmodi decretum affirmatiuum ſit illatum grauamẽ notorium. pro hoc adduco Glo. valde notab. in. c. ex conqueſtione, in verbo appellationem, extra de reſti. ſpo. quæ voluit: ꝙ ſi a ſententia eſt prohibitum appellari, non habet locum talis prohibitio, vbi grauamẽ eſt notorium. pro quo faciunt dicta per Bal. in. l. i. C. ſi de momen. poſſeſſio. fue. ap. Quod nota ad dictam regiam pragmaticam in actu practico.

Commentarius. CXXXVI.

SVpra in eiſdem Commentariis. Commentario. xxiiii. cuius eſt initiũ: In multis criminibus, concluſimus in exceptis etiam criminibus, vt blaſphemiæ, ſodomięq; poſſe repelli inimicum capitalem a teſtificando.

per tex.in.c.per tuas,extra de ſimo. quem doc. ad hoc cõmuniter all. pro ſing. Et hoc voluit Bar.in.l.in quæſtionibus.ff.ad.l. Iul.ma.& Spec. in titu.de accuſa.§.i.in fina.verbis. & Ludo.Ponta. in.l. ſi vero.§.de viro, in .xxii.col verſ.Quintadecima &c.ff.ſolu.ma. Qui tex in.d.c. per tuas non eſt ſing.prout allegatur:quia ſimilis eſt tex. quem ibi põderat Ab.in.c. cũ .P.Manconella de accuſa.qui probat: ꝙ etiam in criminibus exceptis inimicus non admittitur cõtra inimicũ. quod etiã voluit Barba. ibi & Ang. in.l.q accuſare.ff.de accuſ.cũ aliis nõ parũ multis all.p Hipp.in.l.i.§. præterea.nu.ſecũdo.ff de qſtio.Tñ amplia prædicta: vt non procedát ſolũ in inimico ex animo:ſed ẽt in inimico præſumpto ſm Inno.in.c.cũ.I.&.A. ad fi.extra de re iudica. vbi dicit ꝙ ille apud quẽ eſt cauſa inimicitiarũ cõtra illum contra quem producitur,licet ipſe contra quem producitur neſciat cauſam illam: vt puta Titius accuſauit Sẽproniũ de aliquo crimine: licet Sẽpronius neſciat ſe accuſatum ab eo:attamẽ cõtra eum non poterit eſſe teſtis:non obſtante ignorantia ſua: quia tamen ſubeſt cauſa inimicitiaꝝ. ita etiam ſing.dixit Bar.in.l.i.ad fi.ff.de his quib. vt indi. & Bal. referens Inno.in.l.præſcriptione in antepen.col.C.ſi cõ.iuſ.vel vti.pu.& in auten. ſi dicatur,in vlti.col.C.de teſti.& in conſi.ſuo.cccxv.cuius eſt initium:Præſuppoſito ſtatu.in prima col.in.iiii.lib.refert,& ſequitur Hipp.vbi ſupra. nu iii.vbi nu.iiii.& nu.vi.ampliat prædicta duobus aliis modis: quos per te videas,& tranſplantes ea hinc (ſi ſapis) ad conſtitutionem regni, Blaſphemantes & ad regiam pragmaticam regis Ferdinandi, de Sodomia,& ad alia etiam iura loquentia in exceptis criminibus,non eſſe admittendã repulſam contra teſtes: vt nõ procedát in repulſa ex capite inimicitiarum. per.d.c.p tuas de ſimo.& p.c.cũ.P.Mãconella prę all.ẽt ſi talis inimicus ſit prçſumptus:cum quo tamen ſit cauſa, propter ſing. dictum Inno. in.d.c. cum.I.&.A.de re iudica.& Bar.in.d.l.i.ad fi.ff.de his quib.vt indig.

Commentarius. CXXXVII.

Titius vendidit mihi fundum,& promiſit de euictione vt ſit. Mouetur mihi quæſtio ſuper iſto fundo per Sempronium, qui eſt mihi cõſanguineus: quapropter coegit me ad compromiſſum ſecundum formam regiæ pragmaticæ, O dia litium, quæ dat exceptionem compromiſſi tam actori,q̃ reo. Succubui in cauſa: ago ſic ſuccumbens de euictione contra Titium venditorem: obiicit de compromiſſo, dicens ſe non teneri de euictione,ex quo compromiſi. Quæritur quid iuris? Dicas, Titium teneri de euictione per id quod voluit Bar. in.l. ſi dictum.§. ſi compromiſero.ff.de euict o.vbi dicit ꝙ ille.§ volens,ꝙ ſi emptor rei compromittat litem cõtra eum motam ſuper re empta,& ſuccũbat, non habet regreſſum de euictione contra venditorem,non habet locum in emptore,qui cauſam compromiſit ſtatuto eum cogente: ſed tantum in illo qui ſponte cõpromiſit.

ſup hoc poterit fieri p̄ceptū,ſeu interloquutoria, nō ad effectū obtinendi diffinitiuam ſuper proprietate,vel poſſeſſione.Et hęc not.ad dictas regni conſtitutiones:& adde prędictis in actu practico,& nunq̄ obliuiſcaris.Nā iſtud pręceptum,ſiue interloquutoria per quam iudex pręcipiet,ne vis fiat ei in ſua poſſeſſione,dicitur hodie in regno Conſeruatorium. De quo loquitur regia nouella pragmatica regis Ferdinandi primi,cuius eſt initiū: Conſeruatoria,ſub rub.de conſeruatoriis non concedendis niſi parte citata.Per quam diſponitur ad calcem ipſius ſuper dicta poſſeſſione conſeruāda,vel non ſine figura iudicii ſummarie procedendum viſa facti veritate. Et requiritur citatio partis:alias tale conſeruatorium conceſſum eſſet ipſo iure nullum,vt ibi probatur in litera iuncta rubri.

Commentarius. CXL.

REporta hoc (ſi ſapis)ad capitulum regni,Ad hoc q̄ noſtrorum, ſub rubrica de furtis:videlicet notab.verbum Huber.de Bobio in.l. ſi pro fure.ff.de condi.furti.Quæm refert,& ſequitur Ioā. An.in ſua ad Spe. paraphraſi,immo mauis additione,in titu.de fur.ſuper rub.q̄ ſi paſſus furtum pepigit cum Titio ſe nihil ab eo petiturū,ſi quidem fures indicaret. Titio fures indicante,& ſic eo etiam exiſtente vno ex furibus,ſi dominus poſtea agit contra Titium,non ſubmouebitur exceptione pacti de non petēdo quicq̄ ab eo.& hoc propter regulam illam quæ ſe habet, Malitiis eſſe hominū occurēdū.Refert,& ſequitur Hipp.in.l.i.§.cū quis latrones, nu.iiii.ff de q̄ſtio.vbi dicit hoc eē ſing.verbū quotidie occurrēs in facto.

Commentarius. CXLI.

REponas hoc ad capitulum regni,cuius eſt initium:Item ſi contingat iudicem ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum, alias incip. Principis circunſpecta prouiſio.quod capitulum non eſt inſertum inter alia capitula regni:ſed eſt inſertum inter Ritus magnæ curiæ in ſecūda char.in.ii.col.q̄ licet iudex poſſit dici,& recuſari vt ſuſpectus.l.cū apertiſſimi.C.de iudi.cum ſimil.tamen fallit,quādo cauſa ſuſpitionis procedit ab illo,qui dicit iudicem ſuſpectum: quia tunc nō poterit illum recuſare. Glo.optima in.c.vt debitus honor,in ver.Rationabiliter,extra de appella.Quod not.ad dictum.c.regni in actu practico.De quo.& eius intelligētia alibi ſæpe.tamen contra dictam Glo.eſt dictum Archi. in.c. ſtatutum .i.§.cum autem de reſcrip.in.vi.vbi dicit q̄ iudex ſuſpectus poteſt recuſari,tametſi cauſa ab ipſo recuſante proceſſerit.& hoc teneo.

Commentarius. CXLII.

ADuertas ad vnum,quod eſt perpetua memoria dignum:q̄ licet vera ſit doctorum ſententia:vt in criminalibus non obſtet publicatio: tamen hoc non procedit vbi petitur noua examinatio ad offenſam : nā tūc huiuſmodi examinationi obſtat publicatio ſm Sali.in.l.fi.in vlti. col.C.

de quæſtio.& voluit.d.Fran. Areti.in.c.fraternitatis de teſti.in. viii. char. quos refert,& ſequitur.d.Feli.in.c.cum clamor,in.iii.colū.extra de teſti. quod dictum tanq̃ aureum non obliuiſcaris.Nec te moueat dictum Bart. in.l.vnius.§.i.ff de quæſtio.ꝙ publicatis teſtibus etiam ad offenſam,poſſunt adhuc alii teſtes examinari:cui aſtipulari videtur Ange. Areti.in ſuo celebri tractatu,quem de maleficiis edidit in ver.Comparuerunt dicti inquiſiti:& negauerunt totum in vlti.char.verſicu.Quæro an poſt publicationem.vbi ad hoc etiam alle.Bar.in ſua diſputatione,cuius eſt initium:Iudex maleficiorum.Quod etiam voluit Ange.in eodē tractatu,in ver. Qui iudex dictū,pceſſum publicauit,qa pōt rñderi dictū Bar.in.d.l.vnius.§.i.& aliorꝫ,vbi ſupra intelligēdū quo ad offenſam ſuper nouis capitulis,nō ſuper eiſdē.ita ſoluit Sali.hoc cōtrariū in.d.l.fi.C.de quęſtio.in vlti.col.

Commentarius. CXLIII.

STante regni conſtitutione,cuius eſt initium: Iuriſperitorum altercationes,ſub rub.de probatio.in appellationibus producendis,vt in cauſa appellationis non debeant recipi nouę probationes: quæ conſtitutio eſt conformis cum diſpoſitione.c.fraternitatis,extra de teſti,& Clemē.ii. eo.titu.tamen ea non obſtante,debebūt recipi,ſi de nouo emergāt. iſtud fuit notab.verbum Bal.in.l.inuitus in vlti.col.verſi.Quarto videtur.C.de procurato.vbi dicit ita conſuluiſſe Di.& hoc ne fruſtra ortę ſint ipſæ nouæ probationes.Quod dicit ibi Bal.eſſe valde notan.Et illud dictū refert, & ſequitur.d.Feli.in.c.cum Ioannes,in.ix.col.verſi.amplia.iii.extra de fide inſtru.Pro quo vide quod dixi in Singula.meis in formis,Singu.vi.vbi tenui:ꝙ ſi poſt lapſum termini inducti ex forma regiæ pragmaticæ,Quinta die,emergant nouę poſitiones,& articuli:adhuc debent admitti,per ea quæ ibi dico.Nota ad dictam conſtitutionem,Iuriſperitorum.

Commentarius. CXLIIII.

DIxi in Sing.meis, Sing.xxxvi.cuius eſt initiū:Tu habes tex.ꝙ iudex poteſt quādocunq; interrogare ad veritatem ipſam indagādam ex officio,etiam poſt concluſum in cauſa:& hoc ad declarationem iam actorum,nō autem nouarum rerum,propter dictum Inno. & eſt additio in.c. cum Ioannes,de fide inſtru.& ibi Car.Zabar.dicit in.ii.col.Nota hoc dictum Inno.quia vidi multos reputatiſſimos doctores errare in hoc.pro quo dicto conſuluit idem Car.in conſi.ſuo.lxxii.cuius eſt initium: Sigillatim ad ſingula,hæc ibi in dicto meo Singu.quibus adde ꝙ iſtud dictū Inno.& Car.refert,& approbat.d.Feli.in.d.c.cum Ioannes.in.v.col.vbi dicit ꝙ cū hoc dicto Inno.cōcordat Spec.in titu.de poſi.§.iiii.verſi.ſed ſi ante.& Bald.in.l.per hanc circa prin.C.de tempo.appel.& Pet.de Ancha. dicens ſe ita conſuluiſſe in.c.i.de confeſ.in.vi.in.i.col.& Ludo. Ponta.in.l. iiii.§.hoc autem iudicium,in vlti col.ff.de dam.infec. & ſenſit hoc ſm eū

Gemi.in.c.ii.in vlti.col.de teſti.in inte.in.vi.& Spec.in titu.de teſte.§.ſa-
tis vtiliter.verſ.quid ergo ſi peto.& ita conſuluit etiam.d.Car.cõſi.lxxiiii.
incip.Titius nunc ſunt.vbi alleg.Glo.in auten. de teſ.§.illud in Glo. ma-
gna circa medium:quæ dicit iudicem poſſe interrogare non vt addat ſed
vt rationem dictorum habeat.R fert,& ſequitur Hipp.in.l.i.§.ſi quis vl-
tro.nu.lxviii.ff.de quęſtio.vbi dicit eſſe hęc perpetua memoria digna.

Commentarius.CXLV.

POnam caſum,qui (vt ingenue fatear)eſt magnæ importãtiæ. Titius
fuit bannitus vt cõtumax:& tandem poſt lapſum anni foriudicatus
ob aliquod crimen capitale iuxta terminos conſtitutionis regni,Pœnam
horum ,de forbannitis, & foriudicatis. Ab iſta ſententia foriudicationis
non fuit appellatum infra decẽdium,iuxta auten.hodie.C.de appella.Ela
pſo decendio comparet Titius,& vult appellare ab iſta ſententia.cõtra hu-
iuſmodi appellationẽ obiiciuntur duo per fiſci patronum , vel accuſatorẽ.
Primum,quia fuit contumax,qui non auditur appellans.Secundum,quia
non appellauit infra decendium: quapropter ſentẽtia foriudicationis trã
ſiuit in rem iudicatam : vnde petitur eam executioni mandari. Quæro
nunc abs te quid iuris?Reſpondeo hoc modo.Et aduertas quęſo ad mo-
tiua mea.Et primo ad primum de contumacia,dico ꝙ ſi ex aliqua iuſta,&
REponas hoc (ſi ſapis) ad cõſtitutionẽ regni,Humanitate nobis ſug gerẽte,ſub rubrica de his,qui fideiuſſores dare poſſunt ne carcerem tunc ꝙ camera fiſcalis agit cõtra eos,qui approbant fideiuſſores in cauſa fi ſci:cum fideiuſſores nõ reperianť idonei ſm Ange.in.l.ſi vero.§. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſda.cogan.quod ſumme eſt notan. contra appro bãtes fideiuſſores fiſcales.alle.l.cũ oſtẽdimus.§.fideiuſſores.ff.de fideiuſſ. tuto.ſubdẽs ẽt cautelã,ne vnq̃ qs approbet fideiuſſores,qa approbãdo dr̃ citť obligari vt fideiuſſor.& dicit Bal.in.d.§.fideiuſſores:Caue tibi ne vnq̃ reperiaris ſcriptus in libris camerę Romanę in aliqua ꝓmiſſione,vel obli gatiõe.Et nota tu ꝑſertim Camerarie,qui quotidie in curia apud pretorẽ approbas fideiuſſores,vt non omnes paſſim approbes, niſi quos noueris eſſe ſufficientes:alias tenebetis tu vt fideiuſſor,per ſupradicta.

Commentarius. CLXXV.

PEr conſtitutionem regni,Grandis vtilitas,contumax in criminalibus mulctať in tertia parte bonorũ mobilium:bona vero reliqua adnotã turq; anni circulo a die adnotation is elapſo fiſci cõmoditatibus acqui runť, vt ibi. Tunc quęro de illis bonis adnotatis, quis interim tenebiť ad onera tributa,& collectas:tenebiť ne fiſcus qui illa tenet adnotata:Tu di ceres prima fronte ꝙ ſic.Nam illa bona videnť eſſe fiſci,& in fiſcum tran ſlata.& hoc vr̃ innuere tex.dictę ꝯſtitutionis circa finẽ,dum dicit,Infra an nũ redeũtibus,bona recuperare liceat adnotata.Ergo pręſupponiť,ꝙ erãt fiſci. Tñ in ꝯtrariũ eſt veritas. Nam ex quo fiſcus interim de dictis bonis adnotatis nõ recipit fructus,nõ tenebiť ad onera tributa,& collectas ſm Bal.in.l.pręſidia.C.de fideicõmiſ.& in.c.i.in titu.per quos fiat inueſti.facit .l.hactenus.ff.de vſufruc.Ad tex.dictę cõſtitutionis reſpondetur:ꝙ viden tur eſſe fiſci conditionaliter:ideſt ſi contumax infra annum non compa ruerit.& hoc aperte tibi oſtẽdit litera ipſius cõſtitutionis circa medium, dum dicit,Illa bona adnotata anni circulo euoluto fiſci cõmoditatibus acquiri.ergo infra annum non erant fiſci, niſi ſub conditione prædicta, quãdo infra annum non comparuerit.Nota ad dictam conſtitutionẽ: quia tenebitur

qã tenebit ad onera tributa,ét collectas,qui pcipit fructus,per ſupradicta.

Commentarius. CLXXVI.

NOta vnũ verbũ ſatis notabile Ci.in.l.i.C.de priua.carce.ꝙ ſi pater, vel dominus ponat vnũ filiũ,vel ſeruũ in domo ſua in carcerẽ, nõ punietur pœna.l.i.C.de priua.carce.Et rationẽ allegat,qa pater,& dominus faciunt hęc ad correctionem.Quod nota omnino ad capitulũ regni, Contra effrenatas,ſub rub. Nequis authoritate propria capiat aliquẽ de perſona,nec eius bona.De quo alibi ſæpe meminimus.

Commentarius. CLXXVII.

EX quo p regni cõſtitutionẽ,cuius eſt initiũ:Quãto cæteris, ſub rub. de decimis.Mãdatur ſolui decimas locoꝶ pręlatis, & venerabilib⁹ locis,qbus decimę ipſę debẽtur.Quęro abs te,cui eccleſię debeat Rex decimas ſoluere?Glo.magiſtra,& ordinaria in.c.oẽs,de maio.& obe. dicit: Decimas ꝑdiales dabit illi epiſcopo, ĩ cui⁹ territorio ſita ſunt ꝑdia.de parrochiis.c.ſignificãtib⁹.Alias decimas dabit,vbi audit diuina ꝓportionabiliter diuidẽdo,ſi audit ĩ plurib⁹.ff.ad municipa.l.aſſumptio.ꝑ quo vltio facit tex.ĩ.c.cũ qs.§.i.incip.Cũ ab eo,de ſepul.lib.vi.& Glo.ii.in.c.ad apoſtolicę de deci.& diuus Tho.ii.ii.q.87.arti.iii.ĩ ſol.ii.ar.Et hęc nota ad dictã regni cõſtitutionem:& ad capitulum regni, Item ſtatuimus, ſub rub. ꝙ ſoluãtur decimę eccleſiis: & ꝙ ſoluãtur prouentus bonoꝶ pupilloꝶ.

Commentarius. CLXXVIII.

NOta ad regiã pragmaticã,Odia litiũ ꝙ arbitri electi ex forma illi⁹, poſſunt pro bono pacis partis alterius iuſtitiã lędere. ꝑ tex.in.c. his quę,ibi Pro bono pacis noſtrę ꝓuidẽtię reſeruamus,iuncta Glo.in verbo pacis,extra de maio.& obe.vbi Ab.ex illis verbis colligit argu.bonũ pro arbitratoribus:vt ꝓ bono pacis poſſint partis iuſtitiã lędere,ſicut ibi facit Papa,& bene faciũt.c.niſi de prębẽ.not.legiſtę in.l.ſi de meis.§. recepiſſe.ff.de arbi.& in.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.

Commentarius. CLXXIX.

EX forma regię nouellę pragmaticę, Quinta die, debẽt poſitionibus partes ipſę infra tres dies viciſſim reſpõdere:ſed pone, ꝙ fiãt poſitiones & pars differat ſup eis reſpõdere,nũ terminus ꝓbatorius ſtatutus currat?Dicas ꝙ nõ.& hoc primo ꝑ tex.in.l.in oĩbus cauſis,ibi nõ aliter compelli.C.de iureiurã.ꝓpter cal.dãdo.Qui tex.ſm Bal.ibi,quẽ ẽt refert ibi.d. Frã. Curti⁹ in.iii.notab.eſt dignus memoria:ꝙ qñ quis tenetur iurare de calũnia,qa petitũ fuit,vt iuraret:& ille differt iurare:nunq̃ currit alteri parti tp̃s datum ad ꝓbandũ.Ex quo infert Bal.qa cõiter ex forma ſtatutoꝶ cauetur:ꝙ quęlibet pars teneatur reſpondere poſitionibus cũ iuramento: ꝙ ſi fiant poſitiões,& pars differat reſpõdere,nunq̃ terminus ſtatutus currit.Secundo hoc ꝓbatur ꝑ tex.ẽt expreſſum in dicta pragmatica,dũ dicit:

nō cōuenire dilationem añ reſpōſionem poſitiōibus factā currere. Et pari modo iudice ſtatuente terminū ad ꝓbādum aliquas exceptiōes, ſi diſputatur, vtrum exceptiōes ſint admittendę necneſdurāte illa diſputatiōe, nō currit terminus datus ad ꝓbādum. Et ad hoc quotidie in practica allegatur Bal. vbi ſupra. & voluit Glo. ſing. in Clem. ſępe, in ver. poſt dationē, de verbo. ſigni. Spec. in titu. de dila. §. i. verſ. Sed nunqd currit. Bal. in. l. ſi cū ipſe. ff. de execu. tuto. Bal. & doc. in. l. cōtra maiores. C. de inoffi. teſta. Ang. in. l. Paulus. §. hęres. ff. de vſu. cum aliis nō parę multis adductis p. d. Fran. Cur. qui prędicta refert, & ſequitur vbi ſupra. Quę notabis (ſi ſapis) & trāſplantabis hinc ad dictam regiam pragmaticam, Quinta die. & ad pragmaticam, cuius eſt initium: Poſt prædictas: alteram de poſitionibus, alteram vero de termino probatorio loquentem.

Commentarius. CLXXX.

SEd operę ꝓtium eſt ſcire ad materiā dictę pragmaticę, Quīta die: quo iure materia poſitionum ſit inuenta: & Glo. in. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iureiurā. pp cal. dan. dicere vtꝫ fuerit inuenta iure cōſuetudinario ad hoc, vt ponens releuetur ab onere ꝓbandi. Et de hoc eſt melior tex. de corpore iuris in Clemen. ſępe, verſ. & qa poſitiōes, de verbo. ſigni. & bene ꝓbat tex. in. c. i. de litis cōteſta. lib. vi. & in. c. pręſentiū de teſti. eo. lib. & ita cōiter tenet, & obſeruat fm. d. Frā. Curtiū in ſuo tractatu, ſeu breuiloqo poſitionū, & interrogationū: quē interpoſuit in. l. ii. §. qd obſeruari ꝑ all. i. ii. breuiloqo: & hoc expreſſe ſentit dicta regia pragmatica, dū dicit: Vt cognoſcat in qbus ptes ipſę, vel altera ex eis ab onere ꝓbādi fuerit releuatę.

Commentarius. CLXXXI.

QVęro abs te ad materiā dictę regię pragmaticę, Quinta die. Quidā accuſauit Sempronium criminaliter de aliquo delicto, facta litis cōteſtatiōe in cauſa, datur terminus ad ꝓbādum. Accuſator facit nonnullas poſitiones, ſup qbus petit Sempronium accuſatū ſub iureiurādo reſpondere: q hoc denegat: num debeāt hmōi poſitiōes haberi ꝓ ꝯfeſſatis cōtra ipſum Sempronium? Dicta regia pragmatica ad finem dicit, ꝙ omnis poſitio, cui nō fuerit reſpōſum ſimpliciter p verbū credit, vel nō credit, ipſo iure pro cōfeſſata habeatur. In cōtrarium tñ eſt veritas. Nam dicta pragmatica nō ꝓcedit in criminalibus. ita Bal. ſing. in. l. i. C quomodo, & qū iudex. & in. l. i. C. de pœna iud. qui male iudi. & ſeqtur Pau. de Caſ. in. l. ii. §. ꝙ ſi actor. C. de iureiur. pp cal. dan. vbi etiā rationem huius fallentiæ aſſignat fm. d. Frā. Curti. in tractatu ſuo, quē de poſitionibus edidit, in. vi. Breuiloquio, in. iii. col. verſ. Stat ergo ex pręmiſſis ibi, Secundo fall.

Commentarius. CLXXXII.

QVia dicta regia pragmatica dicit circa prin. Poſitiones debere eſſe ſimplices, & nō captioſas: factū, & nō ius cōtinentes. & de illo ver-

bo Simplices,ego dixi tibi in Singula.meis in formis, Sing.vii.cuius eſt initiũ:Volo tibi cõmentare,vbi expoſui illud verbũ Simplices.i.ſine ambiguitate,vel obſcuritate poſt Ludo.Roma.in.l.i.§.ſiqs ſimpliciter.ff. de verbo.obliga.Et de illo verbo Captioſas,ego poſui tibi exẽplum ſupra in eiſdẽ Cõmentariis,Cõmẽtario.xxiii.cuius eſt initiũ: Nota hoc.Puta ſi qſ piã faciat tibi poſitionẽ ſi es vir bonus:qa nõ teneris reſpõdere, vt ibi dixi.Propterea q̃to abs te,ſi poſitiões ipſę ſint obſcurę,& captioſę notorię, nũ tenearis reſpõdere?Dicas ꝙ non:ẽt ſi dicta pragmatica diſponeret reſpõdendũ eſſe qbuſcũꝗ poſitionibus:reſeruato iure diſputãdi ſuper pertinẽtia:qa ſi ſunt notorię obſcurę,captioſę, vel imptinẽtes,nõ cadit diſcuſſio,nec examinatio.c.ad noſtrã.iii.de iureiur. ſed tm̃ ſup illis, vbi caderet aliqualis dubitatio:qa vbi nõ cõueniunt verba pragmaticę,nec eius mẽs, & diſpoſitio.ita refert Io.de Imo. obtinuiſſe Bononię in.l.iiii.§. prętor, verſ.roties.ff.de dam.infec.ar.illius tex.& not.p Bar.ibi.In dubio tamẽ, an ſint obſcurę,captioſę,vel imptinẽtes iudices.& ſic inoleuit practica gñalis totius orbis:ꝙ admittũtur capitula,& poſitiões: cogũt partẽ reſpondere oĩbus poſitionibus,ſaluo iure imptinẽtiũ,& nõ admittẽdaꝝ interloquẽdo:ꝙ ſi nõ fuerit reſpõdendũ nõ intendunt haberi pro reſpõſo,ſeu pro admiſſis.Et pariter reſpõdentes,reſpõdent ſub illa ꝓteſtatione.ita formaliter dixit Ang.ſeruare bonos aſſeſſores.in.l.ſi qs libertatẽ.ff. de peti.hęre. & in.l.in ſpeciali.ff de reiuen.Bal.in.l.momentaneę.C.de his q nõ habẽt legit.pſo.ſtan.i iudi.in.l.ſi ſine,in prin.ff de interroga.actio.Gemi.in.c.ii. de cõfeſ.lib.vi.Bar.in.l.ſi duo patroni.§.idem Iuli. in vlti.col.ff. de iureiur.Et ita ſeruatur in dubio,vt dixi:vbi iudex nõ videt notoriã imptinentiã.Et not.ꝙ iſta clauſula Saluo iure imptinentiũ,& nõ admittẽdaꝝ,multũ operatur tã ex parte iudicis,q̃ ex parte reſpõdentis:qa parti reſpõdenti nullũ paratur pręiudiciũ:apparẽte poſtea in ꝓceſſu:ꝙ poſitiones ipſę fuerint imptinẽtes:quibus non erat reſpõdendũ. Et ſic ẽt ꝓbatio facta ſuper capitulis imptinentibus:qñ admiſſa fuiſſent ſub illa clauſula, redderetur nullius momenti.ita vult Ang.Bal.Bar.& Gemi. in locis ſuperius citatis. Quæ ſunt notanda:qa quotidie in foro allegantur ſm Fran. Curtium in ſuo tractatu poſitionum,in.ix.Breuiloquio,in.ii.col.

Commentarius. CLXXXIII.

QVæro abs te,num peregrinantes ad Papam, vel ad ſanctum Iacobum poſſint capi per repreſalias?Dicas ꝙ nõ:quia cum rebus ſuis ſunt ſub ꝓtectione apoſtolica, ſm Bal.in.c. conquerente,verſ. Sed quæro nunquid,extra de clericis peregrinantibus.vbi dicit eſſe caſum ibi: Quod nota ad conſtitutionẽ,Comes,ſub rub.de his,qui in regno guerram mouerint,& de præſaliis puniendis.

Commentarius. CLXXXIIII.

ITerũ quæro abs te ad materiã præcedẽtis Cõmentarii, nũ iſti peregri-nãtes ad Papã,,vel ad ſanctũ Iacobum,retineãt poſſeſſionẽ naturalem? De ciuili non eſt dubiũ:qa eam retinẽt animo.Et vĩ ꝙ non retineant naturalẽ. vt.ff.de acquir.poſſe.l.clam poſſidere.§.q ad nundinas.In cõtrariũ tñ decidit Bal.in.c.conquerente,de cleri.peregrinãtibus:dum dicit: ꝙ legis protectione,& poteſtate vtranq; poſſeſſiõem retinẽt & ciuilem,& naturalem.Ratio eſt ẜm eũ ibi:vt ꝑtectio aliquid operetur.Quod nota ad dictum.§.qui ad nundinas:& repone etiam ad conſtitutionem, Circa violentiarum,de reſtitutione poſſeſſionis.& conſtitutionem,Violentias ſubiectorum,de violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

Commentarius. CLXXXV.

SAepe contingit de hoc dubitari,nũ renũtiatio beneficii,quæ fit in manibus ſupioris,iuxta.c.quod in dubiis,&.c.admonet,extra de renũtia. poſſit ꝓbari p teſtes?ſup quo dicas ꝙ ſic.ita Bal.in.c.ſollicite ad fi.p illum tex.extra de reſti.ſpolia.vbi ſuadet hoc eſſe bene memorię cõmendandũ. & ibi ẽt infert corelatiue idẽ dicendum de collatiõe beneficii: vt ꝓbari ẽt poſſit p teſtes per rationẽ:quia cõtrarioꝝ eſt eadẽ diſciplina: quod tamẽ dicit eſſe veꝝ in ſimplicibus beneficiis:ſecus in dignitatibus:vt puta in dignitate archidiaconali ẜm me:vel archipresbyterali, vel primicertali. Nã iſtæ dignitates, & aliæ id genus non probantur, niſi per ſacros apices. vt .C.de diuerſi.offi.l.probatorias,libro.xi.

Commentarius. CLXXXVI.

QVidam prętor ignauus,& expers legum,& canonum,nullamq;,aut paruam habens experientiam iudicandi,obmiſit nõnulla in ꝓceſſu apponi,& ſcribi facere p ſuum actuarium:vt ex obmiſſione illoꝝ ꝓceſſus ipſo iure redderetur nullus.Nã eramus in criminali quadã accuſatione:& obmiſit ſcribi facere Litis cõteſtationẽ:quę (vt ſcis) eſt angulus,& fundamentũ iudicii:vt dicit Bal.in.c.i.de litis cõteſta. & probat tex.in.c. dudũ .ii.extra de electio.& in.d.c.i.Et cũ ego dixiſſem ꝓceſſum nullũ ex defectu dictæ litis cõteſtationis, replicabat prætor dicẽs ſe velle ꝓbare p teſtes litis cõteſtationẽ:& ſic iuſtificare ꝓceſſum ſuũ.Cui ego dixi:ꝙ acta iudicii ſunt ſtricti iuris,& obmiſſum habetur ꝓ obmiſſo,nec creditur iudici volẽti iuſtificare quod fecit aliunde ꝗ ex actis ẜm Bal.in.c.quoniam contra,in .ix.col.in vlti.notab.extra de ꝓba.vbi dicit hoc determinare illud.C.ſolemne. Quod ego limito,niſi acta probentur per confeſſionem partium, per tex.ẜm omnes doc.ſing.in.c.fi.extra de proba.

Commentarius. CLXXXVII.

DIxi in Soliloquiis meis,Soliloqo.ii.cuius eſt initiũ: Titius donauit: ꝙ donãs oĩa bona ſua retẽto vſuſructu:nõ tenet̃ ꝑſtare cautionẽ de vtendo arbitrio boni viri.iuxta.l.i.ff.vſufruc.quẽadmodũ caueat:quia cũ

ex ſua liberalitate ꝯueniat cũ eo, mitius eſt agẽdum per ea quę ibi in medium adduxi. Nunc in hoc pręſenti Cõmentario adduco tibi aliã adhuc fallentiam: per quam vſufructuarius non tenetur ad pręſtandam dictam cautionem de vtendo arbitrio boni viri: quando feudatarius ſimpliciter inueſtitus habet vſumfructũ: ideſt fruitionem quandam vtilem, & plenã: quia ab eo nõ exigitur vſufructuaria cautio. iuxta. l. i. C. de vſufruc. ita Bal. in. l. i. in fina. col. circa medium. C. ſi plures vna ſeten. vbi refert hoc tenere Ioan. Mona. Refert, & ſequitur. d. Iaſ. in præludiis feudorum, in. x. col. ad fi. vbi allegat hoc eſſe perpetuo notandum ſm Bal. vbi ſupra.

Commentarius. CLXXXVIII.

QVia caſus hic, quem nũc ſubiicio, quotidie ſolet ex facto incidere: ideo q̃ro abs te, nũ pupillus poſſit facere pacẽ de morte patris occiſi: Dicas ꝙ non: niſi cum authoritate tutoris: & decreto iudicis. vt not. in Spec. in titu. de homi. Dũmodo etiã talis pax non ſit dedecori pupillo, & eius agnationi. ar. l. non tñ. §. ſi emancipatus. ff. de contratab. ita Bald. in rub. extra de treuga, & pace, in vlti. col. verſi. quęro vtrũm pupillus. Et nota hoc: & non tradas obliuioni: quia vidi vt plurimũ male ſeruari. Nã pleriq; contentantur ſolo interuentu tutoris, cum tamen decretum iudicis expoſcendum ſit: & ſine illo mille poſſent paces infringi.

Commentarius. CLXXXIX.

NOta ad ꝯſtitutionẽ regni, Diuoꝝ principũ, ſub rubrica de expẽſis: ꝙ victus victori ſemp eſt ꝯdẽnandus in expenſis. & hoc ſcriptũ eſt ad terrorẽ: vt q dubitat, nõ litiget: ſed potius ſilẽtiũ ponat ſm Inno. Qđ eſt notabile dictũ, ſi Baldo credẽdũ ſit i. c. vlti. ad fi. extra de maio. & obe.

Commentarius. CXC.

PRæteritis ante diebus auſu temerario fuit offenſus qdã frater ſancti Frãciſci ordinis minoꝝ. Pater guardianus ẽt reluctãte dicto frẽ offenſo, volebat pacẽ facere. Quæro modo abs te, nũ poſſit: Tu prima fronte diceres forte ꝙ ſic. Nã frater non põt reluctare, & ꝯtradicere, ex quo cũ velle vel nolle nõ hẽat. vt dicit tex. ad lrãm in. c. religioſus, in prin. de teſta. lib. vi. & in. c. ſi. de ſepul. eo. lib. Dicit̃ mũdo mortuus. vt in. c. nõ dicatis. xii. q. i. & eſt bona Glo. in ver. nõ habeat: q̃ allegat multa iura in. d. c. religioſus. Tñ ego ex facto cum incidiſſet, ꝯſultus a dicto guardiano, reſpõdi pacem non poſſe fieri per eum reluctãte fratre offenſo, ex quo erat viuus. Nam licet monachus ſit, tñ iure naturali cẽſendus eſt. vt notatur per Groffre. in ſumma ſua de treuga, & pace. Quem ibi refert, & ſequitur Bal. in vlti. col. verſ. Quęro. ſi monachus. Quod eſt memoria dignũ. Nam quotidie poſſet ex facto incidere: hac ꝑſertim tempeſtate, qua religionis, et clericalis ordinis paruã, aut nullã videmus rõnẽ haberi: & videmus laycos pro re leui in religioſos, & clericos, ceu vrſos, & leones ferociſſimos irruere, illius Euan

gelicę doctrinę immemores: Nolite tangere chriſtos meos.

Commentarius. CXCI.

FVit bänitus quiſpiá vt contumax pro cá criminali, iuxta conſtitutioné, Grãdis vtilitas. & conſtitutioné, Pœná hoꝝ. Et publico edicto cauit iudex ne quis loquatur cũ bänito: vt quotidie fit. Nũc aliquis miſit nũtiũ, vel epiſtolã ad bänitum: quęritur de hoc: vocatur ad pœná edicti. Quęro abs te, nũ in illa inciderit? Dicas quod non, per id quod not. Bar. in. l. i. in prin. ff. de verbo. obli. vbi dicit: quod ſi ſtatutũ punit loquenté cũ Bänito, nõ cõprehendit eũ, qui mittit nuntiũ, vel epiſtolã: ſed eum qui ore ad os loquitur. Quod nota in practica: vt ſcias adiuuare, & defendere amicũ tuũ a manibus latrunculatoꝝ: imo ma nis a fauce draconũ. & vide Barthol. Veroneñ. in Cautela ſua, cuius eſt initium: In multis caſibus reperitur prohibitum, &c. vbi idem refert, & ſequitur.

Commentarius. CXCII.

STantibus maſculis, filia fœmina nõ ſuccedit, ſed maritatur, & dotatur de paragio: vt barbatis verbis vtar conſtitutionis, In aliquibus. Tunc quęro abs te: ſi filia fœmina nõ vult doté recipere, nũ poſſit ſuccedere? Dicas quod ſic: niſi frater offerat ei doté de paragio: nã tũc ſi ſtab t p ipſam, quo minus recipiat doté, nihilominus excludẽda eſt a ſucceſſiõe, ita not. Bal. in. l. fi. in. iiii. col. C. de colla. Refert, & ſequitur Barthola. Veroneñ. in Cautela ſua, cuius eſt initiũ, In multis locis ſunt ſtatuta. Et ideo conſulo maſculis ipſis: vt ſi videant ſororem ob id nõ petere dotes: vt per hoc vocentur ad ſucceſſio nem: offerant ei dotem: quia ſic excludetur a ſucceſſione, per prædicta.

Commentarius. CXCIII.

DIctat Ritus magnæ curiæ, cuius eſt initiũ: Die. xxi. menſis Iulii, de quo meminimus ſupra Cõmentario. clviii. incip. Aliquis vulnerauit, nõ ad mittendũ quépiá in procuratoré in criminalibus, niſi in illis tribus caſibus, de quibus ibi: videlicet infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis. Sed pone quempiá fuiſſe admiſſum in procuratoré in criminalibus extra dictos caſus, nũ valeat iudiciũ? Glo. notab. in. l. quis indubitati. C. de adul. vult quod licet alias in cá criminali nõ admittatur procurator, vel alia perſona, vt. l. ſeruũ quoque. §. publice. ff. de procu. & l. ii. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & c. veniens de accuſa. ſi tñ fuit admiſſus procurator, valet iudiciũ. & idem Glo. ordi. in terminis, in ver. criminalis. in. c. i. de iudi. lib. vi. & ibi doc. Spec. in titu. de procu. §. i. verſ. ſed pone: quod in tali cá. & vide Panhor. qui dictá Glo. ſing. inducit ad multas quęſtiones in. d. c. veniẽs, extra de accuſa. & vide Bartho. Veroneñ. qui prędicta refert, & ſequitur in Cautela ſua, cuius initiũ eſt: Stante ſtatuto, de quo in precedenti &c. Et pñt prædicta confirmari per multa ſimilia, quæ congerunt moder. Papien. in. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. per regulam, quod multa impediuntur fieri, quæ tamen facta valent. Et hæc nota ad dictum Ritum, & ad alias diſpoſitiones tam iuris

cõmunis,q̃ regni:vt in criminalibus non admittatur procurator: vt ſi tamen fuerit admiſſus, valeat iudicium, per ſupradicta.

Commentarius. CXCIIII.

VVlt conſtitutio regni,In cauſa depoſiti, vltra librã auri depoſitum non poſſe probari,niſi per publicũ inſtrumentum: ex quo infertur, ꝙ nõ per teſtes:ſed licet ad illã alibi ſępe multa adhibuerim remedia, vt ex meis ſcriptis luculenter apparet.Attamẽ affero tibi nũc aliud adhuc remediũ ad illam:ꝑ quod poteris depoſitũ vltra librã auri ꝓbare ꝑ teſtes:licet nõ habeas publicũ inſtrumentũ: videlicet ꝙ ꝓcures teſtes, qui interfuerũt depoſito,recipi officio iudicis.ita Spec.in titu.de ꝓba.§.vidẽdũ restat,verſ.ſed qd ſi debitor iurauit.vbi ſubdit ꝙ ſi debitor iurauit ſe nõ ꝓbaturũ,niſi ꝑ inſtrumentũ:tale iuramentũ erit ſeruandum per.c.ſi vero de iureiur.& hoc caſu dicit ꝯſilium eſſe vt debitor ꝓcuret teſtes recipi officio iudicis.Refert,& ſeqtur,& alia nõ paꝝ multa adducit Barthola.Veronẽ. in Cautela ſua,cuius eſt initium:Dubitari poteſt an valeat pactum &c.

Commentarius. CXCV.

DAto ꝙ mulieres in regno iure Lõgobardo viuẽtes,nõ poſſint ꝯtrahere ſine authoritate mũdualdoꝝ:vt plene hĩ maxiẽ ꝑ nouiſſimos in ꝯſtitutiõe,Obſcuritatẽ,de reſtitutiõe mulieꝝ:tñ hoc ĩtelligiť qñ ꝯtrahũt noĩe ꝓprio,nõ ſi noĩe alieno,vt tutorio noĩe,de quo plene ꝑ Ludo.& Alexã.in.l.q̃ſitum.ff.de in ius voc.& Pau.de Caſ.in.l.cuicunq;.§.ſi ab alio, de inſtito.& Rapha.in.l.apud Iulianum.§.fi.ex quib.cau.in poſ.ea. & ibi Bar.& Alex.Et hoc not.ad dictam conſtitutionem,Obſcuritatem.

Commentarius. CXCVI.

QVæro adhuc ad materiã ꝓcedentis Cõmentarii,num mundualdorum authoritas requiratur etiam in diſſoluendo,ſicut in contrahendo? Dicas ꝙ ſic.l.contra.& ibi Bar.C. de repu. & Bar.in.l.qd iuſſit,verſ.q̃ro an partibus.ff.de re iudi.& Alex.in.l.centeſimis.§.fin.in fi.ff.de verbo. obliga.& Bald.in.l.pactum.xxi.q.C.de colla.

Commentarius. CXCVII.

STante hoc ꝙ mulieres ſic Lõgobardoꝝ iure viuentes, nõ poſſint cõtrahere abſq; mũdualdis,num procedat in cõtractu celebrato cũ eccleſia? Dicas ꝙ nõ ſm Bal.in.l.generali.C.de ſacroſan.eccle.Adde Panhor. idẽ tenẽtẽ in.c.relatũ.i.extra de teſta.& Alex.in cõſ.ſuo.lxxxvi.in.iiii.lib. nec cũ clerico,qui nõ aſtringiť ad formã ſtatuti laycoꝝ in ꝯtrahẽdo,ſi velit clericus vti ꝯtractu coram iudice eccleſiaſtico.Bal.in.l.cũctos populos .xx.col.& in repeti.C.de ſum.tri.& fi.catho.& Alex. cõſi.ccx.iii.col. lib.ii.

Commentarius. CXCVIII.

QVæro abs te ad materiã regiæ pragmaticę,Odia litium,num ex forma illius debeat fieri cõpromiſſum inter ꝯiunctos legitimos,& na

turales ex vna,& naturales (licet legitimatos) ex altera,ſi ſunt infra quātum gradum ſm ius ciuile cōputādū:Dicas ꝙ nō:qñ legitimi,& naturales nō ꝯſentiūt.ita ꝯſuluit Pau.de Caſ.in conſi.ſuo,conſi.lxvii. cuius eſt initiū:In Chriſti nomine amē.ſup eo verbo quod quęrit:vtrū dicti legitimati &c.&.d.Alex.in cōſi.ſuo.lx.incip.Redēptoris noſtri īuocato ſuffragio.viſa legitimatione facta.iiii.col.verſ.venio ad ſecundum.lib.ii.

Commentarius. CXCIX.

STante regni conſtitutione,In aliquibus, vt extantibus maſculis filiæ fœminæ nō ſuccedant patri.Modo qdā deceſſit relictis duobus filiis, & duabus filiabus:vnus ex filiis repudiauit,vel aliter eſt excluſus. Quæro abs te,cui accreſcit portio ſua?Bar.diſputat hāc quęſtionē in.l. reconiuncti,in.viii.col.ibi.Et per hæc determinatur quæſtio.ff.de lega.iii.& tandē concludit:ꝙ accreſcit fratri.Quod nota ad dictam conſtitutionem,In aliquibus:quia eſt quotidianum,& memoria dignum.

Commentarius. CC.

PRo cōplemēto huius operis,quia Deo Optimo Maximo hoc ducēteſimo Cōmentario finē optatū cenſuimus operi huic tribuendum: quæro abs te.Ecce ꝙ per conſtitutionem,Pœnam horum,occidens bannitum,vel foriudicatū,banni vel forbāni pœnā, quam incurrerat in præmium ſuæ fidei,& probitatis euitat,vt dicit ibi tex.ad literam,num ſi fuerat ex diuerſis delictis,& cauſis forbannitus,debeat ab omnibus bannis, & forbannis abſolui?Bal.in.l.fi.C.de nup.tenuit ꝙ non:ſed ab vno tantū quod voluerit fiſcus.Sed in.l.i.ff.de conſti.prin.dicit eſſe in electione bāniti.& hoc tenet.d.Alex.in.l.de pupillo.§.ſi pluribus, in addi.de ope. no. nuntia.Quod eſt memoriæ commendandum in actu practico ad dictam conſtitutionem,Pœnam horum,quando caſus ex facto incideret.

Habes,lector cādidiſſime,ex Pontificio,Cæſareoꝗ iure excerptos ducentos Commentarios noſtros,citius tamen ꝗ propoſueram. Cui quidem operi,tametſi ab eo variæ me,ac multiplices reipublicæ occupationes retrahebant,omni tamen animo, & ſtudio me accinxi, illud ꝙ tandem Deo Opt.Max.ad finem vſꝗ perduxi. Cui gratias, quas poſſum,ago: quando referre opis non eſt noſtrę.Dixi.

PRACTICA IVDICIARIA COMPENDIOSA, ET VTILIS: TAM CANONICA,

q̄ ciuilis: tam ordinaria, q̄ extraordinaria,& maxime ĩ Regno,edita per Reuerēdum.d.Ioannem de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ,diuini,& humani iuris laureatum,bonis auibus initium ſumit.

Sine qua tu Regnicola eſſe no'i.

M. D. XXXV.

Ioannes Amonius ad Librum.

I Liber ad Bibliopolã æneis caracteribus te imprimi: ac excuti curaturũ. Te enim auide expectãt Cauſidici, qui in foro verſantur quotidie: quãdoq́dem & audiuerint poſſe eos deinceps (te placitãdi materiã edocẽte) tute ꝑ iudiciarios tumultus incedere. Oſtẽdis itaq; q́d in maximoꝝ Põtificũ: q́d in diuoꝝ Cæſaꝝ foro: & in hoc ꝑſertim Siciliæ regno fieri, ſeruariq; oporteat. Breuis es, & cõpendioſus: ſed nõ adeo vt obſcuritatẽ parias. Ne in te illud illuſtris Venuſini poetę carmẽ obiiciatur: Obſcurus fio, dũ breuis eſſe volo. Quippe animaduertẽs, q́ te edidit: memoriã hominũ eſſe labilẽ: ſi iureconſulto credẽdũ ſit in. l. peregre. digeſtis de acq́rẽda poſſeſſione: ſatiuſq; fore pauca idonee effundere, q̃ multis inutilibus homines prægrauare leg. tanta. §. cõtrariũ. C. de veteri iu. enucle. Breuẽ te fore cẽſuit: Ne ſummi (vt vates ille cecinit) plena iam margine libri Scriptꝰ & i tergo, necdũ finitus Oreſtes. Dicere de te q́ſpiã poſſet: Eriſq; cũ breuis ita ſis, vbi ad Cauſidicoꝝ manus applicueris, breui tp̃is intercapedine ad literã: & verbo (vt aiunt) ad verbũ ab illis quodãmodo recitandus. Euola igit̃ liber ad Bibliopolã: vt ſic excuſus valeas quãprimũ in publicũ ꝓdire.

LIBER. Ibo ad Bibliopolã: quẽ me iubes adire. Sed illius te ſentẽtię memorẽ in primis eſſe velim: quæ diui Hieronymi in Epiſtola ad Præſidiũ, & in Epiſtola cõtra Vigilãtiũ in expoſitione Symboli eſſe ꝓhibetur, dicẽtis: Qui ſcribit, multos ſumit iudices, alter in alteriuſlibet ingenium. Sum ne mẽdis oĩbus expurgatus? Abſterxiſti ne, ac remouiſti a me cũctas offendiculas? Poſſum ne tute in publicũ ꝓdire?

IOAN. Tametſi Liber vera ſint, quæ prædicas, attñ nunq̃ de me tãtum pollicitus ſum: vt te prius abire ꝑmiſerim, q̃ te ꝑlegendũ, emendandũq; curauerim ab eo, q́ annos iam quadraginta indefeſſo & corporis, & animi ſtudio ꝑlegens cũctis legum tenebris lucẽ iniiecerit. Is eſt, q́ cũctas abs te offendiculas remouit: is eſt, q́ te mẽdis oĩbus expurgauit.

LIB. Et q́s eſt is de quo tot, ac tãta in mediũ affers?

IOAN. Eſt is cui ꝑteritis añ diebus Dialogos cẽtũ. Is eſt, cui poſt illos paucis deinde poſt diebus ducẽtos Cõmẽtarios ex diuino, & humano iure excerptos dicaui: ſub cuius nomine & illi poterunt, & tu in publicum prodire. Is eſt, quem omnes IOANNEM NICOLAVM vocitant cognomento Vicarium almi Salernitani Senatus patremconſcriptum: ætatis noſtræ ſine controuerſia iuriſconſultorum iuriſconſultiſſimum.

LIB. Ibo q̃primum ad Bibliopolam: quandoquidem pertimeſcendum nequaq̃ mihi ſit amplius ſub tanti viri nomine in publicũ ꝓdire.

IOAN. I Liber bonis auibus, & cum excuſus adueneris, roga Bibliopolam, vt ex excuſis vnum, aut ad ſummum duos ad me tranſmittat libros.

Vale.

PRACTICA IVDICIARIA COMPENDIOSA, ET vtilis: tã canonica, q̃ ciuilis: tam ordinaria, q̃ extraordinaria, & maxime in regno, edita p reuerendũ. d. Ioannẽ de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ, diuini, & humani iuris laureatum, bonis auibus initium ſumit.

Præfatio ad Lectorem.

QVoniam Practica ipſa vera eſt intellectrix legũ, vt elegãter, & vere inqt Bal. in. c. i. in prin. verſ. & ideo qñ capiũtur, de feu. ſi. cul. non ammittẽ. vñ dixit idẽ Bal. in. l. illud. ff. de excuſa. tuto. p illũ tex. ſm aſſeſſores ab antiqua Practica nõ eſſe recedẽdum. & idẽ dicit Bal. in conſi. ſuo. cccclxxii. cuius eſt initium: Statuto cõis Papiæ, in ii. col. lib. i. hinc ẽt eleganter dicebat idẽ Bal. in. l. de quibus in. vii. col. verſ. item quęritur. ff. de legi. ꝙ quoties ſtylus infringitur, non valet quod agitur, cũ his quæ late congerit. d. Feli. in. c. ii. in. viii. col. verſ. Stylus curiæ, extra de reſcrip. Alibi etiam pulchre idem Bal. in. c. ex tenore circa med. extra de teſti. dicebat: ꝙ leges ſapiunt cum practicantur: & tũc fructus ex arbore colliguntur: propterea vulgatum, iamq; vſu tritum eſt, & receptum Adagiũ: Leges in ſchola diglutiuntur: in palatio digeruntur: quia Practica eſt ſciẽtia digeſtiua: & vbi theoricus deſinit: practicus incipit. Vnde licet ius emanauerit poſitiuum tam Pontificium, q̃ Cæſareum: tamen Practica, & exercitium placitandi, permaxime ſunt neceſſaria. xlv. d. c. licet. Per ſcientiam enim, & per experientiam omnis acquiritur notitia. iuxta illud: Vſus, & ars docuit quod ſapit omnis homo. & iuxta Philoſophũ in prin. Methaphyſicę: Experiẽtia facit artẽ. Nã omne artificiũ per cõtinuũ exercitiũ recipit incrementũ. vt in. l. legatis ſeruis. §. ornatricibus. ff. de lega. iii. Eſt enim ipſa experiẽtia efficax reꝵ magiſtra. c. q̃ ſit de electio. lib. vi. vnde cõmendat iuriſperitos expientia reꝵ, & expti cauſaꝵ iudices dari debent. C. de iudi. l. certi. nã inexptus pauca cognoſcit. Propterea ego Ioãnes de Arnono de ſancto Angelo Faſanellę, inter diuini, & humani iuris laureatos per exiguus, ſtatui ad cõmunẽ omniũ vtilitatẽ: & eoꝵ maxime, q in forẽſibus cauſis verſanť, Iudiciariã Practicã edere: cõpẽdioſam quidẽ: & nõ (vt aiũt) verboſam: ſed ſubſtãtialẽ, & putilẽ, ac verſatilẽ quotidie tam in foro Põtificio, q̃ Cęſareo: & permaxime in regno hoc Sicilię: in quo (vt plurimũ) legibus communibus ab aula exploſis, Conſtitutionibus vtimur, ac Capitulis, Pragmaticis, & Ritibus. In qua quidem Practica, ſi quid forte boni a me expromi contingerit, nil mihi laudis velim tribuẽdũ: ſed Deo Optimo Maximo: a quo omne bonum optimum, & omne donum perfectum proficiſcitur, laudes agantur innumeræ.

Bene vale lector candidiſſime.

Caput primum.

QVia (ſi Baldo credendum ſit) in præludiis feudorum in.i.col. non ſtatim iniiciendæ ſunt manus in meſſem: quæ enim ordinem in ſe habent ꝓludia quædam, habent vt not. in auten. in medio litis non fie. ſa. for. §. fi. colla. viii. & plerunq; pręfationes demonſtrationis, quin immo etiam finalis cauſę vim oſtendũt. vt. ff. de origi. iur. l. i. & ff. de hære. inſti. l. Pacumenius Androtenes. Propterea quæro, num Practica litigandi, & placitandi vſus ſit de iure diuino exorta? Et dico ꝙ ſic. Nam cum Adam redargueretur a domino de inobedientia, & de eſu pomi vetiti in Paradiſo delitiarum, relationem huius criminis conuertit in coniugem Euam: immo mauis in cõiugis authorem Deum Opt. Max. cum dixit: Mulier, quam dediſti mihi ſociam me decepit, & comedi. de pœni. d. i. c. ſerpens. Item ex lege veteri Practica iudiciaria cõprobatur. Nam Moſes ait: In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, Deutero. c. xix. de iudi. c. nouit, de teſti. c. licet cum ſimili. non parũ multis. Sed poſtea approbatione, & extẽſione dr̃ eſſe de iure poſitiuo, a quo ꝓdita eſt quędã forma particularis, & ſpãlis in iudiciis obſeruãda: vt ex ſequẽtibꝰ luculẽter appebit.

Caput. II.

QVoniam Practica iudiciaria pręſens tractatus inſcribitur: propterea quæro non incongrue abs te quid ſit iudicium: quia quid ſit Practica ſatis ſuperq; ſupra in pręfatione diſſeruimus. Dicas igitur cum Hoſti. in ſumma de iudi. in prin. & Ioan. An. in ſua ad Spe. paraphraſi in titu. de actore in prin. & cõmuniter doc. in hoc. iudicium eſſe actum triũ perſonarum, iudicis, actoris, & rei. De hoc in. c. forus, immo mauis forum dixerim, extra de verbo. ſigni. cum forus in maſculino genere nõ reperiatur in illo ſignificatu, in quo ibi ponitur pro loco exercendarum litium. Nec te moueat ſi aliqua ſint iudicia, in quibus non ſint omnes illę perſonę, de quibus ſupra, vt in iudicio generalis inquiſitionis, vbi non eſt perſona actoris, vel rei. de quo in. c. bonæ de electio. & in iudicio ſpecialis inquiſitionis, quæ fit officio iudicis nemine promouente, vel inſtigante de actu inquiſitionis. vt in. c. qualiter, & quando ſecundo de accuſa. quia in iudicio inquiſitionis fama quæ præcedere debet, deſeruit loco actoris. vt ibi not. ad quam præordinatur etiam inquiſitio generalis. Nec etiam moueat te iudicium, quod habetur ſuper notorio crimine. Nam & ibi notorium ſupplet locum, & vicem accuſatoris interpretatiue. Et ſic vera eſt diffinitio, quam ſupra poſuimus poſt doc. per nos citatos: vt iudicium ipſum ſit actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei.

Caput. III.

NEc propterea dixeris ſupradictam diffinitionem iudicii non eſſe veram, quandoquidẽ & aliæ, atq; aliæ perſonæ in iudicio interueniãt

vltra iudicem, actorem, & reum: vt Procurator: vt coniuncta perſona: vt defenſor: vt excuſator: vt ſyndicus: vt iconom⁹: vt tutor: vt curator: & aliȩ id genus, de quibus Specu. in prima parte, in tertia particula pertractauit: quia hæ perſonæ non ſunt neceſſariȩ ad ſubſtantiandum iudicium. Nam alieno quidem nomine, & non proprio in iudicio admittuntur vel agendo, vel defendendo. Quinimmo & aliȩ ſunt perſonȩ, quæ nec agunt, nec defendunt: ſed vt adminiculum præſtent ipſis cauſis: ceu ſunt cauſarũ patroni. de quibus loquitur titulus de poſtul. per totum. ff. & extra, &. c. paſtoralis de iudi. &. c. i. extra vt lite non cõteſ. iiii. q. iiii. c. i. de verbo. ſigni. c. forus. §. in omni. & regia pragmatica, Quinta die, ibi ſine prȩſentia Procuratoris, vel Aduocati. & conſtitutio regni, cuius eſt initium: Hac edictali lege. ſub rubrica de ſalario aduocatorum, & conſtitutio regni, Iuſtitiarios, ſub rubrica, vt iuſtitiarii habeant certos aduocatos. & conſtitutio regni incip. Lege præſenti, ſub rubrica de dandis aduocatis pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. & conſtitutio, Aduocatorum, officium, ſub rub. de aduocatis ordinandis. & conſtitutio, Aduocatos, de præſtatione ſacramẽti ab aduocatis. Sunt itaq; aliæ perſonæ, quæ in iudicio interueniunt, vt p̄ſtent adminiculum: vt ſunt actorum notarii ſm communem conſuetudinem ſic dicti: cum tamen hi ſm Romanam linguam, Tabelliones, vel etiã Libelliones appellentur: quia tabulas: hoc eſt teſtamenta, & publicas ſcripturas conficiant: ſed hodie Notarii barbare ab omnibus vocitantur. De quibus Notariis actorum loquitur conſtitutio regni, cuius eſt initium: In locis Demanii, ibi præter iudicem, & actorum Notarium. & conſtitutio, Cum iuxta prouidum, ſub rubrica de ſalario baiulorum, iudicum, & notariorum curiæ. & conſtitutio, Iuſtitiarii per prouincias ibi, aſſeſſores etiã, & actorum notarios. & de eiſdem, vel duobus viris ipſorum loco, qui iudicii acta conſcribant. loquitur tex. in. c. quoniam contra de proba. Interuenit etiam Nuntius, qui citet, & referat. de quo loquitur tex. in. c. prudentiam primo reſpon. de offi. dele. &. c. cum parati, de appel. qui alias apparitor dicitur. de quo, & eius ſalario habes cõſtitutionem, cuius eſt initium: In ciuilibus cauſis, ſub rubrica de apparitoribus. & eorum ſalario. & conſtitutio, Edictorum, ibi per ſpecialem citantis nũtium, de literis citatoriis. & conſtitutio, Citationis literæ. & regia pragmatica ſecũda in ordine, cuius eſt initium: Quilibet agere volens. Et iſtæ etiam perſonæ non ſunt neceſſariȩ iudicio, niſi ſm prȩdictum effectum: ſcilicet vt præſtent adminiculum: quo fit vt iudicii vera ſit diffinitio: quam poſuimus in præcedenti Capite: vt ſit actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei: cũ aliȩ perſonæ, de quibus in præſenti Capite non ſint de ſubſtantia iudicii, niſi vt adminiculum præſtent. vt ex prædictis patet.

Caput. IIII.

HActenus de perſonis,quæ ſunt de ſubſtantia ipſius iudicii, & de his, quæ præſtant adminiculum in cauſis ipſis:nunc de ſubſtantialibus ipſius iudicii diſputandum eſt. De ſubſtantia igitur proceſſus, vel ordinis iudiciarii ſunt hæc:libelli oblatio:de quo in.c.i.de libel.obla.in fin. Glo. & in Cle.ſępe de verbo.ſigni.in Glo.quę eſt ſuper ver.neceſſario. & in auten.offeratur.C.de litis cōteſ.& in.l.i.ff.de eden.& in.l.edita actio.C.eo. in quantum ibi ſumitur edita actio pro edito libello.Item litis conteſtatio,vt in.c.dudum ſecūdo de electio.& in.c.exhibita ibi,lite nondum ſuper eodem negotio conteſtata de iudi.& in.c.vnico de litis conteſta.vbi Bal. dicit litis cōteſtationem eſſe fundamentum,& angulum iudicii.Item publicatio in cauſa ſm Glo.i.in ver.ſolitum.in.l.prolatā.C.de ſenten. & interlo.om.iudi.Sed hoc eſt verum,quando eſt petita publicatio,& non facta:ſecus ſi non petita,ſed obmiſſa.Nam tunc proceſſus valet: vt per doc. maxime moder.Ferrarien.in.c.cum.I, & A.de re iudica. Item cōncluſio, de qua in.d.Cle.ſæpe.in Glo.iſta litera.Item ſententia, vt in.c.quoniam, contra de proba.& ꝙ feratur in ſcriptis de re iudi.lib.vi.c.fi.&.C.de ſen. ex peri. reci.l.fin. ibi de ſcripti recitatione proferri. Niſi in cauſis breuibus.vt in auten.Niſi breuiores, ibi poſita,quæ cauſæ breues, & modicæ hodie in regno conſiderantur, ſi ſint infra duos auguſtales. vt in conſti. Dilationes.& ibi Glo.in ver.Duos.quæ dicit ſopitum eſſe id quod dicitur in auten.de man.prin.§.ſit tibi.quia ibi in.d.conſti.dicitur quæ ſit breuis lis:quod non determinatur ibidem:ſcilicet in.d.§.ſit tibi.

Caput. V.

IN pręcedenti Capite vidimus de ſubſtantialibus proceſſus, vel ordinis iudiciarii,hic de non ſubſtantialibus videamus.Nam exceptiones,replicationes,appellationes,& alię id genus,de quibus infra patebit, non ſunt de ſubſtantia proceſſus,vel ordinis iudiciarii:& earum obmiſſio non reddit proceſſum nullum.Et ordo iſte iudiciarius non debet prętermitti,confundi,vel præpoſterari:alias ex obmiſſione,confuſione,vel prępoſteratione induceretur,& ſurgeret nullitas iudicii,& proceſſus.ii.q.vi.§. diffinitiua.de accuſa.qualiter,& quando.i.& i Spec. de ſen.prola.§.iuxta propoſitum.Nec poteſt prętermitti etiam de conſenſu partium.vt eſt Glo.notab. in.c.de cauſis,de offi.deleg.i Glo.ii.& in Cle.ſępe,de ver.ſigni.i vlti.Glo. Et quomodo fiat iſta prętermiſſio,confuſio,vel prępoſteratio ordinis iudiciarii pone exemplum:vt per Glo.i.in ver.ſolitum,in.l.prolatam.C. de ſen.& interlo.om.iud.vt ſi primo proferatur ſententia: & poſtea ſcribatur: vel primo iuretur de calumnia:poſtea fiat litis conteſtatio.Sciendum tamen eſt huiuſmodi actuum particularium quoſdam eſſe ad iudicium, ſeu litis ordinationem:quoſdam vero ad litis,ſeu cauſę inſtructionē, ſeu deciſionem: qui ſunt ad litis ordinationem,ſunt hi videlicet:citationes, fa-

tiſdatiões,& ſimiles actus iudicii ordinarii:ſed cõfeſſiones, atteſtationes, probationes,inſtrumenta,priuilegia,& ſcripturę,& illa quę factum reſpiciunt ſunt actus cauſę inſtructorii,ſeu deciſorii.de quo p Inn.& Hoſti.in c.cãm.i.de teſti.& in Cle.ſępe,de verbo.ſigni.in Glo.facit ad hoc.

Caput. VI.

QVæ hucuſq; dicta ſunt iudiciarii ordinis partes reſpiciunt in cauſis regulariter obſeruandis.Sed animaduertendum puto cauſas eſſe aliquas ex priuilegio iuris,vel hominis,vel ex cauſarum natura ordinem huiuſmodi per omnia neceſſario non expoſcere:vel in eis etiam nullo modo ordinem ipſum ſeruandum:cum per omnes partes iudicii in eis non ambuletur.Si de cauſis priuilegiatis a iure exemplum quęres,hæ ſunt videlicet:cauſę beneficiales,matrimoniales,vſurariæ,decimales,vt in Cle.di ſpẽdio iudic.& oẽs cauſę hodie in regno p capitulũ, Deteſtãtes:& per regiam nouellam pragmaticam primã in ordine,cuius eſt initium:Diſpẽdia litiũ:vt dixi in Soliloquiis meis,Soliloquio.viii.quod incip.Nemo eſt qui neſciat.quia omnes prędictę cauſę ſunt ſummarię:in quarũ cognitiõe ex diſpoſitione iuris iudex non tenetur iudiciarium ordinem obſeruare. Et ideo ex certa ſcientia,& cum iuris miniſterio dixi,Neceſſario:quia poteſt ſi vult.ita ſingulariter decidit Bald.in.l.nulla,circa fi.ff.de legi.ar.tex. & eorum quę ſingu.tractat Inno.in.c.nouit,in.i.col.poſt pñ.extra de iudi.vbi dicebat φ ſeruare ordinem iudiciarium,non poteſt nocere. & reaſſumit Bald.idem in.l.teſtamentum,in.iii.notab.C.de teſta.& vtrunq; dictum commendat late tractãs.d.Feli.in.c.cum dilecta.xiiii.col.extra de reſcrip.& retuli in.d.viii.Soliloquio.Si vero de cauſis priuilegiatis ab homine exemplum poſcas: dicas illas eſſe cauſas,quas princeps committit ſummarie,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicii.in quibus quę de ſubſtantia iudicii ſunt,vt libellus,litis conteſtatio, concluſio &c. iudex non poteſt vſq; quaq; obſeruare,niſi partibus non contradicentibus.vt in Clem. ſępe de ver.ſigni.vbi traditur forma in procedendo,quando per principẽ committitur cauſa ſummarie,& de plano.Et quis poſſit cauſas ſic cõmittere.vide plene per.d.Feli.in.c.i.de reſcrip.in.i.col.verſi.legatus non committit.vbi plene examinat Glo.ſingu.in c.ſi.in Glo.maiori,quaſi in fi.de here.in.vi.volentem legatum etiã a latere nõ poſſe cauſas cõmittere ſublato iuris ordine.Et ſi de cauſis priuilegiatis quęres ex natura cauſarũ,illæ inq̃ ſunt,quę notorię ſunt,in quibus non exigitur ordo iudiciarius.Nam in illis ordo eſt non ſeruare ordinem:vt in.c.ad noſtram.iii.extra de iureiur.de quo in.c.tua.& in.c.veſtra de coha.cle.& mulie.Item in iudicio inquiſitionis ex officio iudicis non ad promotionem,vel inſtigationem alicuius.vt in.c.quoniam frequenter.§.ſunt & alii,vt lite non conteſta.

Caput. VII.

VIdimus in tribus præcedentibus Capitibus de actibus ſubſtantialibus,& non ſubſtantialibus ipſius iudicii: nunc obiter differendum putamus qualiter ſe habiturus ſit iudex in cauſa criminali,& ciuili. Proinde ſcias,iudicem in cauſa criminali debere prius examinare accuſantem, qua intentione moueatur,cuiuſq; ſit opinionis. Item in cauſa iniuriarum debet iudex laborare, vt partes ad pacem , compoſitionemq; deducat.in q̃ actiõe potiſſime pax,& cõpoſitio ꝓcedit.xl.d.c.i .Qđ nota ad cõſtitutionẽ regni,Varietates pœnaꝝ,ſub rub.de ꝯſideratiõe iniunꝗ,tpis & pſonꝗ.

Caput. VIII.

HIs ſic præmiſſis,totũ proceſſum diuidimus in tres partes,in hoc Spe cu.imitati in ſecunda parte in prin.Quarũ prima a prima vocatione, ſiuẽ citatiõe initiũ ſumit,litiſq; cõteſtationẽ excludit.Secũda a litis cõteſtatione ad ſentẽtiã vſq; diffinitiuã excluſiue.Tertia, & vltima a ſententia ipſa incluſiue:& durat vſq; ad eius effectualẽ exequutionẽ,ſiquidẽ a ſentẽtia ipſa nõ fuerit appellatũ.ſi vero ſic,ſuſpẽditur exequutio quouſq; appellationis cauſa fuerit terminata.c.veniẽtes,de iureiutã. cum ſuis cõcor.

Caput. IX.

PRima igitur pars ea expedit,quæ cõpetentiam,vel incompetentiam iudicis reſpiciunt,& eius iuriſditionem:an ſcilicet eam in reum habeat,necne?& ſi ſic an ſit recuſabilis, vel declinabilis? itaq; in ea diſputatur de perſona actoris,an videlicet legitimam habeat perſonam ſtandi in iudicio,necne? Quæ quidem diſputatio ad actorẽ tantum ipſum dirigitur,& non reum.quippe cum reus ſit quiſquis is ſit,qui ad iudicium vocatur,non eſt reſpuendus,tametſi Diabolus ſit ex Inferno ad iudicium euocatus:quia deneganda non eſt defenſio in iudicio,quæ a iure naturali ꝓdita eſt.vt in.c.cum inter,de excep.vbi dicit Inno.Reũ non legitimatuiũ, firmaturumue perſonam ſuam in iudicio:quam eo ipſo legitimauit, firmauitq;,ꝙ ad iudicium fuit euocatus.Nam & reſpõdere compellitur neceſſario de iudi.c.intelliximus,cum vel maxime iudicium reddatur in inuitum.l.inter ſtipulantem.ff.de verbo.obli. quæ etiam prima pars procuratoris perſonam examinat,an is ſit procurator, qui perſonam habeat legitimam ſtandi in iudicio,legitimumq; mandatum.c.i.de procu.Nam exceptio falſi procuratoris tãti eſt, vt in qua cunq; iudicii parte admittatur: & non ab re,cum reddat iudicium retro nullum.l. licet. C.de procu.c.in noſtra,extra eo.titu.Quod intellige prout eleganter proſequitur,& diſtinguit Panhor.in.c.quoniam contra, in pe. col. in prin.verſ. venio nunc ad ſecundam.q.vbi ponit quot modis conſideretur hæc exceptio procuratoria.extra de proba.Itaq; in eadem parte quæritur de loco iudicii, tutus ne ſit, & idoneus reo , an non, de appella.c.ex parte. Item conceptus ne ſit libellus, vt decet,necne.c. examinata de iudi. Item ſit ne forum compe-

tens,vel

tens,vel incompetens,ad quod reus fuerit euocatus.de foro cõpe.per totum.ſintue legitimę,vel inhabiles perſonæ in iudicio interueniẽtes. Quę omnia,& alia id genus negotium non reſpiciunt principale regulariter. quod ideo dixerim,cum quidam ſe offerant caſus, qui negotium amplectantur principale,tametſi ante litis conteſtationem occurrant,de quibus agitur in.c.i.de litis con.lib.vi.& per Glo.i.in ver.exceptione. ibi fallit in tribus in conſtitutione regni,Exceptione filiationis. Et eſt exceptio rei iudicatæ,tranſactæ,ſeu finitę:vt in.d.c.i.de litis conteſta.in.vi.

Caput. X.

SEcunda pars pertractat negotium ipſum principale, vt videbimus in proſequutione materiæ. Tertia, & vltima negotio ipſi principali finẽ imponit per ſententiam.l.i.ff.de re iudi. Quæ ſententia finem aſſequitur congruum,& oportunum,ſi debitæ fuerit exequutioni demandata, de re iudica.cum aliquibus,de offi.dele.c.quærenti.

Caput. XI.

VIdimus in quot ſit partes ſectum iudicium: ſectuſue ꝓceſſus totus: & de qua re q̃libet pars diiudicet,& diſputet:nõ ab re anteq̃ proceſſus inchoetur,dilucidabimus qd actor acturus ſit ipſe,quippe ſi nobis cõſtare velimus actor iudicẽ ipſius rei adibit,vt imperator cenſuit in.l.adire .C.de iuriſdi.om.iu.qa eſt prodita hęc regula,vt actor forum rei ſequatur. vt docet tex.in c.cum ſit generale, de foro compe.Nec te moueat ſi quos caſus repereris,in quibus regulam ipſam non procedere inſpexeris. Nam hi caſus erunt ſpeciales.vt in.c.vlti.de foro compe.in.vi.puta quãdo eſſet per laycum appoſitum iuramentum in contractu: quia ratione iuramenti poterit etiam ad forum trahi iudicis eccleſiaſtici: quia accumulat forum foro.vt in.d.c.vlti.Et moribus,ac conſuetudine receptum eſt,vt clerici trahant laycos ad forum eccleſiaſticum in cauſa ciuili per.d.c. cum ſit generale.& not.bene in.c.ſi clericus eo. ti. de foro compe. vbi Ab. dicit illum tex.eſſe ſing. & reddit rationem ob commiſſum quodammodo ſacrilegium,quando retinetur res ipſius clerici:& ratione dicti ſacrilegii vterq; iudex eſt competens.d.c.cum ſit generale. Prorogatur & tacite iuriſditio non ſui iudicis.c.dilecti de foro compe.quę prorogatio tacita fit cõtrahẽdo:vt ſi Salernitanus quiſpiam contrahat in hac patria:vel promittat ſoluere in aliquo loco: & hoc eſt verum in iudice ordinario: vt dicto modo fiat prorogatio in eum.In iudice autem delegato prorogatio non procedit:de quo in.c.P.&.G.de offi.dele. Vt autem clericus valeat iuriſditionẽ non ſui iudicis prorogare multa exquiruntur, de quibus in.c.ſignificaſti, de foro compe.vt ſcilicet ſit iudex eccleſiaſticus is, in quem fit prorogatio,& ſui dioceſani conſenſus accedat. vt in.d.c.ſignificaſti.Sed aduenendum diligenter, ne te decipiant priuilegia ampliſſima baronum noſtri

temporis,quibus competit remiſſio ſubditorum,etiam ſi alibi contraxerint,vel deliquerint, vel quouis modo a iure inducto alibi forum vendicarint,etiam ſi vaſſallorum ad id conſenſus accedat.

Caput. XII.

QVoniam(vt in precedēti Capite diſſeruimus)actor regulariter iudicem debet rei ipſius adire:nunc poſtq̄ id fecerit quid ſit facturus,videamus.Et quidem propoſito ſuo facto coram iudice per ſe quidem ſi ſagax ſit:alioquin per alium,iuxta.c.Paſtoralis de iudi.petat euocari aduerſarium ſuum ad iudicium.c.i.de iudi. Eſt enim citatio fundamentum, ac principium ordinis iudiciarii. de quo in Glo.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſti.Et dicit tex.in.c.i.de cauſa poſſe,& proprie non poſſe contra inauditam partem aliquid diffiniri.vnde dicit notabiliter tex.inſti. de pœna teme.liti.§.vlti.omnium actionum inſtituendarum principium ab ea edicti parte conſtitui:quæ eſt de in ius vocando. Poteſt tamen reus ſi præſens eſt ad reſpondendum,cogi abſq; alia citatione, vt fuit originale & ſing.dictum Io.An.in.c.fi. de electio.lib.vi.de quo per docto. maxime moder.Papien.in rub.C.de in ius vocan.Hæc in iudice ordinario,in quo infraſcriptæ offendiculæ non conſiderantur.

Caput. XIII.

SI vero iudex ſit delegatus,vel commiſſarius,qui territorium non habet,iuxta.l.ſi pupillus.§.territoriū.ff.de ver. ſigni. actor ipſum adeat, in loco tamen honeſto,& hora congrua.c.conſuluit de offi.deleg. eiq; reſcriptum offerat,& citationem obtineat,& propere,ac citius, & celerius q̄ poſſit ad partem:quia per eam perpetuabitur iuriſditio ipſius commiſſarii,& iudicis delegati, etiam ſi nondum peruenerit ad partem.vt eſt Glo. ſing.in Clemen.ii.in Glo.in ver.ad partem vt lite pendente. de hoc autē plene per doc.in.c.licet vndiq;.& in.c.relatum.& in.c.gratum de offi.delega.vbi quid de iure Pontificio:quidue de iure Cæſareo plene per eos diſſeritur.Item per citationem ipſam,ſi ad eam obtinendam actor ipſe properauerit,efficiet ne per aduerſarium ſuum coram alio poſſit iudice conueniri.vt legitur,& not.in.c.vt debitus honor de appel. Eſt itaq; adhuc citationis ipſius effectus non paruus:vt data cumulatione fori,is erit iudex in cauſa,qui prius fuerit aditus per citationem.vt not.in.c. cum ab eccleſiarum,de offi.ordi.& in.c.cum contingat de foro compe.Nam vbi eſt pluralitas iudicum per modū accumulationū, locus eſt præuētioni: vt q primo citat,iudex eſſe ꝓhibeat,ſiue ordinarius ſit is,ſiue delegatus.vt in.d.c. vt debitus honor.Et hoc quotidie videmus ex facto incidere in locis,in q bus duo iudices poſſunt cognoſcere:vt is ꝑferatur,q primo fuerit p citatione aditus:q̄ & aliū ꝓducit effectū,ſi ad eā ꝓperetur:effectū inquā litis pendentiæ vt in dicta Clem.ii.& ibi not.per Glo. & doc. vt lite pen.

Caput. XIIII.

EFfectus multiplices citationis,qui hi ſint,ſatis abunde deduximus in præcedenti Capite: nunc quotuplex ſit citatio videamus. Eſt autem quædam citatio,quæ fit per iudicem vel ſuis literis,vel viua voce. Rurſus quæ viua voce fit:adhuc multipliciter fit.Ná quandoq; per ipſummet iudicem fit,qui proprio ore citat, & hæc maiorem quidem inducit effectũ. Habet enim vim trinæ citationis ſm Glo.in.c.conſuluit,de offi.dele.& in .l.ii.C.quomo.&quã.iu.Vnde dicunt moder.quos refert.d.Feli.in.d.c.cõſuluit.in.vi.col.monitum a iudice, & non comparentem,verum eſſe contumacem,ac per hoc ab appellationis beneficio ſubmouendum per.l.ex cõſenſu.§.fi.ff.de appel.Quandoq; fit per Tabellioné:qa ſi fit per nuntiũ, vt infra dicetur,fortius per Tabellionem. Sed hoc q fiat per Tabellioné non eſt moribus receptum: valeret tamen ſi fieret: & hoc caſu ipſe idem qui citauerit teſtari poterit,& ſcribere ſe citaſſe. Fit quandoq; per partem in vim tamen prouocationis ad cauſam de appella.cum ſit.& in.c.bonæ. fit etiam per nuntium de offi.deleg. prudentiá primo reſponſo, de appel. .c.cum parati.vt plene diximus ſupra Cap.iii. circa finem. Eſt itaq; alius modus citãdi,vt dicit Io.An.in ſua ad Specu.paraphraſi,immo mauis additiõe.in titu.de citatione.§.ſeqtur.vt cũ fit re ipſa,qñ pſona capit,& ducitur ad iudiciũ. & de hoc Io.An.in ſuis ſcriptis reliqt in.c.Romana.§.cõtrahẽtes de foro cõpe.lib.vi.& p Bar.& alios in.l.ii.ff.de iuriſditio.om.iu.

Caput. X V.

IN pcedenti Capite de perſonis citantibus diſſeruimus: nunc qualiter ipſa citatio fiat,videamus. Et proinde quæro abs te,nũ citatio ipſa quę primo loco fit,debeat eſſe peremptoria,necne:& aliter facta no valeat? Dicas breuiter,in regno eam non aliter admittendam,niſi peremptoriũ contineat.Caſus eſt in conſtitutione, Edictorum.§.citatio, ſub rub.de literis citatoriis.vbi dicit tex.ad literam:Citatio fiet vna pro omnibus,quę peréptorium continebit.& ibi Glo.in ver.continebit:quæ dicit: Citationem aliter factam,q̃ prout ibi dicitur,non valere, & condemnationem in reũ eſſe iure nullam.vt.C.quomo.& quan.iud.l.ea quæ.De iure communi dicas,in prima citatione non eſſe mittendum peremptorium vt in.l.conſentaneum.C.quo.& quando.iu.niſi fieret ex cauſa.l.contumacia.ff.de re iudi.& cauſa eſt propter diſtantiam viarum: vel ſi res celeritatem deſiderat, vt in.c.cum ex literis,de reſti.in inte. Hodie tamen in quolibet foro tam Pontificio,q̃ Cæſareo moribus receptum eſt, vt communiter iuſdicentes mittant vnicam,& peremptoriam citationem.nec per hoc ſolũ q ſit vnica,& peremptoria,poterit citatus appellare:ſed ita demum ſi ſit peremptoria,& nimis breuis,iuxta ea quæ habentur per tex.Glo.& doc. communiter in.c.i.de dil.Et hoc mihi ex facto incidit pteritis ante diebus.Nam

cum quidam clericus meus clie͂s fuiſſet citatus peremptorie, vt prima die poſt citationem compareret, recepturus copiam capitulorum ſuper quodam homicidio, conſului illi vt a dicto iudice ſic citante Metropolitanum prouocaret. continebat quandoquidem talis citatio & peremptorium, & nimis breuem temporis intercapedinem: quo fit vt & in poſterum veriſimiliter eſſet iudex grauaturus: vt per doc. in. d. c. i. de dila. Si tamen fieré͂t tres citationes in foro Pontificio, intelligas, quia in regno (vt dixi) debet eſſe vnica, & peremptoria. Quæro ſi in prima citatione reus non co͂paruerit, num comparens in vltima debeat condemnari in expe͂ſis factis in prima? Dicas ꝙ ſic. vt not. in. c. querelam de procu. & in Spec. de expe͂ſis. §. iuxta. verſ. quæritur. Et per doc. paſſim omnes in. l. ſancimus. C. de iudi. Non tamen pro prima contumacia aliæ ſunt proditæ pœnæ, q̃ expe͂ſarum. Vnde corelarie tibi infero, talem co͂tumacem in prima non excomunicandum, paſſurumue miſſionem in poſſeſſionem. vt not. in. c. vlti. de dolo, & contu. ſed hoc non eſt perpetuum. Quid enim ſi citatus reſpo͂derit ſe nullo pacto venturum? Hic quippe cum ſic reſpondens ſit notorius contumax, & excomunicari proculdubio poterit, & miſſionem pati. Sed hic circa prędicta moueo tibi vnam quęſtionem, in qua paſſim video iudices, & cauſidicos grauiter aberrare. Eſt facta citatio, & quidem pere͂ptoria, vt ſuperius diximus, iuxta dictam conſtitutionem, Edictorum, comparet actor in prima, & rei contumaciam incuſat: comparente poſtmodum reo in vltima, petit ab eo actor expenſas factas in prima contumacia: quæritur modo quid iuris? Quilibet prima fronte diceret reum condemnandum in dictis expenſis factis in prima. vt not. in. d. c. querelam de procu. & in. d. l. ſancimus. C. de iudi. At ego in. q. præmiſſa contrarium ſentio per hanc rationem: ꝙ quando citatio eſt vnica, & peremptoria, tametſi tres terminos contineat, ſufficit tantum vni termino paruiſſe, & ſolum poſt vltimum locus erit pœnæ. de hoc in Spec. de citatione. §. viſo: & per Io. An. in ſua ad Spec. paraphraſi de proceſſibus exequutoru͂. Nec ſubmouebor a prædicta concluſione per notata in. d. c. querelam. & in dicta. l. ſancimus: ꝙ co͂tumax in prima, etiam ſi in vltima comparuerit, ſoluet expenſas factas in prima: quia hoc ego intelligo, quando citatio non fuiſſet vnica, & peremptoria, ſed tres habuiſſet terminos. At in. q. propoſita vnica fuit, & peremptoria. igitur &c. Ex his ergo corelarie tibi infero: no͂ eſſe opus in citatione vnica, & peremptoria, etiam. xxx. dierum terminum aſſignante, iuxta dictam conſtitutione͂, Edictorum, accuſari contumaciam in prima, neq; accuſatam admitti, ſed vltimum expectari terminum. Nam hęc citatio vnica, & peremptoria confundit omnes tres terminos, & facit eos omnes pro vno duntaxat termino cenſeri. Sufficit ergo ſi reus in vltimo comparuerit, etiam quo ad effectum expenſarum.

Caput. XVI.

SEd vltra prædicta quęritur adhuc circa materiam citationis: ſi dies il-
la ſit feriata, in qua citatus eſt reus, num artet eum ad cōparendum? In
no. in. c. vlti. de feriis videtur concludere ꝙ ſic. Hoſtien. tenet contrarium.
& cum eo videtur concurrere Richar. de Senis. Ioan. Cal. dicit: ꝙ ſi error
tacite inſit, puta quia non ſit dictum expreſſe compareas die dominico,
vel die feſto: ſed tacite: vt ſi dicatur cōpareas infra. x. dies: & vltimus dies
incidit in diem feriatum: tunc valet citatio: quia tenuit a principio. Vnde
licet tunc caſus ſuperueniens mandatum ſuſpendat, non tamen ex toto
relaſſat: & ita ſequenti die tenetur comparere. Et huic ſententiæ aſtipulat
Ritus magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ꝙ tam in ciuilibus, ſub rubri-
ca de contumacia accuſanda. vbi habetur contumaciam incuſandam in
diem non feriatum, quando comparitionis dies in diem incidit feriatū.
In curia etiam eccleſiaſtica ad ſuccidendos iſtos anfractus hodie iudi-
ces cauent in eorum citationibus ſic dicentes: Decima die compareas, ſi-
quidem iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica ſequenti. vnde con
ſulit & recte quidem, ac ſapiēter Ioan. An. in. c. vlti. de feriis præalle. Cau
telam hanc iuſdicentes ſeruaturos eſſe: cum ex facto poſſit incidere: vt
vnus & idem dies apud iudicem feriatus non ſit: apud citatum vero ſic. vt
ibi patet per tex. quem ſinguli epiſcopi ſeruare debent. Et huic etiam cō
ſilio Ioan. An. aſtipulatur etiam alius Ritus magnæ curię, cuius eſt initiū:
Item ſeruat ipſa curia, ſub rub. de citationibus fiendis.

Caput. XVII.

ITem quęritur adhuc, num teneat citatio die feriato: vt reus compareat
ad diem non feriatum. & Ioan. An. in. Nouella dicit, ꝙ ſic, diſtinguen
do tamē, vt ibi per eum, triplicem actum in citatione. Primus actus eſt de
citando præceptum. Secundus illius præcepti exequutio: hoc eſt ipſius ci
tantis actus. Tertius, & vltimus eſt proceſſus cœptus ex tali citatione. Pri
mus actus: ideſt præceptum de citando, quia non requirit cauſæ cognitio
nem, die poteſt feriato expediri. vt in. l. ii. C. de feriis. Secundus eadem ra
tione, quia nō requirit cauſę cognitionem, poteſt etiam die feriato expli-
cari. Tertius, & vltimus non: quia requirit cauſę cognitionē, & remittit ad
Spec. de citatione. §. i. verſ. item ꝙ citatio. Ioan. Cal. non aſtipulatur huic
ſententiæ, ſiue diſtinctioni Ioan. An. per multas rationes, & eam maxime,
ꝙ citatio de proceſſu eſſe perhibeatur, etiam per ſe, & principaliter. vt de
proba. c. quoniam contra: cum vel maxime per citationem huiuſmodi iu
riſditio iudicis perpetuetur, vt concluſimus ſupra Capite. xiii. & hoc eſt tu
tius, & ita ſeruatur. De hac materia citationis, & eius qui fuerit citatus con
tumacia accuſanda, vide in primis Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initiū:
Item ſeruat ipſa curia, ſub rub. de practica ſuper triduo expectando. Item

alium Ritum incipientẽ:Item ſeruat dicta curia,ſub rubrica de practica ſuper citationibus.Item alium Ritum,qui incipit:Item ſeruat dicta curia, ſub rub.de practica,quando actus fiendus cadit in diem feriatum.Itẽ aliũ Ritum incipiẽtem:Item prelibata curia,ſub rub.de practica ſuper citationibus impetrandis,& exequẽdis.Item alium Ritũ,cuius eſt initium:Item ſeruat ipſa curia,ſub rub.quanto tempore durat citatio.Item de actu citationis realis,qui fit aliquo die feriato.vide Ritum dictę magnæ curię incip.Item ſeruat ipſa curia,ſub rubrica de Cautelis recipiendis a captiuis, qñ liberant̃.De qua qdẽ citatiõe reali diximus ẽt ſupra Capite.xiiii.ad fi.

Caput. XVIII.

QVęro adhuc ſi fiat citatio,vt decima die compareas:an dies citationis computetur in termino,ita ꝙ ſi nõ comparueris in decima die, dicaris eſſe contumax?Et dicas ꝙ non.ita not.Spe.in titu. de citatione.§. viſo.verſi.pen.& de dilatio.§.i.verſ.ſed pone.Et huic ſententiæ aſtipulat̃ Ritus magnę curiæ,cuius eſt initium:Item ſeruat dicta curia, ſub rubrica de practica ſuper citationibus.vbi ponit exemplum:vt ſi primo Auguſti citatur quis:vt decimo poſt citationem compareat,die.xi.eiuſdem mẽſis debet accuſari contumacia,alias expirat citatio.quæ etiam expirat & alio modo:ſcilicet ſi eam impetrans tenuerit per ſex menſes a tempore datæ ipſius:vt dicit alius Ritus,cuius eſt initium:Item ſeruat ipſa curia,ſub rubrica , Quanto tempore durat citatio : & ꝙ dies citationis non computetur in termino.eſt etiam Ritus incip.Obſeruat curia.

Caput. XIX.

QVęritur etiam,ſi in forma citationis non eſt appoſita certa hora:puta veſperorum,vel tertiarum,quid faciundum? Dicas iudicem expectaturum reum ipſum citatum ad finem vſq; diei illius ante noctis tenebras.de offi.deleg.c.cõſuluit. De æquitate tamẽ poterit illum in ſequentem diem expectare:& in hoc bonum eſt iudicem habere propitiũ.vnde dicit Panhor.in.d.c.conſuluit.Nota contra illos,qui exaſperãt iudices:quia in arbitrariis bonum eſt eos habere propitios. Et hoc procedit in curia eccleſiaſtica,& in quauis alia,vbi ſeruatur ius commune. Nã ſi citatus nõ comparuerit ante noctis tenebras,poterit reputari cõtumax. In regno autem ex benignitate Ritus poterit comparere vſq; ad primum ſomnum: vt verbis Ritus inhęreã,cuius eſt initium : Item ſeruat ipſa curia,ſub rubrica de practica ſuper bannitis,& condẽnatis.& ita ſeruatur.

Caput. XX.

SEd pone ꝙ aliquis ſit contumax in vltimo peremptorio, quid faciundum?Reſpondeo:& ad meam hanc reſponſionem quęſo aduertas diligenter.Nam aut eſt contumax quiſpiam in criminalibus , & punitur in tertia parte mobilium, & patitur adnotationẽ bonorum omnium,iuxta

conſtitutionem regni, Grandis vtilitas, ſub rubrica de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis. Ponitur deinde in banno infra annum: & poſt annum foriudicatur: & bona omnia fiſco acquiruntur ſm diſpoſitionem cõſtitutionis, Pœnam horum, de forbannitis, & foriudicatis: cum tẽperamẽto tamen habito ſm numerum liberorum, in conſtitutione, Foriudicatorum bona, ſub rubrica de fiſco ſuccedendo foriudicatis. Aut eſt cõtumax in ciuilibus: & tunc eſt in electione actoris an petat ſe mitti in poſſeſſionẽ ex primo: & poſtea ex ſecundo decreto. An petat dari terminum ad probandum iuxta duas regias nouellas pragmaticas: quarum altera, Relatione citationis: altera vero, Reo in eius contumacia initium habet. Et hoc in regno in foro ſeculari. In curia autem eccleſiaſtica aliter diſtinguendũ puto. Nam aut agitur reali, vel perſonali. & tunc mittitur in poſſeſſionem ex primo, & poſtea ex ſecundo decreto. iuxta. c. quoniam frequenter. §. in aliis, extra vt lite non conteſta. & non poterit petere terminum probatorium, ſicut petitur in curia ſeculari. & ratio eſt, quia cum in regno omnes cauſæ ſint ſummariæ: vt probauimus ſupra Capite. vi. circa prin. non requiritur litis conteſtatio. ergo poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuã: vnde nimirum, ſi poteſt peti terminus probatorius. At in curia eccleſiaſtica, vbi cauſæ omnes regulariter ſunt ordinariæ, nõ poteſt peti talis terminus, quantumcũq; reus ſit contumax: quia ſi proferretur ſententia diffinitiua, eſſet ipſo iure nulla cum toto proceſſu deſuper fabricato: vtpote cum litis non interceſſerit conteſtatio: quæ iudicii totius angulus, & fundamentum eſſe perhibetur. vt in. c. dudum. ii. de electio. & in. c. exhibita de iudi. & in. c. vni. de litis conteſ. & probauimus ſupra Capite. iiii. Fallit & in curia eccleſiaſtica in cauſis priuilegiatis a iure: quæ ſunt ſummariæ, & in quibus nõ requiritur litis conteſtatio: vt in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, vſurariis, & decimalibus: vt plene diſſeruimus ſupra Capite. vi. Si vero ſumus in cauſa criminali, & ſumus in curia eccleſiaſtica, in qua quidem cauſa non eſt locus miſſioni in poſſeſſionem, proceditur contra contumacẽ non ad termini dationem, per rationem quam ſupra dixi, ne reperiatᷣ iudicium abſq; litis conteſtatione: non admiſſionem: quia nõ eſt locus miſſioni, cum non agatur reali, neq; perſonali: quia cauſa (vt diximus) eſt criminalis: ſed proceditur contra contumacem per alia remedia agrauatiua: circa quod videte omnino. d. Feli. in. c. tuæ vt lite non cõteſta. Et hæc ſunt memoria digna in actu practico. Et ego ob ignauiam iudicum eccleſiaſticorum, & inaduertentiam cauſidicorum in dicta eccleſiaſtica curia verſantium, irritaui mille proceſſus, in quibus non reperi litis conteſtationem interceſſiſſe: ſed ſtatim reo in eius contumacia perſiſtente, fuiſſe probatoriũ terminum tributum: quia, vt ex his patet, tribui nequaq̃ poterit. Aduertas igitur tu Cauſidice, qui in vtroq; foro verſaris: vt ſcias diſcernere leprã

a lepra.& quid in eccleſiaſtica,quidue in ſeculari curia ſeruandum ſit. Et manda memori ę prædicta.Et quis potuiſſem me latius extendere circa dictam miſſionem in poſſeſſionem ex primo,& poſtea ex ſecundo decreto: attamen ex certa ſcientia libuit ſubſtantialiter proceſſiſſe : vt ſeruem quæ tibi in prę fatione pręſentis Practicę repromiſeram:vt ea eſſet compēdioſa,& vtilis,non autem verboſa.Recurre igiẽ pro dilatatione ad dictū .c.quoniam frequenter.§.in aliis vt lite nō conteſta.Recurre ſi vis ad totū titu.extra de eo,qui mitti.in poſſe.cau.rei ſer.& maxime in.c.vlti. p Inno. & ad.l.ſi finita.§.Iulianus:vbi materia.ff.de damno infec.maxime p doc.

Caput. XXI.

DIximus hactenus de contumacia ipſius rei:ſed quid ſi actor ipſe fuerit contumax.& reus comparuit in vltimo peremptorio:Dicas actorem ipſum,vt contumacem,puniendum.vt in.c.actor,de dolo, & contu. lib.vi.quia ſoluet expenſas,& non admittetur vlterius in cauſa,niſi ſufficiēter cauerit de comparendo in poſterum.Et huic diſpoſitioni,quo ad hoc vt contumax actor puniatur,aſtipulatur etiam Ritus magnę curiæ, cuius eſt initium:Item ſeruat ipſa curia,ſub rubrica de practica ſup condēnationibus fiendis ad ſextam.licet aliter per Ritū,aliter per.c.actor puniatur. Tu autem in curia eccleſiaſtica ſerua.c.actor.In curia vero ſeculari Ritum magnæ curiæ.ar.tex.in.c.i.vbi materia,de no.ope.nun.

Caput. XXII.

HVcuſq; de contumacia actoris,& rei ſubſtantialiter diſſeruimus. Verum,quia,(vt plurimum) reus ſolet comparere in vltimo peremptorio:qui quid facturus ſit comparens nunc doceatur.Et quidem ſi actor p procuratorem cōparuerit,petat reus doceri de mandato,eiuſq; copiam ſibi fieri cum congruo termino ad illud impugnādum,ſi ſibi videbitur expedire.Et ex qbus cauſis poſſit impugnari,ex his patebit,quę inferius adducentur in medium.Et copia huiuſmodi mandati exhiberi debet ſumptibus ipſius producentis ſm Glo.& Bar.in.l.prętor.§.defendi.ff. ex qb. cau.in poſ.ea.& Bal.in ſua ad Spec.paraphraſi,in titu.de procu.verſ.procurator debet dare.& idem concludit Ioan.Firmia.in ſuo Aureo indice, immo mauis reptorio,in ver.Mandati editio.verſ.ii.& in ver.Editio.& in ver.Procurator abſentis,verſ.vi.Et dixi in Cautelis meis in formis, Cautela.lxxxiii.cuius eſt initium: Aliam adhuc Cautelam.

Caput. XXIII.

QVia in pręcedenti Capite pollicitus ſum me allaturum in medium ex quibus mandatum ipſum poſſit impugnari, proinde quæro : Si duo,vel plures ſint conſtituti procuratores,num vnus ſine alio poſſit qcq; explicare:Dicas q non.& ob hoc prodita eſt clauſula Inſolidum.fallit in cauſa electionum,& in aliis cauſis ſpiritualibus,in quibus cum exuberet multum

ret multum officium iuſdicentis,poteſt idoniorem eligere.vt in.c.ſi duo, de procu.lib.vi.Ponitur etiam clauſula:q͂ non ſit melior conditio occupantis.de qua,& eius effectu habetur in.d.c.ſi duo.Ponitur etiam vt poſſit agere,& defendere,& bene quidem.Nam cum aliud ſit agere, & aliud defendere. procurator ad agendum non poterit defendere. Et cum hoc caſu mandatum ſit inſufficiens,condemnandus eſſet ad expenſas tale mādatum producens,vt in.c.conſtitutus,de ꝓcu.Item dicitur in mandato ad dandum,& recipiendum libellum,litem cōteſtandā, & alia id genus, quę de ſubſtantia ipſius ordinis iudiciarii eſſe perhibentur, potiſſime exprimi debent:eorum tamen obmiſſio non vitiat mandatumt,in quo fuit agendi,& defendendi tributa poteſtas:quia hæc clauſula agendi, & defendendi includit potentialiter quæ iudiciarii ordinis ſunt: ſapienter tamē faciet conſtituens,ſi illa exprimat. & hoc moribus receptum eſt. Complectitur itaq; mandatum ad præſtandum iuramentum calumniæ:nam niſi & hoc amplecteretur, excluderētur procurator a præſtatione illius,de iuramen. calum.c.vlti.lib.vi. Dicitur etiam in mandato,vt poſſit ab interloquutoria,vel diffinitiua appellare.hoc non eſt de ſubſtantia mandati, cum ſine dicta clauſula poſſit,immo tenetur appellare,vel ſaltem principali ſignificare,vt appellet ſi velit,non tamē tenetur appellationem proſequi:quin immo nec poterit etiam ſi velit,niſi mandato cautum ſit.Dicitur etiam in mādato,alium,vel alios ſubſtituendum, & bene:quia niſi exprimat hoc, non poterit ante litem conteſtatam ſubſtituere.poſtea vero ſic,etiam ſi non caueatur:quia effectus eſt dominus litis.vt in.c.i.de procu.ii. reſpōſo.lib.vi.de quo ibi.Datur etiam facultas in mandato ſubſtitutum reuocandi,& bene:quia ſine illa non poſſet.vt in.c.iii. de procurato.lib.vi. Itē ſubditur clauſula:Et generaliter omnia,& ſingula &c. per dictam clauſulam,quantumuis generalem,non venient caſus ſpeciales,niſi exprimantur.de quo in.c.qui ad agendum,de procu.lib.vi.Reperio tamen:q͂ quādo citatur quiſpiam de mandato magnæ curię in cauſa,in qua alias procurator poteſt interuenire:& citatus comparuerit perſonaliter:non conſtituit procuratorem ante litem ipſam conteſtatam.ita diſponitur per Ritū magnæ curiæ,cuius eſt initium:Item ſi aliquis,aut aliqua,ſub rub.de procuratore non conſtituendo ante litem conteſtatam.Quem Ritum credo ab aula receſſiſſe:& non eſſe hodie moribus receptum.Nā & vidi fieri periculum:vt citati de mādato dictæ curiæ comparuerint perſonaliter:& vbi primum applicuerint Neapolim,conſtituunt procuratores, qui ſine vlteriori diſputatione admitti viſi ſunt.Habet tamen in ſe dictus Ritus rationem iuri conſonam:vt ſcilicet principales per ſe factum proponant,litēq; ipſam conteſtentur.iuxta materiam.c.paſtoralis.extra de iudi.Dicitur vlterius in mādato: Quicquid per dictos procuratores factum fuerit &c.& be

ne: quandoquidem non valeret ſi diceretur: Legitime factum fuerit: quia etiam quod doloſe fecit procurator, valet, & nocet domino ſuo. vt in.l. ſi procurator.ff.de dolo.not.in.c.i.vt lite non conteſta.de quo per Io.An. in.c.fi.de dila.in nouel.& in. Clem. prima, de procu.

Caput. XXIIII.

ET quia ſi non impugnatur mandatum procuratoris, nec competunt eidem reo aliquæ exceptiones ante libelli oblationem: vel ſi competunt, vult eas reſeruare, vt alias dicemus in materia exceptionum dilatoriarum, reus ipſe petat libellum, quem actor tenetur offerre.c.i.de libel.obla. & in auten.offeratur.C.de litis conteſta.immo ſi ab eo non petatur, iudex ex officio ſuo faciet eum dari vt ibi. & ibi eſt caſus, in quo ſupplere poteſt defectum contra ea quæ habentur in.c.bonæ.de poſtu.prę la. Ratio eſt, ne ſibi illudatur, quia aliter iudicium non valeret. In regno tamen loco libelli, offertur talis qualis petitio: vt in regia nouella pragmatica, Diſpendia litium, quæ offertur in omnibus cauſis ſummariis, & priuilegiatis a iure, per Clemen. ſæpe. de verbo. ſigni. Sed hic ſe offert quæſtio quotidiana, cuius expēſis exhibeatur copia libelli, vel talis q̄lis petitionis loco ipſius. Dicas, in regno eſſe expeditum, vt expenſis actoris exhibeatur iuxta regiā nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: Comparente reo. De iure vero communi eſt digladiatio inter doc. Cōmunis cōcluſio eſt: vt expēſis rei petentis exhibeatur. ita Ab.in.c.i.ad fi.de libel.obla. cuius opinionem, vt communē dicit ibi.d.Feli.in.iii.col.circa fi.ibi. Reſpectu aūt libelli eſſe tenēdam. Vbi reſpōdet in cōtrariū facientibus, & maxime dictæ auten.offeratur. Tu tamen ſerua ſtylum, & conſuetudinem curię.ar. eorum quæ late congerit.d.Feli.in.c.ii.verſ. Stylus curiæ.extra de reſcrip.

Caput. XXV.

SEd quid ſi iudex ante libelli, vel talis qualis petitionis oblationem, iuberet factum proponi verbo per actorem, vel eius procuratorem, num poſſit? Dicas ꝙ ſic, per.c.paſtoralis de iudi.& dixi ſupra Capite.xxiii.ad fi. & eo audito ſtatim reum interrogare, qui ſi confitebitur, ſtatim poterit ei iubere vt ſatisfaciat, iuxta tex.in.l.ſi debitori.ff.de iudi. Per quam confeſſionem non fit litis conteſtatio, cum litis non præceſſerit conteſtatio, ita dicit not.Ber.in.c.dudum.ii.de electio. in Glo. quæ incipit: Sed pone ꝙ reus. non enim tunc fertur ſententia diffinitiua: ſed fit præceptum (vt dixi) reo, vt ſoluat: ſecus ſi eſſet libellus oblatus, vel talis qualis petitio: & ſubſequeretur confeſſio, nam tunc debet ferri ſententia. Et hoc eſt moribus receptum, & conſuetudine introductum. Quam conſuetudinem cōmendat Spec. in titu. de libel. obla. quia per eam poſſent lites minui: quod ſemper fieri debet.de dolo,& contu.c.finem litibus.

Caput. XXVI.

QVæro adhuc quæ ſit ratio, vt libellus offeratur, vel loco eius talis qualis petitio: & quare iudex poſſit etiam ex officio facere libellum offerri. vt concluſimus ſupra Capite. xxiiii. per. c. i. de libel. obla? Dicas propter actorem, vt ſuum ius declaretur: propter reum, vt ſciat an cedere velit, vel contendere: propter iudicem, vt ſciat qualiter velit ferre ſententiam, quæ debet eſſe conformis libello. l. vt fundus. ff. communi diui. c. licet he li. de ſimo. c. qualiter. ii. de accuſa. & not. in. d. c. i. ex hoc nemo iudici iure ſuccenſeat, ſi actorem in iudicio non exaudiat abſq; libello, vel loco eius tali quali petitione in regno, iuxta dictam pragmaticam, Diſpendia litiũ. Nam (vt ex hiſce patet) tres rationes, & cauſæ circunferuntur: quãobrem fiat libelli, vel talis qualis petitionis oblatio.

Caput. XXVII.

QVæ autem debeat continere libellus, videamus. Et dicas eum continere debere nomen actoris, rei, iudicis, & cauſam implicantem factũ, & inferentem concluſiuam petitionem. Vnde dicit Io. de Lignano: Libellum eſſe ſilogiſmum iuriſtarũ. Et dicit Hoſti. q̃ tametſi libellus multa debeat continere: ſufficit tamen (& hoc moribus receptum eſt) ſi appareat in libello quis petat: a quo: quid: qualiter: & coram quo. vnde verſus:

Quis: quid: coram quo iudice petatur: & a quo: Recte compoſitus q;q; Libellus erit. Eſtq; libellus (de quo in præſentiarum fit ſermo) breuis ſcriptura, intentionem actoris complectens, contra aduerſarium neceſſario inferens, & concludens: vt notanter dicit. l. ampliorem. §. i. C. de appel. Caueant qui libellos concipiunt, & dictant, ne verboſis vtantur aſſertionibus: ſed compendioſi ſint, & breui narratione cauſas explicantes: quia ob id libellus per diminutiuum nuncupatur. Nam debet eſſe breuis, vt dicit Spec. in titu. de libel. concep. §. i. in prin. Sicut Codicillus a Codice: tametſi Libellum a Libra dici Goffredus voluerit: in qua ponderatur iuſtitia. Sed hæc inanis eſt diſputatio.

Caput. XXVIII.

QVia (vt diximus ſupra Capite. xxiiii.) in regno loco libelli offerri talem qualem petitionem per regiam nouellam pragmaticam, Diſpendia litiũ, quæro abs te, in quo differat libellus, & petitio, cũ etiã petitio cõtinere debeat intentionẽ actoris: & ſit clara, & certa, & talis q̃ concludat neceſſario intentionem actoris: vt ſ'm eam ſententia quoq; dicetur. vt dicitur in Cle. ſæpe. de verbo. ſigni? Dicas, differre in hoc: quia in libello concipiendo ſeruanda eſt forma: ſed quæ formam reſpiciunt, obmittuntur in petitione tali quali, quæ debet eſſe ſimplex admodum memorialis: & in hoc fauemus actori. ita dicit Pau. in all. Clem. ſępe. Ex quo infero male ſe habere cauſidicos noſtri temporis: qui in regno ſtatim inſurgunt contra libellum, vel talem qualem petitionem, illam generalita-

tis accuſantes,vel obſcuritatis,vel incertitudinis. Nã cum cauſæ ſint ſummariæ in regno: vt probauimus abunde in Soliloquiis noſtris, Soliloqo octauo.& ſupra Capite.vi.non habet locum exceptio generalitatis libelli, obſcuritatis,vel incertitudinis.vt ſing.tenet Bar.in extrauagan.ad reprimẽdum.in ver.figura.in.iii.col.Et licet.d.Alex.in ſuo conſi.ccccxvii.dicat illud dictum Bar.intelligendum,ſi non opponatur a parte, alias ꝙ nõ ſit verum: & referat ita vidiſſe ex facto iudicari Bononiæ eo exiſtente patrono.& dicti conſilii initium eſt:In cauſa exequutionis morę cõtra Bartholameum.in.iiii.col.Tamen:quia hoc modo(ſi Iaſoni credendum ſit in .l.edita.in.ii.col.C.de edẽ.)nihil eſſet ſpeciale in cauſis ſummariis:vt prę ſupponit Bar.ideo intellige ẽt parte opponẽte:ꝓut in ſpecie tenet idẽ.d. Alex.ſibi cõtrarius in cõſi.cccxxviii.cuius eſt initiũ:In hac cauſa,& lite,in .ii.col.& in.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.in.ix.col.ff.de verbo.obl.Io. de Ligna.Petr.de Ancha.& Imo.in.Clem.ſæpe.in prin.de verbo.ſigni.

Caput. XXIX.

Libello igitur oblato,vel loco ipſius tali quali petitione,vt ſæpe ſępius dictum eſt,reus.vel eius procurator petat copiam ipſius:quæ(vt dictũ eſt ſupra Capite.xxiiii.)dabitur in regno,ſumptibus ipſius actoris:petatq́ reus inducias ſibi concedi:quæ vocantur deliberatoriæ:& ſunt de iure induciæ.xx.dierum:vt in auten.offeratur.C.de litis cõteſta.canonizata.viii. q.iii.c.offeratur.Sed ſm Pragmaticam, cõparente reo ſunt induciæ triũ dieꝝ poſt copiã talis q̃lis petitionis datam: ſed cõis ſe habet Practica:vt ſint arbitrarię,inſpecta pſonaꝝ,& cauſaꝝ,ac locoꝝ q̃litate,ac diſtantia.

Caput. XXX.

SEd quia(vt vidi multoties)repeniuntur aliqui iudices, quos magis Iudæos,q̃ Iudices dixerim:adeo imperitos,& inexpertos cauſarum,vt nullis datis induciis ad deliberãdũ,ſtatim cõpellant reũ ad reſpõdẽdum. Propterea quæro abs te,num iſtę induciæ deliberatorię ſint de ſubſtãtia, ſicut libellus?Cõmuniter doc.vt Inno.vt Hoſti.in.c.i.de libel.obla.vt Io. An.xvii.q.iiii.c.vxor,dicunt eſſe de ſubſtantia,ſiquidem petãtur.Nã licet iudex poſſit illas artare ex cauſa:nõ tamẽ eas reo inuito penitus abnegare.vt not.in.c.i.de dila.& in Clem.ſæpe,de verbo.ſigni.in Glo.Sed cum petitio.Quod nota ad dictam pragmaticam,Comparente reo.

Caput. XXXI.

OBlato ergo libello, ſeu tali quali petitione loco ipſius, ſumptibus actoris(vt ſæpe diximus)in regno:vel in curia eccleſiaſtica ſumptibus rei,vel alias,vt curiæ moribus,& ſtylo,ac cõſuetudine receptũ eſt.iudicens ſtatuet terminũ reo ad oẽs exceptiones dilatorias ꝓponẽdas:poſt quẽ nõ audiet reũ ſup dictis exceptionibus,niſi in tribus caſibus,de quibus in.c.paſtoralis exceptio.Et de iſtis exceptionibus proponẽdis & quo

modo: & quo tempore debeant proponi: & infra quantum tempus debeant probari, remitto te ad conſtitutionem regni, Exceptiones dilatorias, ſub rub. de exceptionibus dilatoriis proponendis in iudicio.

Caput. XXXII.

IN præcedenti Capite de exceptionibus dilatoriis diſſeruimus proponẽdis: nunc autem quæro: quid ſi exceptiones fuerint litis ingreſſum impedientes: de quibus agitur in. c. i. de litis ꝯteſta. lib. vi. & per Glo. i. in ver. Exceptiones. ibi fallit in tribus in conſtitutione regni, Exceptione filiationis: & eſt exceptio rei iudicatæ tranſactæ, ſeu finitę. vt in. d. c. i. de litis ꝯteſ. lib. vi. & diximus ſupra Capite. ix. Dicas de iſtis exceptiõibus litis ingreſſum impedientibus proditam eſſe regiã nouellã pragmaticam, Cõparẽte reo, diſponentẽ huiuſmodi exceptiones ꝓponendas intra dies tres poſt datam copiam talis qualis petitionis, mediante iuramẽto: & intra quinq; dies immediate ſequentes: alias ad merita reſeruatę intelligãtur. Quibus probatis, ſuper eis pronuntiabit iudex prout ei de iure videbitur.

Caput XXXIII.

SEd ſi forte reus exceptiones huiuſmodi litis ingreſſum impediẽtes non luerit opponere: vel ſi oppoſuerit, & ad merita fuerint reſeruatæ, aut aliter reiectæ: immediate procedat ad reſpondendum petitioni actoris, & ad iuramẽtũ calũniæ, & alias, iuxta ſeriem, & tenorẽ regię nouellæ pragmaticę, Si reus exceptiões, ſub rubrica de mõ ꝓcedẽdi, qñ exceptiões &c.

Caput. XXXIIII.

POſtq̃ autem de exceptionibus dilatoriis, & perẽptoriis diſſeruimus in tribus præcedentibus Capitibus, diſſerendum arbitramur nũc qualiter ſe habiturus ſit reus, ſi reali actione conueniatur? Super quo dicendũ: ꝙ ſiquidem rem petitã non poſſidet, nec detinet, reſpondeat, ſe non poſſidere, neq; detinere. Et ſic reſpondens in pace dimittetur. ff. de reiuen. l. in rem. de appel. c. ex parte. de quo de excep. c. penul. de re iudi. c. abbate ſane lib. vi. Si autem poſſideat nomine alieno, habet paratum auxilium nominandi dominum in iudicio. c. quoniam frequenter. §. ꝙ ſi ſuper. extra vt lite non conteſta. & ſic ſe excuſabit vt ibi. Si vero poſſidet nomine proprio, habet tamen titulum ab aliquo authore ſuo: tunc laudabit ipſum authorem, & ſeruabitur circa hoc regia pragmatica, cuius eſt initium: Dubitationem, ſub rubrica de termino citandi authorem in cauſa reali.

Caput. XXXV.

SEd quid ſi reo aliquæ exceptiones neq; dilatoriæ, neq; peremptoriæ, aut anormalæ competant. De quibus omnibus abunde per Panhor. in ſuo Aureo tractatu, qui iudiciarius ordo inſcribitur, in. viii. & ix. char. vbi poſuit etiam formam illarum. Habet tamen reus ipſe actionẽ aliquã contra actorem, quid faciet? Dicas, eum poſſe actorem coram eodem iu-

dice reconuenire:ſiue iudex ipſe ſit ordinarius,ſiue delegatus. vt.in.c.i. de mutuis peti.de reſcrip.c.diſpẽdia.§.reus quoq;.& iſto caſu tametſi clericus ſit in iudicio ſeculari,vt actor,poterit tamen ibi reconueniri,& tenebitur reſpondere iuxta Ritum magnę curiæ,cuius eſt initiũ:Item ꝙ clericus in maioribus,ſub rubrica.ꝙ tenetur clericus reſpondere per viam reconuentionis.per quem Ritum arbitror ſopitam eſſe quæſtionem illam, de qua per canoniſtas in.c. at ſi clerici,de iudic. Vbi digladiantur, num in foro ſeculari poſſit clericus actor reconueniri:quia dubitari deſiuit per dictum Ritum. Poteſt ergo reus offerre actori libellum reconuentionalem ante litem ipſam conteſtatã in curia eccleſiaſtica:vel in ea,in qua ſeruatur ius commune:ſed in regno ante termini probatorii dationem,quę vim habet litis ꝯteſtationis,iuxta doctri.Bar.in.l.nulla.C. de procu. Poſt vero litem conteſtatam,vel termini dationem non admittitur reconuentio,niſi præmiſſa proteſtatione de reconueniendo ſtatim poſt litem, vel termini dationem ſm communem doc. ſentẽtiam. Oblato ergo libello reconuentionali,huiuſmodi cauſę ſic iure conuentionis,& reconuentionis illaqatæ viciſſim.ſ.mutuis petitionibus,& vicibus tractandæ ſunt, & ſub vna ſententia terminandæ.vt in.c.ii.de ordi.cog. & in.c.i. præalleſita ꝙ lite conteſtata ſuper libello actoris per reum:vel ſuper eo dato termino in regno ad probandum,& defendendum:actor etiam ſtatim conteſtabitur,vel dabitur terminus probatorius.Et primo quidem iurabitur de calumnia ſuper conuentione poſtea ſuper reconuentione.Et ſic fiet de ſingulis terminis,& actibus in cauſis huiuſmodi ſeruandis.vt ibi no.

Caput. XXXVI.

SEd pone,ꝙ reus neglexerit actorem reconuenire ante litem conteſtatam,vel termini probatorii dationem:vel incontinenti poſt, proteſtatione prius facta,vt diximus ſupra in præcedenti Capite,num ſit excluſus a reconuentione faciẽda.Diſtinguas ſic.Aut ſumus coram commiſſario delegato:aut coram ordinario.Si primo modo:non admittitur reconuẽtio coram eo,niſi de nouo ad eum reſcriptum,ſeu commiſſionem obtinueris.vt in.c.diſpendia.§.reus quoq;,de reſcrip.lib.vi. Aut ſumus coram ordinario:& tunc quandocunq; poterit fieri reconuentio coram eo: ſed ceſſabit quidem iſto caſu viciſſitudo proceſſus,de qua ſupra in præcedẽti Capite diſſeruimus.Nam quęlibet lis cauſæ ſuo marte diſcurret.

Caput. XXXVII.

SEd quæ in duobus præcedentibus Capitibus de reconuentione concluſimus,non ſunt perpetua.Quid enim ſi actor poſſeſſorio reum conuenerit: ſcilicet interdicto vnde vi, num poterit per reum reconueniri? Dicis ꝙ non, niſi de alia ſpoliatione.vt in.c.vl.de ordi.cogni. quod intellige actore inuito.Nam eo conſentiente ſic,vt in.c.i.de reſti.ſpo.quod

nota ad conſtitutionem regni, Circa violentiarum, de reſtitu. poſſeſſionis, & alios caſus, in quibus non procedit reconuentio. Vide notatos in. c. cum dilectus, in Glo. & ſuper ea extra de arbi.

Caput. XXXVIII.

AN autem actor debeat habere inducias deliberatorias ſuper libello reconuentionali, ſicut reus habet ſuper conuentionali, vt diximus ſupra Capite. xxix? Notatur in. c. i. de mutu. peti. & dicitur ꝙ ſic, ſi voluerit. Ex quo corelarie tibi infero ad Practicam, qua ſagaces reorũ patroni vti viſi ſunt: vt adueniente termino, in quo actoris libello reſponſuri ſint: ſi ei aliquæ exceptiones, vel dilatoriæ, vel peremptorię, aut anormalæ deficiant, ad differendum tunc, prorogandumq́ʒ litis conteſtationem, vel termini dationem in regno libellum porrigant reconuentionis: vt ſic non reſpondeant actoris libello, quouſq́ʒ actor reconuentioni reſpondeat. Sed vt fallacia alia aliam trudat, renuntiet actor induciis deliberatoriis, & ſtatim reſpondeat: quia ſic reus actori cogetur reſpondere.

Caput. XXXIX.

SVpra Capite. viii. diſſecuimus totũ præſentẽ proceſſum in tres partes principales, vt ibi ſerioſe diximus. Et vt ex pręcedentibus patet, primã partem abſoluimus. Nunc ſe offert ſecunda pars proceſſus, & iudicii abſoluenda: quę eſt a litis conteſtatione ad ſententiam vſq́ʒ diffinitiuam excluſiue: quæ quidem litis conteſtatio, litis eſt, ſeu iudicii fundamentum. c. vnico de litis con. vbi Bal. dicit: Litis cõteſtationem angulum eſſe, & fundamentum iudicii: vt etiã diximus ſupra, Capite. iiii. Si igitur reo deficiũt exceptiones dilatoriæ, vel peremptorię priuilegiatæ, & impedientes litis ingreſſum: de quibus diximus ſupra Capite. ix. & Capite. xxxii. & reus nõ vult, nec poteſt, actorem reconuenire, debet in termino ſtatuto libello reſpondere: circa quod videte omnino Panhor. in ſuo aureo tractatu; qui iudiciarius ordo inſcribitur. in. x. char. in. ii. col. vbi plene proſequtur quomodo, & per quæ verba fiat litis ipſius cõteſtatio: quia nolo incaſſum mẽbranas occupare, & librum ex libro cõfingere, vt breuitati ſtudeam, cum melius ſit pauca idonee effundere, ꝙ̃ multis inutilibus homines prægrauare. l. tanta. §. contrarium. C. de vete. iu. enuc. neue in furti reatum incurram: quo vitio tempeſtate hac noſtra multi laborarunt. Recurre ergo ad Panhor. vbi ſupra in ſecunda, & tertia col.

Caput. XL.

POſt igitur litis conteſtationem, quæ fit per reſponſionem ad libellũ, & alias (vt diximus ſupra in præcedenti Capite) immediate iuramẽtum calumnię præſtatur hinc & inde per vtranq́ʒ partem: quia illud ex ordine ſtatim ſuccedit, cum in ipſo litis exordio ſit præſtandum. vt in. c. i. de iura. cal. & exponitur ibi: ideſt poſt primum litis exordium. ſ. immediate

poſt litis conteſta.eo.titu.c.cum cauſam:ſi tamen non fuerit præſtitum in exordio,poterit poſtea in quacunq; parte iudicii præſtari.vt in.c.i.eo.tit. in.vi.Sed ſi fuerit in tota cauſa obmiſſum tacite,non ex hoc vitiabitur p ceſſus,ſecus ſi expreſſe.vt ibi in.i i.reſponſo. Et dum dicitur, Iuramentum calumniæ,expone tu.ſ.vitandę:ſicut ſimiliter exponit illud Habeat vnuſ quiſq; ſuam propter fornicationem.ſ.vitandum,non autem committendam.vi.d.verum.Et de forma iſtius iuramenti calumniæ ad actorem, & ad reum,& ad quid ſit proditum, & inuentum, & de quatuor generibus iuramentorum,quæ præſtantur in iudicio:videlicet de iuramento calũniç:item de malitia:item de veritate dicenda:item de iuramento deciſorio: & de forma iuramenti quod præſtatur a Iudeo:& de pœna recuſantis præſtare iuramentum huiuſmodi,remitto te (ne verboſam Practicam confingam, contra id quod tibi in præfatione lector repromiſerim) ad Panhor.in dicto ſuo iudiciario ordine,in.x.char.in.iii.&.iiii.col.

Caput. XLI.

PRæſtito igitur huiuſmodi iuramento calumniæ poſt litis conteſtationem,datur terminus vtriq; parti ad probandum,& defendendũ: & ita ſe habet communis Practica etiam in regno:tamen ſi non detur in regno,ipſo iure tributus eſſe intelligitur,per regiam nouellam pragmaticam,cuius eſt initium:Poſt prędictas reſpõſiões,ſub rub. de dilationibus in cauſis dandis:qui qualis,quantuſue dari debeat,ibi etiam ſeriatim exprimitur. Sed hoc moribus receptum eſt,ac ſtylo,& cõſuetudine curię,vt iudex terminũ ꝯgruũ tribuat vel ꝓrogando quãdoq; illũ,vel etiã arctãdo ex iuſta cã.quod etiã videt eſſe de mente dictę regię pragmaticę circa fi.

Caput. XLII.

POſt dictum terminum probatorium vel a iudice,vel ipſo iure tributum per dictam regiam pragmaticã,fiunt poſitiones,& articuli hinc & inde per actorem,& reum:quibus viciſſim reſpondebit per vtrãq; partem abſq; procuratoris pręſentia,vel aduocati per verbum credit, vel non credit,ſine temporis interuallo.Quæ itaq; poſitiones producẽtur dilationum prædictarum die quinta:& erunt ſimplices: ideſt ſine obſcuritate:vt gloſaui ego in Singularibus meis in formis,Sing.vii.cuius eſt initium:Volo tibi commentare,propter dictum Ludo.Ponta.in.l.i.§.ſiquis ſimpliciter.in prima col.ff.de verbo.obli.Et debent pręterea eſſe non captioſę:vt dixi in Commentariis meis,Cõmentario.xxiii.incip.Nota hoc. vbi poſui exemplum,quando dicatur Captioſa poſitio:vt ſi forte ponam: An ſis vir bonus,necne.vide ibi plene. Et debet de eiſdem poſitionibus, & reſponſionibus ſuper eis infra duos dies continuos a die reſponſionis copia dari:vt videatur in quibus ſit facta releuatio ab onere probandi: nã ad hoc ſunt inſtitutę,& adinuentę.Et de aliis circa iſtam materiam,ne lõgior ſim,

gior ſim,& de pœna non reſpondentis,remitto te pro nunc ad regiã nouellam pragmaticam, Quinta die.& omnino ad Panhor.in ſuo aureo tractatu, qui iudiciarius ordo inſcribitur.in.xi.char.vbi plene proſequitur,& diſputat vnde ſint inductę poſitiones huiuſmodi.& cõcludit ibi:ꝙ ab vſu longæuo in cauſis,& poſtea a iure Canonico approbatæ:ſcilicet a tempore Gregorii.ix.& ibi etiam de diuerſis nominibus earum:& ad quid fiant poſitiones: & de diffinitionibus earum: & quomodo dicantur poſitiones: & quomodo articuli: & quomodo ars articulandi, & ponendi inter cauſidicos ſummum tenet gradum in curia Romana:& maxime in beneficialibus deuolutis:& de multis formis poſitionum,& articulorum: & de forma reſpondẽdi poſitionibus:& de multis aliis ad materiã huiuſmodi ſpectantibus,vide vbi ſupra.in.x.char.& in.xii.in.i.col.per Panhor.

Caput. XLIII.

QVia etiam factis reſponſionibus viciſſim ſuper poſitionibus, non reperitur taliter facta reſponſio,vt plene ſit facta releuatio ab onere probandi,& ideo deueniendum eſt ad examinationẽ teſtium infra dilationem vel a iudice,vel a iure tributam,vt dixi ſupra Capite.xli.& tunc in regno procedetur ad electionem examinatoris teſtiũ,& de eius & actuarii mercede,pro quolibet teſte,& aliis,quantum ad rem hanc attinet, remitto te ad regiam nouellam pragmaticam,cuius eſt initium:Reſponſionibus viciſſim factis,ſub rub.de examinationibus teſtium, & eorum examinatoribus.In curia autem eccleſiaſtica,& alibi,vbi ius cõmune ſeruatur, & vbi nõ habet locũ dicta pragmatica,ꝓcedet ad examinationẽ teſtiũ ꝑ iudicẽ,& actuariũ,vt iuris diſpoſitio expoſcit.de q̃ in.c.qm̃ cõtra de ꝓba.

Caput. XLIIII.

SEd quid ſi per examinatorem, & actuarium ſteterit, vel eorum alterum, quominus teſtes infra terminum examinarentur? Reſpondeat tibi regia pragmatica ſuper hoc prodita, cuius eſt initium: Et ſi per examinatorem, per quam condemnatur quilibet, per quem ſteterit,ad pœnam iudicis arbitrio moderandam,perſonaꝝ qualitate inſpecta,cũ cõmonitione iudicis,ne eam negligat exigere:debeatq; iudex ipſe reſtituere terminum partibus culpa actuarii,vel examinatoris decurſum.Quę pragmatica(vt mea ſtat opinio)iuris ẽt cõis diſpoſitioni cõſentanea eſſe videtur.

Caput. XLV.

TAmetſi de iuris communis cenſura multitudo ſit teſtium refrenanda,non tamen certus eſt ſtatutus numerus teſtium examinandorũ ſuper quouis articulo,quauiſue poſitione negata.Debet ergo in curia eccleſiaſtica, & vbi ius commune ſeruatur, iudex teſtium multitudinem ſuo arbitrio iuſto temperare: ſed in regno dubitari deſiuit, cum in hoc habeamus regiam nouellam pragmaticam,cuius eſt initium:Statuimus,

ſub rubrica de refrenatione teſtium: per quam ſancitū habes ſuper articulis, & poſitionibus non confeſſatis (vt eius verbis vtar) non amplius q̃ ſeptem teſtes pro ſingulo articulo examinandos, niſi in materia confinium, & in factis antiquis, de quibus contenderetur hominum memoriam non extare: quo caſu decem ſuper tali articulo teſtes examinari plcauit per extenſum, & non per vera eſſe. nec dicant vt proximus, pœna de qua in dicta pragmatica ſanctione examinatori cōtrafacięti imminęte, q maiorē numerū acceperit, niſi forte iuſdicens interloquēdo pnūtiauerit ex cauſa eius animū mouēte maiorem numerū accipiendū: cuius tamē iudicis arbitrium numerum non excedat niſi vſq; ad tertiam partem.

Caput. XLVI.

TEſtibus ergo ſic productis, & examinatis inſtantibus partibus, vel earum altera, iudex publicari cēſebit in cauſa, vel partibus ſic vocatis, & præſentibus, vel altera per contumaciam abſente: & hoc in curia eccleſiaſtica, vel vbi ius commune ſeruatur. In regno autem prodita eſt ſpecialis pragmatica ſuper hoc, cuius eſt initium: Curſu dilationum, ſub rub. de publicatione proceſſus: quæ cum ſeriatim de publicatione proceſſus loquatur vſq; ad concluſionem incluſiue, & de repulſa teſtium, & repulſa repulſę, & de copia pceſſus, & de termino ad illū percūctādū, & aliis ad rē hāc attinentibus, abs te legenda, & inſpicienda ſit. Potes enim tu q Pōtificū, Imparorū, & iurecōſultorū monumēta perſcrutatus es, & illam pſcrutari.

Caput. XLVII.

FActa autem publicatione in cauſa, iudex aſſignabit terminum, infra quem partes recipiant copiam atteſtationum: quam copiam cōcedere debet iudex. vt in. c. quoniā contra de proba. Nā originalia iudex, vel actuarius penes ſe retinebit, vt ibi not. Qua qdē copia habita, iudex cōcedet terminum ad repulſam teſtium ſi fuerit petita: poſt quem terminum non audietur volens teſtes repulſare. vt in. c. licet de proba. de quo etiam in Spec. de teſte. §. publicatis. At in regno petita repulſa, ipſo iure conceſſa intelligitur. vt in pragmatica, Curſu dilationum, habetur.

Caput. XLVIII.

SEd hic diſputandum cenſeo de vna quæſtione, quæ poſſet ex facto quotidie incidere. Vocantur partes viciſſim ad audiendum iuramēta teſtium, vt communiter fit: excipitur contra teſtes, & dicenda per eos: nū iudex inſtante parte, debeat recipere ſtatim probationem ſuper tali exceptione: quando exceptio illa expreſſit cauſas exceptionis contra teſtes: vel poſſit hoc differre in tempus repulſæ poſt publicationem? Dicas concluſiue circa hoc, ſtandum eſſe arbitrio iudicis. Fallit in tribus caſibus, de quibus in. c. ex parte Adę de teſti. in Glo. in ver. Infames, & notabiles. Et iudex in tali arbitrio ad plura reſpiciet: videlicet an illud de quo excipi-

tur, habeat eandem æquitatem cum prædictis caſibus exceptis: vt ſic ex eadem æquitate probationes prius recipiat. item an ſit publicum quod excipitur. item an habeat excipiens probationes. item an ſit præſumptio contra excipientem: ꝙ faciat hoc cauſa differendi: & ſecundum huiuſmodi, & alias diuerſas circunſtantias facti, videbit iudex an expediat prius recipere teſtes reprobatorios, necne ſecundum Panhor. in ſuo iudiciario ordine, in.xiiii.char. in prima col. Et hæc nota.

Caput. XLIX.

ERgo, vt ex præcedentibus patet, tam de iuris communis cenſura, ꝗ de dictæ pragmaticæ diſpoſitione, repulſa, quæ alias in teſtes exceptio nuncupatur, debet admitti. Et de iſtis exceptionibus repulſatoriis contra teſtes vide Panhor. in dicto ſuo ordine iudiciario. in.xiiii. char. in .ii. col. vbi etiam ponit quomodo impugnantur dicta teſtium. Sed quia tu ſcis vulgatam illam regulam, Publicatis teſtibus, teſtes alios non admittendos regulariter, ob timorem ſubornationis, iuxta.c. fraternitatis de teſti. & Clem. ſecundæ eo. titu. & habetur in conſtitutione, Iuriſperitorum altercationes, quidam cauſidici committentes ſaltem mente, ſi non verbis, in legem contra ea quæ habetur per tex. Glo. & doc. in regula, Certum eſt, de regu. iur. lib. vi. ſub nomine repulſæ, publicato proceſſu, articulos, ſiue poſitiones impertinentes ponunt idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis, poſitionibus, vel articulis continẽtes: ſed contra eos prodita eſt regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: Cõtingit ſæpe, ſub rub. de capitulis, & poſitionibus impertinentibus, in repulſa non ponendis: pœna, de qua ibi, contrafacientibus imminente.

Caput. L.

SEd hic nõ ab re quærendũ puto: Ecce ꝙ excipiens cõtra teſtes, obiicit contra eos nonnulla crimina, ex quibus teſtibus ipſis infamia irrogaturnum ſi illa non probauerit, agi poſſit contra eum ad aliquam pœnam in regno? Dicas ꝙ ſic. Nam contra talem obiicientem crimina in teſtes, & illa non probantem ſemiplene, vel per famam publicam, prodita eſt pœna, de qua in regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: Crimina, & defectus, ſub rubrica de pœna opponentium &c.

Caput. LI.

SEd quia ſupra Capite.xxxii.&.xxxiii. diximus de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum, non incongrue quærendum hic putamus de pœna opponentium exceptiones, & illas non probantium? Super quo dicas contra eos proditam eſſe pœnam de iure communi: per quam condemnatur quis ad expenſas. vt habetur in.c. finẽ litibus de dolo, & cõtu. At in regno alia eſt prodita pœna vltra expenſas, de qua p regiã nouellã pragmaticã, cuius eſt initiũ: Quicũꝗ exceptionẽ, ſub rub. de pœna op

ponentium exceptiones, quas non probauerint. Vide ibi omnino.

Caput. L I I.

FActa publicatione in cauſa,& expedita repulſa teſtium,& repulſa re-
pulſæ, anteq̃ ad concluſionem deueniatur, ſolent fieri noui articuli,
dependentes tamen ex primis: & peti ſuper eis teſtes produci, & exami
nari: proinde quæro, num ſint admittendi tam in prima, q̃ in ſecunda
inſtantia: hoc eſt in cauſa appellationis? Et dicendum ꝙ ſic iuxta mate-
riam c.fraternitatis de teſti. & Clem. ii. eo. titu. & habetur in cõſtitutione,
Iuriſperitorũ. de quo dic, vt in dictis iuribus habetur. & maxime per Ma-
ria. Sonci. in dicto capi. fraternitatis.

Caput. L I I I.

QVæro itaq; ad materiam, de qua ſupra Capite. xlix. facta publicatio
ne in cauſa, partes allegant ſe nouos reperiſſe teſtes, quos petunt
examinari, num debeant admitti? Dicas, in regno non eſſe admittẽdos,
ob timorem ſubornationis, etiam extra proceſſum, ad effectum vt de eis
in ſententiando aliqua habeatur ratio: niſi ex actis appareat ante publi-
cationem fuiſſe per partem nominatos, & aliquo iuſto impedimento nõ
fuiſſe examinatos. Vide de hoc regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt
initium: Quandoq; ſolent partes, ſub rubrica de teſtibus, qui de nouo
ſuperueniſſe allegantur. Et ſi non haberemus dictam pragmaticã: & aliã
quæ initium habet, Contingit ſæpe, ſub rubrica de capitulis, & poſitio
nibus impertinentibus in repulſa non ponendis: & conſtitutionem, Iu-
riſperitorum altercationes, facta etiam publicatione poſſent teſtes de no
uo recipi: etiam ſuper eiſdem capitulis, & articulis, vel directo contrariis
Et moueor ad ſic dicendum. Nam in cauſis ſummariis non obſtat publi
catio, quin teſtes poſſint adhuc produci ſm Alex. in conſi. lxv. verſ. Quar-
to principaliter. lib. iiii. & Cardi. Zab. in Clem. ii. de teſti. poſt Bar. in extra
uaganti ad reprimendum in verbo, & figura. Refert, & ſequitur Firmia
nus in ſuo aureo indice, immo mauis repertorio, in ver. Teſtes poſt pu
blicatum proceſſum, in prima col. ibi, Item poteſt in cauſis ſummariis.
Sed quia in regno cauſæ ſunt ſummariæ, igitur &c. Sed (vt dixi) obſtant
dictæ regiæ pragmaticæ: & conſtitutio prædicta: ergo non procedit
quod dicit. d. Alex. in dicto conſi. & Cardi. poſt Bar. vbi ſupra.

Caput. L I I I I.

SEd poſtq̃ (vt præmiſſum eſt) fuerit in cauſa proceſſum: vt quia lis eſt
conteſtata: vel loco eius datus terminus ad probandum, & defenden
dum: & iuramentum calumniæ præſtitum: & dati articuli, & poſitiones:
examinati teſtes: & alia id genus: quæ omnia in actis redigenda ſunt per
c. quoniam, contra de proba. proceditur ad concluſionem in cauſa per iu
dicem inſtantibus partibus, vel earum altera: & hoc de iure communi. In

regno autem ipſo iure per lapſum tanti termini, iuxta regiam pragmaticam, Curſu dilationum. de qua ſupra Capite. xlvi.

Caput. L V.

HVcuſq; duas partes ſubſtantiales iudicii abſoluimus: nunc ſe offert tertia, & vltima pars abſoluenda. ſ. de ſententia. Eſt enim ſententia (ſi Spec. credendum ſit in titu. de ſenten. prola. in prin.) iudicialis diffinitio, controuerſiæ finem imponens, condemnationem, vel abſolutionem continens. Dicitur enim ſententia iudicialis diffinitio. vt in. l. i. ff. de re iudi. & debet continere condemnationem, vel abſolutionem. c. illa, de accuſa. vbi de hoc in vlti. Glo. vel aliquid æquipollens. tex. habes, & exemplũ in. c. in his. de verbo. ſigni. Et eſt de actis, & inter acta connumeratur. vt videtur concludere Ioan. An. in ſua ad Spec. paraphraſi, immo mauis additione, in titu. de ſenten. prola. in prin. vbi ponit argumenta pro & contra: quibus obmiſſis videtur concludere, vt ſupra retuli, & maxime per. c. cum æterni. de re iudi. lib. vi. vbi ſententiæ concipiendæ, & ferendæ ponuntur inter acta, & agenda cauſæ.

Caput. L V I.

QVæro abs te qualiter ſe habere debeat actuarius in ordinandis proceſſibus, & pręſentandis illis iuſdicenti in regno? Reſpondeat tibi regia nouella pragmatica ſuper hoc prodita, cuius eſt initium: Concluſione facta, ſub rub. de ꝓceſſibus ordinandis &c. vbi ſeriatim habetur qualiter actuarius ipſe debeat ſe hr̃e in dictis proceſſibus. Vide illã: quia optime proſpexit circa hoc: tametſi viderim eam male vbiq; ſeruari.

Caput. L V I I.

ITerum quæro qualiter ſe habere debeat iuſdicens præſentatis proceſſibus per actuarium cauſæ? Etiam & hoc abſoluit tibi regia pragmatica, Concluſione facta, de qua in pręcedenti Capite. Nam (vt in ea habetur) in. §. ſeu verſ. Iudex vero: iudex cauſæ proceſſum ſibi pręſentatum referre, & expedire debet iuxta pragmaticam ſuper expeditione cauſarum ordinatam. Eoq; per vltimam ſententiam finito, ipſum tranſmittat perpetuo cõſeruandum in Archiuo ciuitatis: vbi iura publica ſeruari conſueuerunt, ad pœnam priuationis officii.

Caput. L V I I I.

VLterius quęrò quomodo debeat ſententia ipſa diffinitiua proferri? Dicas: ꝙ partibus pręſentibus, vel earum altera per contumaciam abſente: ita ꝙ citetur ad audiendam ſententiam, de teſti. c. cum olim in fi. alias ſi feratur contra abſentem non citatum, non tenet. vt not. de re iudica. c. tenor. in Glo. penul. Et requiritur citatio peremptoria, alias non valet. vt videtur tenere Io. xxiiii. q. iii. de illicita. Ber. de offi. de le. c. conſuluit Inno. in. c. ad petitionem de accuſa. Spec. in titu. de cita. §. viſo de tempo-

re.verſ.alias autem.& in verſ.quid ſi lata.per quę iura ita tenet Glo.in ver. nō peremptorie.in Clem.ſæpe.§.ſententiam,de verbo.ſigni.Sed in regno cum ſint cauſę ſummarię,vt probauimus in Soliloquiis noſtris, Soliloquio.viii.cuius eſt initium:Nemo eſt qui neſciat,ſufficit vna citatio, licet non peremptoria.vt probat tex.in indiuiduo in.d. Clem.ſępe. in.§.ſententiam ibi,licet non peremptorie.

Caput. LIX.

ITerum quæro abs te quot debeat continere ſententia diffinitiua? Reſpondet Panhor.in eo tractatu,qui iudiciarius ordo inſcribitur, debere eam ſex generaliter continere.Primo,nomē iudicis,& eius qualitatis:puta an ſit delegatus, vel ordinarius.Secundo,litigantium nomina. Tertio, tenorem petitionis in iudicio porrectę.Sed hodie hoc non vtimur, vt tenor petitionis inferatur in ſententia: ſed tantū eius ſubſtantia: & ſufficit ꝙ quid fiat per æquipollens.c.in his de verbo.ſigni.& diximus ſupra Capite.lv.Quarto,ſubſtantiam proceſſus cauſę:puta litis conteſtationem, & alia id genus,de quibus abunde diximus ſupra Capite.iiii.Quinto,ꝙ fiat mentio in ſententia partes fuiſſe pręſentes,vel per ꝯtumaciā abſentes.Sexto,ꝙ ꝯtineat cōdēnationem,vel abſolutionē,vel aliqd æquipollens vt.ſ.

Caput. LX.

ADhuc quæro abs te de forma ſententiæ?Dicas,ꝙ nō poſſit recte forma aſſignari,cum ſm diuerſitatem libellorum ſententiæ ſint concipiendę,cum debeant eſſe conformes libellis regulariter.c.licet heli.de ſimo.c.qualiter,&quando.ii.de accuſa.Clem.ſępe,de verbo.ſigni.l.vt fundus.ff.commu.diui. & in quibus debeat eſſe conformitas, vide magiſtralem doctrinam Bald.in.l.i.in.ii.col.verſ.extra oppono.C.ſi plures vna ſen.vbi ſemper vide,licet nemo alleget.Et cum miniſterio dixi regulariter ſententias debere eſſe conformes libellis:cum hoc non ſit perpetuū: nam fallit quidem hæc regula in multis caſibus.Et.d.Feli. latiſſimum iuris pelagus enumerat caſus.xxxi.in.d.c.licet heli. in quibus non oportet ſententiam eſſe conformem libello.Quos nota,& manda memorię tanquam valde ſingulares.

Caput. LXI.

QVęritur adhuc,ſi lata ſententia diffinitiua, contingat ab ea appellari,quę erit appellatiōis forma? Nolo incaſſum papyrum occupare. Recurras ergo ad Panhor. in ſuo iudiciario ordine in. xvii. char. col.iii.in forma appellationis a diffinitiua.Et debet iterponi infra.x.dies, alias ſententia tranſit in rem iudicatam. auten.hodie.C.de appel. facit.c. quo ad conſultationem de re iudi.etiam ſi eſſet interloquutoria quo ad partem.vt in.c.cum dilecti,de electio.in fi.

Caput. LXII.

ITem quęro, an poſſit quiſpiam verbo appellare a ſentētia? Diſtinguas, Aut in cōtinēti vult appellare, iudice adhuc pro tribunali ſedente, & anteq̃ ad extraneos actus diuertat. & poteſt. vt in.l. litigatoribus. C. de appel. canoniza. ii. q. vi. c. fi. in fi. verſ. litigatoribus. not. de appella. c. i. lib. vi. in fi. in Glo. magna in prin. Aut appellat poſtq̃ iudex ad extraneos actus diuerteritːputa ad prandium: & tunc requiritur, q̄ in ſcriptis appellet ſicut ab interloquutoria. vt in.l. ii. ff. de appel. & .C. eo. titu.l. eos. §. ſinautem. Et hoc iure vtimur: eſtq̃ hoc moribus receptum.

Capite. LXIII.

QVæro iterū abs te de temporibus appellationū ad introducēdū proceſſum in regno. Vide conſtitutionem regni, Appellationum tempora, quæ eſt in viridi obſeruantia, & eam obſeruari mandatur coram quibuſcunq; iudicibus, etiam in ſacro cōſilio, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: Appellationum tempora, ſub rubrica de temporibus appellationum.

Caput. LXIIII.

VTrum in regno poſſit in ſententiis expenſarum condemnatio reſeruari? Dicas q̄ non, prohibente hoc regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: Temeritatem litigantium, ſub rubrica de expenſarum condemnatione non reſeruanda.

Caput. LXV.

SEd quid ſi fuerit appellatum a ſententia, in qua fuit facta etiam condemnatio in expenſis, num pendente appellatione ſoluentur expenſę. In curia eccleſiaſtica, & vbi ius commune ſeruatur, dicas q̄ non: quia per appellationem ſuſpenditur pronuntiatum. vt probatur in. c. quo ad conſultationem, de re iudi. & in. c. venientes de iureiur. Sed in regno diſtinguendum, vt diſtinguit regia nouella pragmatica, quę initium habet: Qui in cauſa principali, ſub rubrica de expenſis ſoluendis per appellantes &c. Vide ibi literam, & manda memoriæ in practica.

Caput. LXVI.

QVæro, ſi inſtantia cauſæ fuerit perempta, num reſtituetur non refectis expenſis? Dicas q̄ nō. vide regiam pragmaticam, cuius eſt initium: Inſtantia cauſæ, ſub rubrica de inſtantia non reſtituenda ſine reſtitutione expenſarum: quę optime diſtinguit, quando eſt perempta per negligentiam partis, & quando per iudicis: vt primo caſu ſolutis expenſis reſtituatur: ſecundo ipſo iure. Et ibi etiam habetur quando dicatur ſtetiſſe per iudicem. Quam vide omnino: quia ſe limitat ad calcem in aliquibus perſonis, quibus beneficium reſtitutionis in integrum a iure, & regni conſtitutionibus ſubuenitur. vt ibi.

Caput. LXVII.

QVia ſi a ſententia nō fuerit appellatum infra.x.dies,vel ſi fuerit appellatum,& appellans eam non introduxerit in regno infra terminum,de quo in conſtitutione, Appellationum tempora, ſententia tranſit in rem iudicatam,vt ſępe probatum eſt,& appellatio deſeritur:& perinde habetur ac ſi appellatio non fuiſſet interpoſita:ac per hoc ſentētia eſt exequutioni mandanda:alias parum prodeſſet ſententias proferre, niſi exequutioni debitę mandarentur.vt in.c.cū aliquibus.de re iudica.ideo quęro pro complemento iſtius compendioſę,& breuiſſimę Practicę: quo ordine fiat exequutio ſententię?Ego circa hoc remitto te ad Panhor.in dicto ſuo iudiciario ordine,char.xviii.vbi in.iii.&.iiii.colū. & etiam.v. optime ponit ordinem exequutionis faciendę.Et ibi ponit formam ſcribēdi in actis præceptum factum nūtio pro exequutione ſententiæ, & etiam formam ſcribendi exequutori. Et velim te non pigeat videre etiam ibi Panhor.diſtinguentem multiplices ſententiarum ſpecies : quarum quædam nunq̄ tranſeant in rem iudicatam: vt quarum obſeruantia induceret peccatum mortale,& periculum animę.c.tenor.de re iudi.&.c. conſanguinei. &.c.fraternitatis.de frigi.& male.Quædam ſunt quę ſtatim tranſeunt in rem iudicatam : vt eſt ſententia excomunicationis : quia trahit ſecum exequutionem.c.paſtoralis.de appel.quod tamen intellige, vt ibi per eum.Sunt & quidam caſus,in quibus d ffinitiua ſententia ſtatim trā ſit in rem iudicatam:quę notantur de re iudi.ſuper rubri. Quædam vero ſententiæ tenent medium: quia tranſeunt in rem iudicatam non ſtatim, ſed poſt.x.dies. Et iſtud regulariter obtinet, vt dicit ibi Panhor. diſtinguens etiam de multiplici nullitate ſententię:& quando in rem tranſeat iudicatam: & quando non. Quæ omnia ſunt perpetua memoria digna: cum quotidie poſſint tibi ex facto incidere.

Habes,Lector candidiſſime,ex Pontificio,Cæſareoq; iure,& regni Conſtitutionibus, Capitulis, Pragmaticis, & Ritibus excerptam Practicam iudiciariam compendioſam,& vtilem: tam Canonicam,q̄ Ciuilem:tam ordinariam,q̄ extraordinariam: & maxime in regno, citius tamen, q̄ ſperaueram ob varias, ac multiplices reipub. occupationes.Cui tamen omni animo,& ſtudio me accinxi:illamq; tandem per dies quindecim abſolui.Deo igitur Opt.Max. a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum proficiſcitur, laudes offerantur innumeræ. Dixi.

DIFFERENTIAE INTER VTRVNQVE IVS commune: Pontificium ſcilicet, & Cæſareum: & Regni huius Siciliæ Sanctiones per Reuerendum dominum Ioannem de Amono de ſancto Angelo Faſanellæ, diuini, & humani iuris laureatum, Deo Opt. Max. authore initium ſumunt.

Ioannis de Amono ad nouellos legum laureatos in Differentias inter ius commune vtrunq;, & ius regni Siciliȩ prȩfatio.

MIratur forte quiſpiam me, q̄ tametſi aliam ſcribendi materiam, & altiorem quidem potuiſſem in iure ſuſcipere, ex qua & laudem, & gloriam non mediocrem eſſem proculdubio aſſequuturus, hanc mihi materiam delegerim, hanc ſcribendi prouinciam obiuerim: quæ ſi laborioſa quidem, & vtilis non parum ſit: non tamen ſubtilis, & (vt aiunt) alta, & difficilis. Sed non miretur qui bene circunſpicit: ac propoſitum intueatur meum: quippe cum diui extet Platonis ſententia: Oportere hominem eſſe commodum, & non ſeipſum tantum intueri: non quæro quæ mea ſunt, ſed quæ aliorum. Sat igitur mihi fuerit hominum vtilitati (quo ad poſſim) in aliquo ſtuduiſſe: quandoquidem ſapientis fuerit illius ſententia: Nobis non ſolum natos eſſe: ſed & patriæ, parentibus, & amicis. Conſpiciens igitur in hoc Siciliæ regno ius commune vtrunq;, Pontificium ſcilicet, & Cæſareum per Conſtitutiones, Capitula, Pragmaticas, & Ritus in non parum multis fuiſſe correctum, emendatumq;, atq; ab aula receſſiſſe, ſtatui ad communem omnium vtilitatem, & eorum maxime qui in Pontificum maximorum, diuorumq; Cæſarum, ac iureconſultorum monumentis eruditi, in illis lauream fuerunt coronam aſſequuti, afferre in medium Differentias inter ius commune vtrunq;, & ius regni huius Siciliæ notabiliores: vt his poſitis, qui a Pontificibus maximis, diuiſq; Cæſaribus, ac iureconſultis ad regni huius iura conuolarint, non ignorent quid in regno fieri: quidue in foro ſeruari debeat, in quoue iura communia ab aula ipſa receſſerint. Quippe ex facto ſępe videmus incidere: vt qui in communi iure peritus, reſolutuſue ſit, in iudicio poſtea erubeſcat, cum regni iura non nouerit. Omni igitur animi ſtudio regni huius Siciliæ Sāctiones circumiēs, quas potui has, tametſi non omnes, notabiliores tamē (vt dixi) perutilioresq; Differentias congeſſi. Valete.

Differentia prima.

PRima igitur Differentia (tametſi generalis ſit) hęc eſſe perhibetur. Nã q̃uis omnes populi legibus, ac moribus vtantur: vt habemus in.l. omnes populi.& ibi latius per Bar.& alios.ff.de iuſti.& iur.& in.l.cũctos populos.vbi per Bal.etiam latius,& alios ſcriben tes.C.de ſum.tri.& fide catho. Attamen in regno caſſatis dictis legibus aduerſantibus conſtitutionibus,& conſuetudinibus regni, vtimur dictis regni conſtitutionibus:& his deficientibus,vtimur conſuetudinibus approbatis: quibus etiã deficientibus, vtimur legibus Longobardis: & vltimo legibus Romanis.tex.eſt in procemio conſtitutionum regni circa fi.ibi,Quas caſſatis in regno prædicto legibus &c.iuncta conſti.Puritatem,ſub rubrica de ſacramento præſtando a baiulis, & camerariis.

Differentia. II.

TAmetſi de iure communi materia vſuratiæ prauitatis nõ pertineat ad iuriſditionem,& poteſtatem domini temporalis:ſed de iure dicta cauſa,& eius diſpoſitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, vt concludit Bar.in.l.Titia.ff.ſolu.matri.& Fede.de Se.conſi.ccxlv.cuius eſt initiũ: Domino Andreę,ad finem cũ ſimil. vt tradit Alex.in.d.l.Titia,in.iiii.col. & idem Alex.in ſuo conſi.ix.cuius eſt initium:Præſtantiſſime doctor.lib. iiii.Et ſicut dominus ſecularis non poteſt de cauſa vſuraria cognoſcere, ita pariter non poteſt ſtatuere aliquid in tali cauſa:quia a pari procedunt poteſtas cognoſcẽdi,iudicãdi, & ſtatuẽdi.& ita Fede.concludit cõſ.xcvi. cuius eſt initium: Apparet,& ſequitur Pau.de Ca. in ſuo conſi.lxxi.incip. Viſis,& ponderatis.col.i.Refert,& ſequitur.d.Philip.Dec. in ſuo pleniſſimo,& elegantiſſimo conſi.clxx.incip. Diuino implorato præſidio, viſo themate,& his quæ narrata ſunt:& dixi in Problematibus meis, Problemate.xiii.cuius eſt initium: In Epitomatibus noſtris. Attamen de iure conſtitutionum regni dominus temporalis eſt iudex competens in materia vſuratiæ prauitatis per conſtitutionem,Vſurariorum,de vſurariis puniẽdis.Item de iure canonico alia eſt pœna vſurariorum. de qua in.c.i.& per totum.extra de vſu.Sed per dictam conſtitutionem eſt prodita pœna publicationis omnium bonorum. Et dato q̃ de iure verum ſit id quod ſuperius dixi in dicto meo Problemate.xiii. tamen de facto in regno ſeruatur dicta conſtitutio, Vſurariorum.

Differentia. III.

DE iure communi,ſiquis gladium extraxerit,& alium non occiderit, pœna tenetur.l. Corneliæ de ſicariis. vt.ff. ad.l. Cor.de ſica.l.i.§. diuus.verſ.&ex re. Per cõſtitutionẽ autem regni, Aſperitatẽ,ſub rub. de pœna eius,qui contra aliquem tantũ arma extraxerit, tenetur pœna pecuniaria.Et vide Glo.i.in dicta conſtitutione, Aſperitatem.

Differentia. IIII.

DE iure cõi, pcuſſor tenetur pœna.l.Cornelię de ſicariis.l.i.§.diuus.ff. ad.l.Cornel.de ſica.cuius pœna é vel deportatio, vel vltimũ ſuppliciũ.vt eo.titu.l.iii.ad fi. De iure vero regni imponiť pœna manus cum qua pcuſſit.vt in conſtitutione,Siquis aliquẽ,de pcuſſio.illicita cũ armis.

Differentia. V.

DE iure communi,homicidę interdum puniuntur ad mortem, interdum ad deportationem.vt.ff.ad.l.Cor.de ſica.l.iii.§.pe. Sed de iure regni indiſtincte damnantur ad mortem,per conſtitutionem, Terminum vitæ hominis,ſub rubrica de homicidiis puniendis.

Differentia. VI.

DE iure communi,violentia illata meretricibus eſt impunita.vt.ff.de fur.l.ve℞ ad fi.& ar.ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ.§.ſiquis virgines.& eſt ratio.C.de adul.l.qui adulteriũ ad fi. De iure vero regni,inferẽs violẽtiã meretricibus,vltimo ſupplitio cõdemnatur, per conſtitutionem,Omnes noſtri regiminis ſceptro, ſub rubrica de violentia meretricibus illata. Debent tamen (vt dicit Glo.prima in dicta conſtitutione) per clamorem teſtari dictam violentiam.

Differentia. VII.

DE iure communi canonico, poteſt contrahere matrimonium rapta cum raptore,ſi prior diſſenſus trãſeat in conſenſum. vt extra de rapto.c.accedens cum ſuis ſimil. De iure vero regni, non poteſt raptor cũ rapta matrimoniũ cõtrahere,quo ad hoc vt raptor capitali ſe eximat ſnĩa.vt in cõſtitutione,Capitalẽ,ſub rub.de raptorib⁹ virginũ,& vidua℞.

Differentia. VIII.

DE iure cõmuni,ſi poſt trinã denũtiationẽ,vel ſine denũtiatione inuẽtus fuerit qſpiã mulierẽ clamantẽ attẽptare,traditur iudici puniendus ſtatim.vt.C.de adul.auten.ſiqs ei. De iure vero regni,non punitur ſtatim,ſed remittitur ad principem puniendus.vt in conſtitutione,In quęſtionibus violentiarum, ſub rubrica de raptoribus virginum,& vidua℞.

Differentia. IX.

DE iure communi, eſt in omni caſu prohibita probatio p pugnã, ſeu duellũ.vt.C.de actio.& obliga.l.negãtes.& de cleri.pugnã.in duello p totũ.& extra de purgatione vulga.p totũ. De iure vero regni,eſt pmiſſa ꝓbatio p pugnã,ſeu duellũ in duobus caſibus: videlicet in crimine læſæ maieſtatis:& in crimine mortis abſconſæ.vt in cõſtitutione,In quęſtionibus violentiarum, ſub rubrica de raptoribus virginũ, & viduarum.

Differentia. X.

DE iure communi,nõ ſuccurrens mulieri violẽtiã patienti,& clamãti nõ punitur,& hoc de iure ciuili.vt dicit Glo.i.in conſtitutione,Qui

cunq;,ſub rub.ſiquis mulieri violentiā patienti &c. Nam de iure canonico eſt ſecus. vt habetur in.c.dilecto. de ſenten.exco. libro.vi. De iure vero regni non ſuccurrens ſic clamanti,vt ſupra, tenetur ad pœnam.iiii. Augu ſtalium. vt in dicta conſtitutione, Quicunq;.

Differentia. X I.

DE iure communi,occupans violenter rem immobilem ſ ea reſtituta primitus in totum ſi ſua res erat,vel æxtimatione rei ſi non eſſet res propria,punitur.vt.C.vnde vi.l. ſiquis in tātam. De iure vero regni ſe cus: quia non in tantam æxtimationem rei: ſed immediate æxtimationis punitur. vt in conſtitutione, Violentias ſubiectorum,ſub rubrica de vio lentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

Differentia. X I I.

DE iure cōmuni,nō tenētur ſingulares ſucceſſores inuaſoris poſſeſſo rio iudicio.vt.ff.de vi.& vi.arma.l.cū a te:ſed vniuerſalis tm̄ vt hæ res.vt eo.titu.l.i.ad fi. De iure vero regni eſt ſecus. Nā daṫ electio ſpolia to velit agere cōtra deiciētē,aut cōtra quēlibet ſingularē ſucceſſorē. vt in cōſtitutione, Circa violētiaꝝ,ſub rub. de reſtitutione poſſeſſionis: quæ in hoc eſt cōformis cū diſpoſitione iuris canonici. vt extra de reſti. ſpo lia.c.ſæpe.& per Glo.i.in dicta conſtitutione,Circa violentiarum.

Differentia. X I I I.

DE iure communi,de damnis,& maleficiis clandeſtinis cōmiſſis non tenētur hoies locoꝝ:quia pœna debet tenere ſuos authores.l. ſanci mus.C.de pœnis. De iure vero regni eſt ſecus. Nā tenentur hoies loco rū nō reptis malefactoribus, pecunialiter tamē. vt in conſtitutione, Su per inciſionibus,de maleficiis clandeſtinis puniendis. & in conſtitutio ne, Si damna clandeſtina, ſub rubrica de homicidiis, & damnis clan deſtinis, quorum authores inueniri non poſſunt.

Differentia. X I I I I.

DE iure cōmuni, ſurripiēs quicq̄ de naufragiis,vel incēdiis puniṫ pœ naſq; tn̄ nō eſt ita grauis,p.l.Pedius.ff.de incēdio,rui.naufra.& p autē.nauigia.C.de fur. De iure vero regni,punitur grauiori pœna:qa ca pite punitur:& ciuiliter in quadruplum. vt in conſtitutione, Rapinas eo rum,ſub rubrica de ſurripientibus aliquid de naufragiis,vel incendiis.

Differentia. X V.

DE iure communi,de iniuriis illatis curialibus regis,vel imperatoris teneṫ inferēs illas in pœnā a iure ꝑditā. De iure vero regni teneṫ ad duplicatam pœnā, q̄ ſi alii priuato intuliſſet. vt in cōſtitutione, Vt par ticipatio,ſub rub.de iniuriis curialibus illatis. & merito, qa vt not.Glo.i. in dicta cōſtitutione, Vt participatio, iniuria creſcit ex perſona eius cui ir rogatur. vt.ff.de iniur.l.prætor. §.atrocem.

Differentia. XVI.

DE iure cõmuni, videtur ꝙ pupillus, & vidua non poſſint eligere niſi forũ ſerenitatis imperatoris. vt. l. i. quomodo, & qñ imperator inter pupillũ, & vid. Sed de iure regni, dicũt quidã, ꝙ eccleſia, ꝓcurator fiſci, pupillus, orphanus, vidua, pauper, ſeu quęlibet debilis perſona declinare poteſt forum cu uſlibet iudicis. per cõſtitutionem, Iuſti cultores, ſub rub. de quibus cauſis primitus cognoſcatur. vt dicit ibi Glo. i.

Differentia. XVII.

DE iure cõmuni, pœna criminis peculatus eſt deportatio. vt in. l. iii. ff. de crimi. pecu. Sed de iure regni eſt pœna capitalis per cõſtitutionem, Officiales ibi capite puniantur, ſub rub. de officialibus reipublicæ.

Differentia. XVIII.

DE iure communi, inferior iudex non perdit iuriſditionẽ propter pręſentiam iudicis maioris. vt in auten. de defenſorib. ciui. & per Glo. iii. in. ver. Silere. in ꝯſtitutione, Honorẽ debitum, ſub rub. de eodẽ iuſtitiario. De iure vero regni ſic. Nam iuſtitiarii regionum ſilent quouſꝗ magiſter iuſtitiarius curiam teneat in loco. per dictam conſtitutionem, Honorem debitum, per rationem quam reddit ad fi. quia minus lumen per luminare maius ſuperueniens obſcuratur.

Differentia. XIX.

DE iure cõmuni, clericus debet corã iudice ſuo eccleſiaſtico cõueniri de omni maleficio. vt eſt tex. in. c. cũ non ab homine, extra de iudi. Sed de iure regni, põt per curiã regis cognoſci de crimine maieſtatis, & proditionis, vel alio magno per clericũ cõmiſſo, per conſtitutionẽ, De perſonis, ſub rub. vbi clericus in maleficiis debeat cõueniri. Sed doctores ibi communiter dicunt, illam conſtitutionem ſic diſponentem, nõ potuiſſe edi in pręiudicium iuriſditionis eccleſiaſticæ, eccleſiaſticiꝗ ordinis.

Differentia. XX.

DE iure cõmuni, in cauſa criminali perit inſtantia per lapſum biẽnii. vt in. l. properandum in prin. C. de iudi. & . l. i. C. infra quantum tem. dat. ac. cri. Sed de iure regni, debet infra trimeſtis temporis ſpacium terminari. vt in cõſtitutione, Cauſas, alias ſub rubricella, Noua cõſtitutio, poſita ſub rubrica Qualiter iuſtitiarii ſe gerere debeant in prouincia ſibi decreta. Non tamen perimit᷑ inſtantia, ſi non fuerit terminata infra trimeſte.

Differentia. XXI.

DE iure communi, omnibus aliis deficientibus vir, & vxor adinuicẽ ſuccedunt. per vnde vir, & vxor. C. Sed de iure regni eſt ſecus. Nã ſuccedit fiſcus. vt per Glo. in ver. Sine hærede, ibi Sed nũquid vir, & vxor, in conſtitutione, Dohanæ, ſub rubrica de offi. ſecreti.

Differentia. XXII.

DE iure communi, de quacunq; re conueniatur clericus, debet conue niri coram iudice ſuo eccleſiaſtico, vt in.c.ſi diligenti, & per totum. extra de foro compe. Sed de iure regni eſt ſecus. Nam in ciuili exami-ne reſpondebit, ſiue agatur petitorio, ſiue quolibet poſſeſſorio adipiſcen-dæ, recuperandæ, vel etiam retinendę poſſeſſionis: ſeu actione pecuniaria, per conſtitutionem, De burgenſaticis, ſub rubrica de ſacramento pręſtan do a baiulis: ſed non eſt moribus recepta. Et adde.c. regni. incip. Rober-tus &c. Omnis prędatio, & inuaſio &c. ſub rubrica de ſpoliatis pro layco contra clericum. & cap. Robertus &c. Caritatis affectus, ſub rubrica Con ſeruatorium pro layco contra clericum.

Differentia. XXIII.

DE iure communi, in cauſa ciuili perit inſtantia per triennium. vt in.l. properandum. C. de iudi. De iure vero regni ſecus. Nam per ſpaciū duorum menſiū. vt in conſtitutione, Omnes baiuli, ſub rub. Infra quod tempus cauſa debeat terminari. Sed non eſt moribus recepta.

Differentia. XXIIII.

DE iure cōmuni, cauſę breuiores nō exigunt ſententiam in ſcriptis fe rendam. vt in auten. Niſi breuiores. C. de ſenten. ex peri. recitā. De iure vero regni ſecus. Nam & in breuioribus etiam cauſis exigitur ſententia in ſcriptis. vt in conſtitutione, Ab omnibus, ſub rub. de ſenten. in ſcriptis ferendis ſm primā opinionē, Glo. in dicta ꝯſtitutone, Ab omni bus. Sed ſm vltimā, & meliorē eſt ſecus, ꝑ cōſtitutionē primā de dilatio.

Differentia. XXV.

DE iure cōmuni, inſtrumenta in papyro conſcripta bene probant. vt in.c cum dilecta. §. nos igitur attendentes. extra de cōfirma. vtili, vel inuti. De iure vero regni eſt ſecus. Nam non probant, niſi in pergame-nis conſcribantur, niſi ſint apocæ, vel antapocæ. vt in conſtitutione, Con ſuetudinem, ſub rubrica de inſtrumentis conficiendis.

Differentia. XXVI.

DE iure cōmuni, ſpeciale eſt, ꝗ omnibus poſtpoſitis, & obmiſſis me-diis appellatur ad Papam. vt. ii. q. vi. c. ſiquis putauerit, & extra de ap pel. c. ſi duobus. & not. per Azo. C. de ſumma tri in ſumma. De iure ve-ro regni eſt ſecus. Nam etiam ad regem, & ad magnam curiam appellaṫ obmiſſo medio. vt in conſtitutione, Cum noua noſtri nominis, ſub rub. de iudicibus &c. & ibi Glo. vlti. in ver. Sed ad celſitudinem.

Differentia. XXVII.

DE iure communi, ſubſcriptio propriæ manus teſtium in inſtrumen-to neceſſaria non eſt, ſed Tabellio poteſt ſcribere nomina teſtiū in inſtrumento. vt in auten. de fide inſtru. §. ſed & ſi inſtrumenta. & not. C. de dona. l. donatio, in Glo. non etiā &c. & C. de teſtam. l. vlti. De iure ve

ro regni eſt ſecus.quia ad validitatem inſtrumenti requiritur ſubſcriptio propriæ manus teſtium.vt in cõſtitutione,Inſtrumentorum robur.& ibi Glo.in ver.Subſcribant,ſub rubrica de fide,& authoritate inſtrumentorũ. Et qui neſciunt ſcribere,debent facere crucem iuxta modum,quem ponit ibi Glo.in ver.Aſſumantur,ibi Et debet talis teſtis &c.

Differentia. XXVIII.

DE iure communi,prius quiſpiam quatuor edictis citabatur.vt not.ff. de iudi.l.ad peremptorium,cum ſſ.ſequen. De iure vero regni fit vna citatio peremptoria pro omnibus. vt in conſtitutione, Edictorum, ſub rub.de literis citatoriis.

Differentia. XXIX.

DE iure cõmuni,creditur nuntio de actu citationis. vt in.c.cum parati,de appella.& habetur in.c.quoniam contra.in ver.Citationes, de Proba. De iure vero regni eſt ſecus.Nam non creditur ſoli nuntio, niſi habeat pręſentiam teſtium.vt in conſtitutione,Citationis literę, ſub rub. de aſſignatione literarũ citatoriarum. Et adde regiam pragmaticam ſecundam in ordine,incip.Quilibet agere &c.

Differentia. XXX.

DE iure cõmuni,poteſt quis ſuo ſenſu lite ꝯteſtata,vel nõ,ſuper ciuili actione trãſigere & expſſe,& tacite.vt.C.de pactis.l.poſtq̃ litẽ. De iure vero regni eſt ſecus.Nã poſt litẽ ꝯteſtatã ſine licentia curię non põt. vt in ꝯſtitutione,Sponte volẽtibus,ſub rub.de pactionibus inhibitis &c.

Differentia. XXXI.

DE iure communi,contumax in criminalibus,licet eius bona adnotentur,non tamen infra annum de contumacia punitur.quia ſi comparet,& pręſtat cautionẽ de ſtando iuri ,auditur.vt in .l.i.ff.de requir.reis. De iure vero regni eſt ſecus.Nam & adnotantur bona, & punitur in tertia parte mobilium.per conſtitutionem,Grandis vtilitas, ſub rubrica de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis,q̃uis poſtea compareat.

Differentia. XXXII.

DE iure cõmuni,cõtumax in criminalibus poſt annum etiã habet facultatẽ ſe defendendi.vt.ff.de requir.re.l.annus ad fi. De iure vero regni eſt ſecus.Nam contumax poſitus in banno cum ſolẽnitate conſtitutionis,Grandis vtilitas,nullam habet poſt annum facultatem ſe defendendi ſuper principali cauſa poſtq̃ fuerit foriudicatus.per conſtitutionem,Pœnam horum,ſub rubrica de forbannitis,& foriudicatis.

Differentia. XXXIII.

DE iure cõmuni in criminalibus cauſis non admittitur procurator.l. penul.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.c.veniens,extra de accuſa. De iure vero regni,vniuerſitates,& mulieres coniugatæ in criminalibus ad-

mittuntur per procuratorem,& ſindicum ſiue accuſent, ſiue accuſentur. per conſtitutionem,Generalia iura condentes, ſub rubrica vt vniuerſitas accuſata,& mulieres coniugatæ &c.

Differentia. XXXIIII.

DE iure cõmuni,filius debet alere patrẽ,& ecõtra.vt.ff.de libe. agno. l.ſi quis a liberis De iure vero regni,nec pater filium,nec filius patrem foriudicatum alere debet.per conſtitutionem,Pœna carere volentes, de vxoribus foriudicatorum,& parentibus.vbi Glo.prima.

Differentia. XXXV.

DE iure communi,accuſans quempiam,& non probans punitur ſimilitudine ſupplicii:quia calumniari pręſumitur.vt.C. de accuſa.l.i.& .ff.ad turpil.l.i. De iure vero regni requiritur,ꝙ non probans ſit in euidenti calumnia vt puniatur,per conſtitutionem, Pœnam calumniæ, ſub rubrica de pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita,

Differentia. XXXVI.

DE iure communi, licet tranſigere in criminalibus quãdocunq;, iuxta.l.tranſigere.C.de tranſac.etiam ſine licentia iudicis. De iure vero regni ſecus.Nam in his quę ſanguinis pœnam imponunt,& in quibus tranſactiones vel pactiones fieri vetera iura permittunt.vt in.d.l. tranſigere:non permittitur tranſactio ſine licentia curiæ poſtq̃ partes citatæ in iudicio comparuerit:vel poſtq̃ eſt facta litis ꝯteſtatio,per conſtitutionẽ, Poſt citationẽ emiſſã,ſub rubrica lite nõ ꝯteſtata ĩ criminali iudicio &c.

Differentia. XXXVII.

DE iure communi,oblato libello dantur deliberatoriæ induciæ. xx. dierum ad reſpondendum,per auten.offeratur.C.de litis conteſta. De iure vero regni eſt ſecus.Nam ſtatim oblato libello ſine aliis induciis debet reſponderi ſecundum vnam intelligentiam:vel ſm aliam infra triduum,per conſtitutionem,Dilationes,ſubrub.de dilationibus. De cuius conſtitutionis rñ multiplici intelligentia,vide omnino Glo.ibi in ver.oblato libello.& adde regiam nouellam pragmaticam,Comparente reo.

Differentia. XXXVIII.

DE iure communi,exceptiones dilatoriæ poſſunt quandocunq; probari poſt litem conteſtatam,dummodo antea opponãtur.vt in.l.exceptionem.C.de proba. De iure vero regni eſt ſecus.Nam debent proponi ante litis conteſtationem,& probari.vt in conſtitutione, Exceptiones,de exceptionibus,& dilationibus proponendis in iudicio.

Differentia. XXXIX.

DE iure communi,ſi accuſo te de minori crimine: & tu reaccuſas me de maiori anteq̃ nomen tuum ſit receptum inter reos,impeditur accuſatio mea,& prius in tua proceditur. vt.C.qui accuſare non poſ.l.i.

De iure

De iure vero regni eſt ſecus:quia in vtraq; accuſatione ſimul proceditur, per conſtitutionem,Si ciuiliter agens, ſub rubrica de litis conteſtatione, in criminali, vel in ciuili &c.

Differentia. XL.

DE iure communi,ſi ago ciuiliter contra te:& tu reconuenis me criminaliter,impeditur litis conteſtatio,vel proceſſus iudicii.vt.C.de ordi.cogni.l.fi. De iure vero regni eſt ſecus: quia non (vt olim) impeditur litis conteſtatio,vel proceſſus iudicii: ſed abſq; præiudicio aliquo in vtraq; cauſa ſimiliter proceditur, per conſtitutionem, ſi ciuiliter agens, de litis conteſtatione in criminali, vel in ciuili &c.

Differentia. XLI.

DE iure communi indiſtincte citatus coram maiori auditorio poteſt deſerere inchoatam litem coram minori iudice.vt.ff.de re iudica.l. contra.§.fi. De iure vero regni eſt ſecus.Nam accuſatus coram iuſtitiario de pari,vel minori crimine,vel de quæſtione feudali, ſi citatur coram magiſtro iuſtitiario,non poteſt deſerere litem inchoatam coram iuſtitiario, niſi crimen de quo citatur apud magiſtrum iuſtitiarium eſſet maius. Hæc tamē diſtinctio non cadit in crimine læſæ maieſtatis. nā eo crimine prius accuſatus corā iuſtitiario ibi debet pſiſtere.Hęc oīa habes p cōſtitutionem,Contingit interdum,ſub rubrica de accuſato.coram iuſtitiario.

Differentia. XLII.

DE iure communi,exceptio filiationis impedit litis cōteſtationē, per .l.non ignorat.C.qui accuſa.non poſ.Nam ibi mater non admittitur ad proſequendam mortem filii,& accuſationem proinde inſtituendā, niſi primo doceat ꝙ fuerit mater. De iure vero regni eſt ſecus. Nā iſta exceptio filiationis ſicut & exceptio generis,ſiue gētis,& ꝙ hęres non ſit q actionē,vel accuſationē intēdit,nō īpedit litis cōteſtationē,p cōſtitutionē,Exceptiōe,ſub rub.de litis ꝯteſtatiōe nō retardāda exceptiōis obiectu.

Differentia. XLIII.

DE iure communi,poteſt quis ſuas exceptiones peremptorias proponere,& probare vſq; ad ſententiam,per.l. peremptorias. C. ſenten. reſcin.non poſ. De iure vero regni eſt ſecus,per conſtitutionem,Lite legitime conteſtata,ſub rub.de proceſſu iudicii:quę vult,vt tam actor intentionem ſuam,q̄ reus ſuam exceptionem proponat infra biduum poſt litis cōteſtationē:poſtea nō audiūtur:& ꝓbabūt infra terminū cōſtitutū:q erit arbitrio iudicis:vt dicitur in dicta cōſtitutione ad fi.Sed de iſtis vide oīo regiam nouellam pragmaticam,Comparente reo:quę aliter circa prædictas exceptiones videtur diſponere, q̄ ſupradicta conſtitutio proſpexerit.

Differentia. XLIIII.

DE iure communi,ſufficit ſemel iurare in cauſa de calumnia.vt.C. de

iura. cal. Hoc ſacramentum. De iure vero regni eſt ſecus, per conſtitutionem, Si exceptio peremptoria, ſm vnam lectionem Glo.ii ibi in verbo malitioſa, ſub rub. de exceptionibus malitioſe oppoſitis. vbi habetur poſſe exigi a iudice iuramentum ab opponente exceptionem peréptoriá: ꝙ non malitioſe, nec cauſa tantum prorogandi iudicium eam opponat: & in quantum ad fi. mandat non probantem exceptionem in expenſis condemnari. Adde adauctam eſſe pœná in hoc per regiam nouellá pragmaticam, Quicunꝗ, ſub rub. de pœna opponentium exceptiones: quas non probauerint: vt vltra expenſas condemnetur in decem tarenis pro qualibet exceptione huiuſmodi oppoſita, & non probata.

Differentia. X L V.

DE iure cõi, poteſt aduocatus partem interrogare. vt ff. de interrogatio. l. ſi ſine in prin. De iure vero regni eſt ſecus: qa iudex tm̃, p ꝯſtitutioné, Partes í iudicio, ſub rub. de interrogádis litigatorib⁹ a iudice.

Differentia. X L V I.

DE iure communi, non committitur examinatio, ſiue audientia teſtium, in criminalibus. vt C. de fide inſtru. auten. apud eloquentiſſimum. cum quo concordat conſtitutio, In pecuniariis, ſub rub. in quibus cauſis audientia teſtium committatur &c. De iure vero regni committitur literatis curiæ per Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ſeruat ipſa curia, ſub rubrica Non committitur examinatio teſtium in criminali, niſi literatis curiæ.

Differentia. X L V I I.

DE iure communi, licet Iuſtinianus doceat caute deponere. vt in auten. de fide inſtru. § ſiquis vult caute deponere. De iure tamen regni debet cautius deponi. Ná vltra libram auri ſi conſiſtat depoſitum, debet fieri publicum inſtrumentum, & alias. vt dicitur in conſtitutione, In cauſa depoſiti, ſub rubrica de cauſa depoſiti.

Differentia. X L V I I I.

DE iure communi, poſſunt lite non conteſtata a conueniri ſe timente produci teſtes: de quorum receſſu, vel valetudine dubitet præſente parte aduerſa, vel contumaciter abſente. vt in auten. de teſti. §. & hoc vero. colla. vii. & extra. vt lite non conteſta. c. quoniam frequenter. Et talis teſtium receptio, & productio ſemper durat quouſꝗ producens conueniatur. De iure vero regni eſt ſecus. Nam talis receptio teſtium valet tantum in annum, per conſtitutionem, Probationum incurſibus, ſub rubrica de probationibus, & teſtibus ante litem conteſtatam producendis.

Differentia. X L I X.

DE iure communi, ſubuenitur mulieribus tantum in Velleano. vt ff. ad ſenatuſconſul. Velle. per totum. De iure vero regni, latius eis

ſubuenitur.vt patet in conſtitutione,Mulieribus, de reſtitutione mulierũ. & in conſtitutione,Obſcuritatem,de reſtitutione mulierum.

Differentia. L.

De iure communi,dicuntur minores, qui minores ſunt.xxv. annis.vt n.l.ſi.C.de his qui veniã æta. impe. &.ff.de mino.p totũ. De iure vero regni,dicuntur minores,qui ſunt.xviii.annis, per conſtitutionẽ, Minorum iura,ſub rubrica de reſtitutione minorum.

Differentia. L I.

De iure communi,cum reſtitutio petitur in integrum per procuratorem,exigitur ſpeciale mãdatum.vt.ff. de minorib.l.illud.§.ſi talis. De iure vero regni eſt ſecus per cõſtitutionẽ,Beneficiũ, de reſtitutione reipublicę:quæ non vult exigi ſpeciale mandatum, ſed ſufficiat generale.

Differentia. L II.

De iure communi,alienantes aliquam rem cauſa mutandi iudicii,incidunt in vitium litigioſi poſt litis conteſtationem.vt in auten. de litigioſis. De iure vero regni,dicitur futurum iudicium, etiam ante litem conteſtatam facta citatione, per conſtitutionem, Eorum fraudibus, ſu b rub.de alienationibus rerum in iudicio deductarum.

Differentia. L III.

De iure cõmuni,conceditur tertia pars pretii emptori ignoranti,quãdo eſt alienata res cauſa mutandi iudicii, etiam ante litis conteſtationem, facta tamen citatione, vt dicit Glo. prima,in conſtitutione,Eorum fraudibus. De iure vero regni, conceditur quarta pars emptori ignoranti, per dictam conſtitutionem, Eorum fraudibus, de alienationibus rerum in iudicio deductarum.

Differentia. L IIII.

De iure communi, non eſt ſtatutum, neq; taſſatum tempus ad præſentandum apoſtolos iudici ad quem: ſed ſemper eſt in arbitrio iudicis a quo appellatum eſt.vt.C.de appella.l. ſi præſes. & ibi not. De iure vero regni eſt ſecus. Nam ſiquis appellat ad principem, habet ſpatium quinquaginta dierum ad apoſtolos præſentandum: quos ſufficit magiſtro iuſtitiario, vel iudicibus magnæ curiæ præſentare. Si autem appellet ad alios iudices, tunc prædictum tempus eſt in arbitrio eius iudicis a quo appellatur: dummodo non excedat dictum tempus quinquaginta dierum, per conſtitutionem, Appellationum tempora, ſub rubrica de appel. ſed iſta non eſt proprie differentia.

Differentia. L V.

De iure communi ciuili, magna fuit altercatio inter doc. num poſſint in appellationis cauſa teſtes produci ſuper eodem articulo ? vt not. in.l. per hanc.C.de tempo. appel. & ibi eſt vera opinio q; ſic. De

iure vero regni, talis opinio eſt reprobata: vt nullo modo in eodem articulo poſſint iterum teſtes produci, poſtq̃ quis didicerit teſtificata, per conſtitutionem, Iuriſperitorum altercationes, ſub rubrica de probationibus in appellationibus producendis. & notantur, & cum miniſterio dixi, De iure communi ciuili: quia dicta conſtitutio concordat in hoc cũ iure canonico. vt in. c. fraternitatis. extra de teſti. & in Clem. ii. eo titu.

Differentia. L VI.

DE iure communi, aſcriptitii poſſunt clericari præter domini voluntatem. vt. C. de epiſ. & cle. auten. Aſcriptitios. De iure vero regni eſt ſecus: quia non poterunt clericari ſine domini voluntate, per conſtitutionem, Aſcriptitios, ſub rubrica de vaſſallis: alias de villanis non ordinandis. & loquitur de his aſcriptitiis, qui ſunt glebæ perſonaliter aſcripti: ſecus in villanis, qui non perſonaliter, ſed de rebus ſeruire debent, de quibus loquitur conſtitutio ſequens, quæ incipit: Errores eoꝝ, ſub rubrica de his, qui debent accedere ad ordinem clericatus.

Differentia. L VII.

DE iure communi, feudorum alienans ammittit feudum. vt in titu. quib. mo. feu. ammi. § ii. & iii. & not. extra de feu. c. vlti. & in. §. callidis. in. c. imperialem de prohi. feu. alie. per Fede. De iure vero regni eſt ſecus: quia ipſe idem qui alienauit, poteſt reuocare alienationem, & venire contra factum proprium, etiam iuratum, per conſtitutionem, Conſtitutionem diuæ Memoriæ. & ibi Glo. in ver. Iure proprio, ſub rubrica de reuocatione feudorum, & rerum feudalium.

Differentia. L VIII.

DE iure communi, prohibitæ ſunt pignorationes tam canonico, q̃ ciuili. vt in. c. & ſi pignorationes, de iniuriis, & dam. dato lib. vi. & in auten. vt nõ fiant pignora. & ar. ff. quod me. ca. l. extat. De iure vero regni, poteſt dominus vaſſallum, & vaſſallus dominum pignorare authoritate propria pro fideiuſſione facta, quando non liberatur fideiubens, per conſtitutionem, Si dominus vaſſallum, ſub rubrica de adhibenda fideiuſſione dominorum, & vaſſallorum.

Differentia. L IX.

DE iure communi, æqualiter ſuccedunt filii, & filiæ. l. maximum vitium. C. de libe. præter. De iure vero regni, extantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedunt ſiue in feudalibus, ſiue in burgenſaticis: ſed maritantur de paragio, per conſtitutionem, In aliquibus, ſub rubrica de ſucceſſione filiorum comitum, vel baronum.

Differentia. L X.

DE iure communi, recipiens ſeruos fugitiuos, incidit in pœnam, de qua in. l. quicunq;. C. de ſer. fugi. De iure vero regni eſt ſecus: quia

imponitur maior pœna, per conſtitutionem, Seruos, & ancillas, ſub rubrica de ſeruis, & ancillis fugitiuis.

Differentia. L X I.

DE iure communi, eſt pręſcriptio anni. vt. C. de naufragiis. l. ſiquis. lib. xi. & præſcriptio biennii. vt. C. de omni agro deſer. l. qui agros. De iure vero regni, eſt talis præſcriptio anni ſublata, per conſtitutionem, Duram, & diram, ſub rubrica de pręſcriptionibus.

Differentia. L X I I.

DE iure communi, agens iniuriarum ciuiliter contra quempiam, conſequitur, totum. vt iſti. de iniuriis. §. In ſumma, vel ad minus medietatem. vt per Glo. penul. in ver. Partem. in conſtitutione, Varietates pœnarum. De iure vero regni eſt ſecus: quia habet tertiam partem tãtum: & fiſcus duas, per dictam conſtitutionem, Varietates pœnarum, ſub rubrica de conſideratione iniuriæ, temporis, & perſonæ.

Differentia. L X I I I.

DE iure communi, pœna falſi eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio. vt. ff. eo. l. i. ad fi. De iure vero regni eſt ſecus: quia qui literas regias aut mutat, aut eas noto ſigillo ſignat, capitali ſententia pleċtitur, per ꝯſtitutionẽ, Qui literas, ſub rub. de falſariis. Sed adde q̃ habentᷣ in. c. regni, Vt q̃ ab excellentia, ſub rubrica de pœna infligenda falſariis.

Differentia. L X I I I I.

DE iure communi, maritus non poteſt occidere hominem in adulterio deprehenſum: ſed tantum turpem, & vilem: & in domo ſua tantum, non etiam ſoceri. nec etiam poteſt vxorem deprehenſam in adulterio occidere: licet ſi occidat ignoſcatur ei quãtum ad pœnam. l. Corneliæ de ſiccariis: & mitius puniatur. vt per Glo. in cõſtitutione, Si maritus, ſub rub. de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ. De iure vero regni ſecus: quia permittitur marito occidere vtrunq;: videlicet vxorem, & adulterũ. Dico omnem quicunq; ſit, & cuiuſcunq; conditionis, & in omni loco, per dictam conſtitutionem, Si maritus.

Differentia. L X V.

DE iure communi, lenæ nouiſſimum, & vltimum ſubſtinent ſupplitium: ideſt mortis: ſi enim pecuniarum eos &c. in auten. de lenoni. §. proponamus. De iure vero regni, eſt detruncatio naſi. per conſtitutionem, Lenas ſollicitantes, ſub rubrica de lenonibus.

Differentia. L X V I.

DE iure communi, blaſphemantes vltimum ſupplitium patiuntur. vt in auten. vt non luxu. con. na. colla. vi. De iure vero regni ſecus: quia linguæ maliloquæ mutilatione puniuntur, per conſtitutionem, Blaſphemantes, ſub rubrica de blaſphemantibus Deum, & virginem Mariã,

Differentia. LXVII.

DE iure cõmuni, peiurus repellitur a teſtimonio. vt.ff.de his, qui not. infa.l.Lucius.& quod ibi not.Glo.ordi.& facit extra de teſtib.c. ſicut nobis in fi. De iure vero regni, detruncationem ſubſtinet manus, per conſtitutionem, Eos qui ſcienter, ſub rub.de peiuriis.

Differentia. LXVIII.

DE iure communi, ſpolians occiſum punitur pœna, de qua de ſepulchro violato per totum. De iure vero regni, vltra pœnas proditas de iure cõmuni, pleƈtitur adhuc mutilatione manus, per conſtitutionem, Siquis aliquem, ſub rub.Qui hominem occiſum ſpoliauerit.

Differentia. LXIX.

DE iure communi, non creditur confitenti de ſe crimen cõtra ſocios. vt habetur plene per tex.Glo.& doc.in.c.i.de confeſ. De iure vero regni ſecus. Nam diƈtum trium malefaƈtorum contra eos, qui nomina uerint eſſe ſuorum malefaƈtorũ complices, & ꝯſocios, participes, & fautores, facit tantam fidem, quantam faceret teſtimonium duorum proborũ virorum, per capi. regni, Carolus &c. Frequens, & in effrenata &c. ſub rub.de teſtimonio publicorum diſrobatorum &c.Sed hodie per cap.Caroli ſecundi, cuius eſt initiũ: Conſtitutionẽ modificatũ eſt, ſi ab eis nominati ſint alias leues pſonæ, alias iſta talis ꝯfeſſio nõ operat̃ ꝓbationẽ; ſed operatur, ꝙ ſpecialiter poſſit ꝯtra ipſos inquiri, & ex officio ꝓcedi. vt ibi.

Differentia. LXX.

DE iure communi, raptor alicuius rei punitur.vt.ff.C. & inſti. vi bono.rap. De iure vero regni aliter. Nam ſi quis rapuerit rem infra augustalem, fuſtigatur, & ſignatur in fronte.& nihilominus de tota prouincia bannitur: ſi rem vltra auguſtalem ad vnciam vſq;, manum ammittit: qui vero vltra vnciam, ſuſpendio condemnatur ſi quidem nobilis non ſit, ſi autem ſit, capitali pœna, per capitulum regni, Ad hoc ꝙ noſtriorum, ſub rub.de fur. Sed adde quæ habentur in.c. regni incip. Placuit, ſub rubrica de pœna rei ablatæ pretio non ſoluto.

Differentia. LXXI.

DE iure communi, arreſtans bona alicuius, incurrit pœnam de iure ciuili.de qua in auten.vt non fiant pigno.Et de iure canonico in.c.et ſi pignorationes, de iniuriis, & dãno dato.lib.vi. De iure vero regni eſt indiƈta pœna capitalis. vt in.c.regni, Contra effrenatas, ſub rub.Ne quis authoritate propria capiat aliquẽ de perſona, nec eius bona: licet per cõſtitutionẽ, Comes, medietatis bonorũ omnium proſcriptione damnetur.Et adde capi.regni, Item nullus, ſub rub.ꝙ non arreſtentur in ſtratis &c.

Differentia. LXXII.

DE iure communi, res obligata poteſt dari eccleſiæ, ſiue ſit obligatio

ſeruitutis realis, ſiue ſit obligatio conuentionalis pro debito, cum ſemper tranſeat cum onere. C. de ſerui. & aqua. l. ſi ex prouinciali, & de diſtractione pigno. l. ſi debitor. De iure vero regni ſecus, per cap. regni, Item ſtatuimus, ſub rub. ꝙ poſſeſſiones, & res non obligatæ. &c.

Differentia. LXXIII.

DE iure commun, clericus de omni maleficio debet coram eccleſiaſtico iudice conueniri, vt in. c. Cum non ab homine. extra de iudic. & de foro compe. per totum. & diximus ſupra. xix. Differentia. De iure vero regni eſt ſecus. Nam in criminalibus, ſpretis defenſis, & in portatione armorum ſunt de foro ſeculari, per cap. regni, Item ſtatuimus, ſub rub. ꝙ vaſſalli eccleſiarum & cætera.

Differentia. LXXIIII.

DE iure communi, in cauſis criminalibus non admittitur procurator. l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. c. veniens. extra de accuſa. De iure vero regni eſt ſecus, quia in criminalibus perſonæ vltra denarium numerum conſtitutæ, conſtituūt procuratorem. vt in cap. regni, Eodem ſtudio proſequentes, ſub rub. ꝙ in cauſis criminalibus poſſit conſtitui procurator &c. Et adde quod dixi ſupra in. xxxiii. Differētia. Et adde cap. regni, Statuimus, ſub rub. ꝙ liceat ſpecialibus pſonis in criminalibus &c.

Differentia. LXXV.

DE iure communi, vbi pœna venit applicanda fiſco, dicitur cauſa criminalis. vt plene per doc. in rub. extra de iudi. ergo ordo iudiciarius requiritur: & ſic litis conteſtatio, & alia ſubſtantialia iudicii, & proceſſus. vt habetur, & not. in. l. prolatam. C. de ſenten. & in. c. de cauſis, de offi. delega. De iure vero regni eſt ſecus: quia in pœnis pecuniariis fiſco applicandis proceditur ſummarie, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii, per cap. regni, Carolus ſecundus &c. Ab olim de curia noſtra &c. ſub rubri. ꝙ in pœnis pecuniariis &c.

Differentia. LXXVI.

DE iure communi, licet exceptio recuſationis iudicis ſit alias dilatoria, tamen ſi de nouo ſuperuenerit poſt litis conteſtationem, admittitur. vt in. c. inſinuante. extra de officio delega. De iure vero regni eſt ſecus: quia non admittitur poſt litis conteſtationem, etiam ſi dicatur de nouo emerxiſſe, per capitulum regni, Prolixitatem tollere litium. Quod nota ad cap. aliud, cuius eſt initium: Item ſi cōtingat iudicem ordinariū, vel delegatū allegari ſuſpectū &c. Alias incip. Prīcipis circūſpecta puiſio.

Differentia. LXXVII.

DE iure communi, præſes vnius prouinciæ non poteſt capere malefactores in alterius prę́ſidis prouincia. per regulam. l. ſi. ff. de iuriſdi. om. iudi. Immo bannitus captus extra territorium bannientium, de

bet relaxari: quia non legitime captus ſm Bald.in.l.ii.C.de ſeruis fugiti. etiam ſi familia voluerit eum capere in territorio,& fugientem ceperit extra territorium ſm Bald.in.c.cum olim in fi.de dolo, & contu. Bar.in.l. quod ait lex.§.i.ff.de adul. De iure vero regni eſt ſecus:quia præſes vnius prouinciæ licite capit malefactores in alterius prouincia per.xv.milliaria.per cap.regni,Robertus &c.Diu iam,& pluries,ſub rub. de capiendis malefactoribus in alterius prouincia.Sed mihi videtur illud capitulũ fuiſſe locale:videlicet in iuſtitiariis principatus,per rationem quæ ibi redditur in litera, & maxime quia fuit editum ad beneplacitum illius principis,qui plurimis abhinc annis in fata conceſſit.

Differentia. LXXVIII.

DE iure communi,officiales durant tantum per annum.vt.l.defenſoribus cum Glo.C. de defenſo.ciui.& per Io. de Platea.in.l. neminem,in.ii.notabili.C.de ſuſcepto.& archa.lib.x.concordant multę regni conſtitutiones,vt in conſtitutione,Occupatis,ad fi.ibi, Anni circulo.& in conſtitutione,Iudices.& capitulum regni, quod incip. Electionem, ſub rub.de iudicibus perpetuis non ſtatuendis. De iure vero regni, & magis nouo,officiales exercent officia eorum,etiam vltra annum vſq; aduẽtum ſucceſſorum,per cap.Robertus &c.Scire vos volumus &c. ſub rubri. ꝙ baiuli iudices exerceant &c.

Differentia. LXXIX.

DE iure communi,emere victualia ante tẽpus non eſt vſura,aut cõtractus vſurarius formalis.vt habeť plene in.c.in ciuitate.extra de vſu. propter dubium euentum valoris,& pretii.vt ibi. De iure vero regni eſt ſecus.Nam prohibetur emptio victualium ante tempus, & eſt vſura, per capitulum regni,cuius eſt initium:Robertus &c.Pro publici bono compendio,ſub rub.de indebitatoribus victualium,& vſuris.

Differentia. LXXX.

DE iure communi,ille qui habuit a Titio ſub vſuris,non eſt idoneus teſtis contra ipſum Titium ad probandum eum eſſe vſurariũ: quia eſſet teſtis in cauſa propria.Nam ſi cõuinceretur ipſe vſurarius,poſſet ipſe teſtis recuperare vſuras ab eo extortas.vt habetur in toto titu.C. & extra. de vſu.& dixi plene in Soliloquiis meis,Soliloquio.xxxvi. cuius eſt initium:Capitulum regni. De iure vero regni ſecus eſt. Nam ſi tres teſtes fidedigni iurati teſtificãtur criminatum ipſum in eos exercuiſſe huiuſmodi vſurariam prauitatem,non obſtante ꝙ in eodem teſtimonio ſint ſingulares,& in eorum cauſis propriis quodãmodo depoſuiſſe cognoſcãtur, habentur ac ſi probatum eſſet legitime crimen, per capitulum regni, cuius eſt initiũ: Ludouicus,& Ioanna &c.Nouiter noſtræ maieſtati &c.ſub rubrica Litera regis,& reginæ contra vſurarios.

De iure

Differentia. LXXXI.

DE iure communi,omnes cauſę regulariter ſunt ordinarię.vt probatur in Cle.ſępe de verbo.ſignifi.& in eis debet ſeruari ordo iuris.vt habetur maxime in.l. prolatam. C.de ſenten. De iure vero regni, oēs cauſæ ſunt ſummariæ, vt in regia nouella pragmatica prima in ordine, cuius eſt initium: Diſpendia litium, & capit.regni, Deteſtantes, ſub rubrica, Capitulum emanatum a duce Calabriæ &c. De cuius cap. intellectu vide Pari.in ſuo ſindicatu,in ver. Sententia.

Differentia. LXXXII.

DE iure communi,proceditur ad miſſionē in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto.vt habetur in.c.quoniam frequenter.extra vt lite non conteſta. & de eo qui mittitur in poſſeſſio. cauſa rei ſeruandæ per totum. & in.l.ſi finita.§. Iulianus vbi materia.ff. de dam.infec. De iure vero regni,proceditur aliter.vt patet per regias pragmaticas: quarum altera incip. Relatione citationis.altera vero, Reo in eius contumacia.

Differentia. LXXXIII.

DE iure communi,in iudice recuſando ſeruantur ea,quę habentur in.l.apertiſſimi.C.de iudi.& in.c.ſuſpitionis,de offi.delega.& in.c.legitima,de appella. lib. vi. De iure vero regni, datur alia forma, aliusue modus,ſiue iudex ſit ordinarius, ſiue delegatus, per capitulum regni, Item ſi contingat.alias incip.Principis circunſpecta prouiſio.

Differentia. LXXXIIII.

DE iure communi,appellans habet annum ad proſequendum appellationem:vel ex cauſa biennium.vt in.c.cum ſit Romana.& in.c.ex ratione.extra de appella. De iure vero regni, facta præſentatione proceſſus copiæ,& appellatorum iuxta conſtitutionem, Appellationum tempora,vt diximus ſupra.liiii.Differentia:immediate per menſem non proſequendo cauſam ſuæ appellationis,appellans in hoc incurrit,quia ſi appellatus voluerit appellationem ipſam ſtatim proſequi:& proſequēte,vel non proſequente dicto appellante, non teneatur expectare tempus a iure communi canonico,ciuili,ſeu municipali ſcripto,vel non ſcripto ſtabilitum per Ritum magnę curię,cuius eſt initium:Item ſi appellans.

Differentia. LXXXV.

DE iure communi,cauſa per ſupplicationē deuoluta, debet fieri exequutio in cauſa pricipali,data cautione ſm formā auten. quę ſupplicatio.C.de pci.impe.offe. De iure vero regni, licet fiat exequutio in cauſa pricipali:nō tñ fit in expēſis,quouſq; cauſa ipſa ſupplicationis fuerit p ſentētiā terminata,p Ritū magnę curię,cui⁹ ē initiū:itē ſi cōtigat cauſas.

Differentia. LXXXVI.

DE iure communi,q̃uis in criminalibus non admittatur procurator.l.

penul. §.ad crimen.ff. de publi.iu.c.veniens. extra de accuſa . tamen hoc non habet locum in vno articulo ad media cauſæ:puta ad videndũ intra-re teſtes:item ad iurandum de calumnia:vt refert,& ſequitur,ac exemplificat.d.Feli.in.c.meminimus.in.iiii.&.v.col.extra de accuſa. De iure vero regni,non admittitur etiam ad vnum articulum ad media cauſæ,p Ritũ magnę curię,cuius eſt initiũ:Itẽ ꝙ in cauſis criminalibus.Dixi in Singularibus meis in formis,Sing.lxxxii.incip̄.Clara eſt illa concluſio.

Differentia. LXXXVII.

DE iure communi,multi ſunt caſus,in quibus eſt prodita actio,ſeu accuſatio popularis.vt.ff.de publi.iudi.per totum.ff. de popula. actio. per totum. De iure vero regni,nullus admittitur ad accuſandum, tanq̃ vnus de populo,niſi ſuã,ſuorumue iniuriã ꝓſequatur,p Ritũ magnæ curię,cuius eſt initium:Item ꝙ nullus laycus,ſub rub.ꝙ nullus admittatur.

Differentia. LXXXVIII.

DE iure cõmuni,regulariter poteſt agi ex iure ceſſo ex omni cauſa, ẽt non neceſſaria,& ex cauſa etiam lucratiua. De iure vero regni ſecus.Nã nõ agit q̃ſpiã iure ceſſo,niſi fuerit neceſſaria,& ex cauſa nõ lucratiua facta,p Ritũ magnę curię incip̄.Itẽ ꝙ nullus,ſub rubri.De iure ceſſo.

Differentia. LXXXIX.

DE iure cõmuni,iſta cognitio an ſit quiſpiã clericus necne,eſt q̃d ſpirituale,& ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.c.ſi iudex laycus , de ſentẽ.exco.lib.vi. De iure vero regni ſecus.Nam iudex ſecularis cognoſcit, p Ritũ magnę curię,cuius eſt initiũ:Itẽ ſi aliquis clericus citatus fuerit.

Differentia. XC.

DE iure communi , clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali in duobus.ſ.ꝙ nõ trahatur ad iudiciũ ſeculare,& gaudet Canone, Siq̃s ſuadẽte Diabolo.xvii q.iiii.vt habetur in c.i.de cler.coniuga.lib.vi. & p totũ eo.titu.in antiq̃s. De iure vero regni ſecus: q̃a nõ admittitur ad aliquod priuilegiũ, p Ritũ magnæ curiæ incip̄.Itẽ ꝙ ſi aliq̃s citatus fuerit,ſub rubrica Clericus coniugatus non admittitur.

Differentia. XCI.

DE iure communi,exceptio excomunicationis oppoſita in iudicio ꝓbatur infra octo dies.vt in.c pia,de excep. lib.vi. De iure vero regni ſecus.Nam non admittitur niſi in promptu,& in ipſo inſtanti probetur,p Ritũ magnę curię incip̄. Itẽ ꝙ in q̃buſcunq; cauſis, ſub rub.ꝙ exceptio excomunicationis non admittatur,niſi doceatur in promptu.

Differentia. XCII.

DE iure communi,eſt magna digladiatio inter doctores:nũ clericus poſſit recõueniri a layco in foro ſeculari:vt per canoniſtas in.c.at ſi clerici.extra de iudi. De iure vero regni,eſt ſopita,&dubitari iã deſiuit:

q̄ poteſt recõueniri, p̄ Ritũ magnę curię, cuius eſt initiũ: Itē q́ clericus in maioribus, ſub rub. q́ tenetur clericus reſpondere p̄ viam recõuentionis.

Differentia. XCIII.

DE iure communi, ad hoc vt non reſpondens habeatur pro confeſſo, requiritur q́ ſit monitus a iudice in iudicio. vt in .c. ſi poſt præſtitum, de confeſ. lib. vi. De iure vero regni ſeruatur forma, de qua in Ritu magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ſemat ipſa curia, ſub rubrica de forma citandi quem', vt legaliorem.

Differentia. XCIIII.

DE iure communi, eſt magna diſputatio inter doctores, cuius expenſis exhibeatur copia libelli, vel talis qualis petitionis. & ponũt doc. in. c. i. de libel. obla. & in auten. offeratur. C. de litis conteſta. De iure vero regni, iſta dubitatio conquieuit. Nam datur expenſis actoris, per regiã nouellam pragmaticam, Comparente reo.

Differentia. XCV.

DE iure communi, exceptiones peremptoriæ, vt de re iudicata, tranſacta, ſeu finita, de quibus in. c. i. de litis conteſta. lib. vi. & p Glo. in conſtitutione, Exceptione filiationis, impediunt litis ingreſſum. De iure vero regni poſſunt ad merita reſeruari, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: Si reus, ſub rubrica de modo procedendi, quã do exceptiones impedientes &c.

Differentia. XCVI.

DE iure communi, admittuntur teſtes poſt pnblicationem, qui de nouo ſuperueniſſe allegantur. vt plene per doc. maxime modernos Papieñ. in. l. admonendi. ff. de iureiur. De iure vero regni ſecus, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: Quandoq́ ſolent, ſub rubrica de teſtibus, qui de nouo ſuperueniſſe allegantur.

Differentia. XCVII.

DE iure communi, iudex procedens ad capturam alicuius in criminalibus abſq́ inditiis, non cadit in pœnam. vt eleganter dixit Bal. in. L. & ſi certus. ff. ad Sylle. & Bal. in. l. ii. C. de his, q̄ latro. & Ang. in. l. itē apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & dixi plene in Epitomatibus meis, Epitomate. lxxxix. cuius eſt initiũ: Licet iudex. De iure vero regni eſt ſecus. Nã ita demũ detinetur inquiſitus, cum incipit conſtare per vnũ teſtē de viſu: & eſt alias reſperſus infamia, de illo crimine, de quo agitur, per Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initiũ: Itē ſi accuſator, ſub rub. detinetur inquiſitus &c. Licet a latrunculatoribus noſtri temporis pernitioſe obſeruetur.

Differentia. XCVIII.

DE iure communi, quis non compellitur ad compromiſſum, etiã cũ conſanguineo. De iure vero regni ſic, vſq́ ad quartum gradum

conſanguinitatis, vel affinitatis, ſecundum ius ciuile computandum, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: O dia quę inter coniũctos, ſub rub. de compromiſſis inter coniunctas perſonas.

Differentia. XCIX.

DE iure communi, in multis caſibus admittitur procurator in criminalibus pro aliquo citato, quos proſequuntur doc. in. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & in. l. ſeruum quoq;. §. publice. ff. de procu. & in. c. veniens. extra de accuſa. De iure vero regni nulla exceptio admittitur per procuratorem pro parte ipſius citati, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis, p Ritũ magnæ curiæ, cuius eſt initiũ: Die .xxi. mẽſis Iulii, ſub rub. de petitionib⁹ admittẽdis in cauſis criminalibus.

Differentia. C.

DE iure communi, teſtes debent iurare infra terminũ datum ad probandum: licet poſſint iuramento, præmiſſo in termino, deponere poſt terminum. De iure vero regni, poſſunt etiam iurare per dies tres poſt eundem terminum immediate ſequentes: & ſubſequenter deponere eorum teſtimonium veritatis, per Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: Item ꝙ in quibuſcunq; cauſis, ſub rubrica Quando citati infra terminum poſſunt iurare, poſt infra triduum.

Laus Deo. Opt. Max.

Habetis, nouelli legum Laureati acutiſſimi, Centum inter ius commune Pontificium ſcilicet, & Cæſareum: & ius Regni huius Siciliæ Differentias notabiles: inter quæ: tametſi alias adhuc potuiſſem forte adducere: attamen has veluti notabiliores, vtilioresq;, ac magis in iudicio verſatiles colligendas exiſtimaui. Vos igitur admonendos eſſe cenſeo: vt eas memoria dignas exiſtimantes memoriæ perpetuæ commendetis. Erunt enim vobis & honorem, & cõmodum mirum in modum allaturę: quas cum decimooctauo menſis huius Iunii incœperim, in fine eiuſdem, Diis bene iuuantibus, abſolui.

Valete.

Ex ſancto Angelo Faſanellæ Cal. Iulii.

M. D. XXXIIII.

TOPICA EX DIVINO, ET HVMANO IVRE EXCERPTA PER REVERENDVM D. IOANNEM de Arnono de ſancto Angelo Faſanellæ, diuini, & humani iuris laureatum, Diis bene iuuantibus initium ſumunt.

M. D. XXXV.

TOPICA EX DIVINO, ET HVMANO IVRE EXcepta per Reuerendum.d.Ioannem de Amono de ſancto Angelo Faſanellæ diuini, & humani iuris laureatum, Diis bene iuuantibus initium ſumunt.

Caput primum.

Similium idem fore iudicium non ambigimus.

Locus eſt Topicus.& probatur in.l.i.in prin.ff.de lega.iii.vbi dicitur non poſſe quempiam fideicommittere:quia teſtari non poteſt.& ibi Gloſſa in ver.Quia teſtari elicit.ar.ab illo tex.dicens,Bonum eſſe argumentum a ſimili.& per doc.in.l.i.ff.de offi.eius.cui man.eſt iuriſdi.& i.l.i.C. de inter.& in.l.ideo quia.ff.de legi.& Bal.in.l.ii.in.ii.col.verſu.extra inducitur. C. de patri.qui fil.diſ.in exorbitantibus fauorabilibus tantum. & per Bald.in.c.i.§.porro.iii.col.in prin.verſu.deinde nota tex.in titu. quæ ſit pri.ca.bene.am.& in.l.conuenriculam.in.iii.col.verſu.Item eſt ar. a ſimili.C.de epiſ.& cle.vbi alle.d.l.ideo quia,& quod ipſe dixit in.l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cle.& eſt in prima col.circa prin.:bi, Dicunt etiam vltramontani. Et adde Flo.in.l.illud, & in.l.ita vulneratus.ff.ad.l.aquil. & Inno.in.c.qualiter, & quando de accuſa. Et ſumitur locus hic Topicus, quando eſt ſimilis ratio,vel maior ſm Bal.in.l.apud antiquos,in.i. col.in fi.verſ. & not.iſtud.ar. C.de fur.Item requirit æquitatem,quę iungat ſimiles caſus ſm Bal.in.c.ad hoc.viii.col.in fi.verſ.item nota.ꝙ ar.de pace iura.fir.in vſi.feu.Item locus hic Topicus procedit etiam in conſuetudine ſm Pau.de Ca.in conſ.ſuo.clix.& Bal.poſt Glo.in.c.i.in.ii.col.verſ.quærit Glo.de cogni.feu. vbi vide omnino. Et non procedit dato vno diſſimili.i.q.i.c.ſicut vrgeri.& ibi Gloſſa in ver.Sic & ego,& Barthola.Veronen.in.c.i.iiii.parte prin.in.iiii.col.de feu.cogni.quod intellige dato diſſimili in illo caſu,licet in aliis ſit ſimilitudo.c.cum dilecta de confir.vti.vel inuti.ſed Panhor.ſing.in.c.conſtitutus de appel.dicit valere etiam ſi non ſit omnino ſimile:& debet diſſimilitudo probari per allegantem Ludo.Roma.in.l.iiii.§.hoc autem.ff.de dam. infec. Et talis locus procedit etiã in contractibus ſm Bal.in.l.ii.in fi.C.de actio.& obliga.per.l.i.§. ſi quis ſeruum.ff.depo. Et quia diximus Similium idem fore iudicium: p ſupra dicta corelarie infero ſecus eſſe in diſſimilibus.l.naturaliter.§.nihil cõmune ff.de acqui.poſ.l.fi.ff.de calum.l.Papinianus exuli, in prin.ff.de mino.

Caput. II.

Vim nominis, vel vocabuli ethimologiam efficax nobis poſſe argumentum præſtare,ingenue fatemur.

Locus eſt Topicus,& probatur in.l.i.ff.de fide inſtru.l.ii.§. appellata.ff.ſi

ter.pe.& ibi Bar.& doc.& Bar.& ibi Alex.in ſua ad Bar. paraphraſi in.l.i. ff.de fur.& Bar.in.l.i.ff.de acqui.poſ.& in.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu. & in rub.ff.ſolu. ma.& inſti.de legi.agna.ſuc.§.nos autem.& inſti.de hę redi.quæ ab inteſ.defe.§.item vetuſtas.& inſti.de tutel.§.eſt autem. & in ſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.ſi ab hoſtibus.& in.l. properandum.§. ſinau tem.C.de iudi.Fallit in nomine proprio:quia non ſequitur Ioannes Ar‑ nonius,ergo de Arnono ſm Bart.& doc.in dicta rubri.ff.ſolu.matri. in.ii. colū.verſ.ex quo habes.Fallit quando repugnat diffinitioni,vt ibi. & per Alexan.in.l.iii.ff.de iuriſdi.om.iudi.

Caput. III.

A maiori poſſe nos ratione inferre,nemo eſt qui neſciat.
Locus eſt Topicus,& ponitur in auten.multo magis.C.de ſacroſan.eccle. & procedit etiam in paritate rationis ſm Glo.Bal.& Imo.in.l. ſi ſocer. in prin.ff.ſolu.ma.& Bal.in.l.conuenticulam.in.ii.col.verſ.item eſt ar.a pari. C.de epiſ.& cle.& Pau.de Caſ.in ſuo conſi.cccxliiii. Et procedit etiam in minori ratione,a qua poſſumus arguere ad maiorem Glo.ii.in ver.profe cto.in Clem.i.in prin.& ibi Car.Zabarella de relig.& vene.ſan.dicit enim ibi Glo.Si laudare iubemur dominum in ſanctis, fortius in ſeipſo. & eſt ar.a minori. de quo de electio. cum in cunctis.de quo dicimus propter quod vnum quodq; tale,& illud magis.

Caput. IIII.

Eadem ſubſiſtente cauſa mutuam, viciſſitudinariamue eſſe vltimarum voluntatum, & cōtractuū oſtēſionem tenemus.
Locus eſt Topicus,& probaẽ inſti.de lege fu.ca.tol.iuncta Glo.ibi in ver‑ bo adimere.& in.l.pactum.ff.de pactis.& Bart.in.l.fi.in.iii.col.verſ. & ſic argui licitum eſt.ff.commu prędio.& in.d.l.pactum in prin.& ibi Glo.in verbo diui Marci.Di.&doc.poſt Guil.de Cu.& in.l.ſi Titio,aut Seio in fi. de lega.ii.Bald.in.l.fi.in prin.C.de legi.l.ſi a ſubſtituto.§.fin. cū.l. ſeq. & ibi doc.ff.de lega.i.&.l.pactum inter hæredem.C.de pactis.& in.l.iure ci‑ uili.ff.de condi.& demonſtra.

Caput. V.

Si de vltimis voluntatibus ad factum iudicis intulerit quiſ‑ piam,reprehendi propterea nequaquam poterit.
Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.i.§.ſi pupillis.& ibi Bald. in princi. & doct.ff.de tute.& rationi.diſtrah.

Caput. VI.

A curiali conditione ad patriam poteſtatem flexum, & refle xum comprobamus.

Locus eſt Topicus,& hoc modo probatur.hodie.xii.ſunt dignitates,quę liberant aliquem curialem a curiali conditione.vt.C.de decurio.l.fi.lib.x. & illę eædem liberant a patria poteſtate.vt in auten.Conſtitutio, quæ de digni.§.i.&.§. generaliter colla. vi. vnde cum eædem habeant eundem effectum,eandemque poteſtatem, licitum eſt ab curiali conditione ad patriam poteſtatem inferre.& ita ponitur per Glo.in ver.non liberat.§.filiuſ familias.inſti.quibus mo.iuſ.pa.po.ſol.

Caput. VII.

Abordine titulorum fundamentum excerpens non eſt propterea reſpuendus.

Locus eſt Topicus,& ponitur, ac probatur inſti.de tute.& titu.ſeq.& Bar. in.l.idem Labeo.in fi.ff.rerum amo.& in.l.i.ad fi.verſ.ſed contra videtur .ff.de confir.tuto.& in.l.i.ii.col.verſ.ſecundo not.ff.ſi cer.pet.& in.l.i.in.i. notab.ff.de ſta.ho.& in rub ff.de eo per quem fac.erit.

Caput. VIII.

Inter Falcidiam, & Trebelleanicam poſſe quempiam ſibi quicq̄ mutuari non diffitemur.

Locus eſt Topicus,& probatur ex not.in.l.i.ff.de lega.primo.

Caput. IX.

A legatis ad fideicōmiſſa fluxum,& refluxū recte ponimus.

Locus eſt Topicus & ponit̄,ac probatur ex not.in.l.i.& ibi doc.& Bar.ff. de lega.i.vbi Bar.in penul.col.dicit fraternizare legata,& fideicommiſſa.

Caput. X.

Ab dote differentem de pia cā poſſe ſumere non vetamus.

Locus eſt Topicus,& probatur,ac ponitur per Bal.in.l.cum oportet.§.ſi autem ad fi.C.de bo.quę libe.dum dicit.l.Pompo. fami. hercif. loquentem de dote,habere locum etiam in legitima:vt ſicut pater in vita dat filię ex cauſa dotis,vt ibi,ita etiam poteſt dare filio pro legitima ſm Bal.

Caput. XI.

A partibus enumeratis inferentem commendamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.obligationum fere.§.placet.ff.de actio. & obliga.l.filius.§.filius.ff de lega.i.inſti.de actio.§ in bonæ fidei.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio.niſi aliqua pars obmittatur,vt ibi ſm Bald. in.l.conuenticulam.in.ii.col.verſ.item eſt ar.ab enumeratione.C.de epiſ. & cle.& in.c.cum venerabilis,de excep.& ibi Panhor.& in.c.cum dilectus. & ibi etiam Panhor.de iure pa.& in.c.ſi diligenti.de preſcrip.

Caput. XII.

A loco ad tempus greſſum,& regreſſum edocemus.

Locus eſt

Locus eſt topicus,& ponitur per Glo.in.l.i.ff. de fer. per.l. fi.ff.de iuriſdi. om.iu.l.vinum.& ibi Bar.in.ii.notab.ff.ſi cer.pe.&.l.fi.ff.de tritica.l.miles .ff.de teſta.mi.Bar.in.l. qui plures.ii. in prin.ff. de vulga. & pupil. Sed ibi arguit de tempore ad res.

Caput. XIII.

A tempore ad perſonas:& a perſonis ad tempus: & ad res: & ecõtra:& a perſonis ad locum arguẽtem nõ damnamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.qui plures.ii.& ibi doc.& ibi Bar.ff. de vulg.& pupil.& Bar.in.l.miles.§.& quia diximus.ff. de teſta.mili. & Bal. in.l.conuenticulam in.ii.col.verſ.item eſt ar.de tempore cum ſeq.de epiſ. & cle.& Bal.in.l.precibus.xxv.col.C.de impu.& aliis ſubſti.& in.d.l.con uenticulam. in.ii.col. verſ. item eſt ar. de perſona. & de conſe.di.i.c.ſicut perſonæ non permiſſæ non celebrant, ita nec in loco non permiſſo non poteſt celebrari,& Bal.in.d.l.conuenticulam.verſ.item eſt ar.de re.

Caput. XIIII.

A contractibus ad iudicia:& a iudiciis ad contractus arguentẽ ſubmouemus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.inter ſtipulantem.§.i.cum Gloſſa.& ibi doc.ff. de verbo. obliga.

Caput. XV.

A delicto in committendo ad delictum in obmittendo argumentationem reprobamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bar.in.l.licet.§.ſi filius.ii. & ibi not.ff. de pecu.Ratio eſt,quia vnum eſt maius altero.

Caput. XVI.

A matre ad auiam,& ab auia ad matrem tranſitionem fieri non negamus.

Locus eſt Topicus,& notatur per Bar.in.l.Nenſennius.in prima col.in fi. verſ.nota etiam ex.ff.de nego.geſ.

Caput. XVII.

De vſufructuario ad bonæ fidei poſſeſſorem argumentũ ſubſtinemus.

Locus eſt Topicus,& ponitur inſti.per quas perſo.no.acquiritur.

Caput. XVIII.

A qualitate ad quantitatem inferentem non arguimus.

Locus eſt Topicus, & ponitur, in.l.ſi ſeruum.§.i.&.l.ſi de qualitate.ff.de

actio.emp.& Alex.in conſi.ſuo.viii.lib.iiii.

Caput. XIX.

Ab authore arguentem commendamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Glo.in.l.i.vbi Bar.in.vi.col.verſ.veniamus ad tertiam partē.ff.ſi cer.peta.& Bal. in.l.cōuenticulā. in.ii.col. verſ. itē eſt ar.ab authoritate,vbi capit dupliciter.vt ibi per eū.C.de epiſ.& cle.

Caput. XX.

A feudo ad emphiteoſim arguere non eſt contra iuris communis diſciplinam:& econtra.

Locus eſt Topicus,ponitur per Spec.in titu. de feu.§. quoniam.verſ.xl.& verſ.idem quoq; iuris. Io. de Imo. in.c.potuit. in antepe. char.extra loca. Aluarottus in.c.i.quib.mo feu.con.po.& in.c.i.an agna.Bar.in.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi paulopoſt prin.ff.de ope.liber.& in.l.quod dicitur.i pen. col.verſ.induco ad quæſtionem.ff. de verbo. ob. & ibi Alex.in vlt. char. Bal.in auten.ſiquas ruinas.in.iiii.col.verſ.quinto probatur.C.de ſacroſan. ecc.Cepol.in.c.i.de cogni.feu.verſ.venio ad ſeptimum.& in.v.parte prin. verſ.xxxi.regula.doc.in.c.i.de feu.& Alex.i cōſi.ſuo.lxxxvii.iiii.lib.niſi ſit cōtra ius cōmune.ibidē tenet ipſe in.l.ſi mihi, & Titio.ff. de ver. obliga.

Caput. XXI.

A cōtractu nominato ad innominatū arguētē nō reſpuimus.

Locus eſt Topicus, & ponitur per Bal.in.l. petens pen.col.C. de pac. & Bar.in.l. cum proponas.C. de dolo. & Alex. in ſua ad Bar. paraphraſi in .l. i. §. ſiquis ſeruum.ff. depo.

Caput. XXII.

A tranſactione ad arbitramentum inferens reiicitur: quia illud eſt impropria tranſactio.

Locus eſt Topic⁹,&ponit̃ ab Alex.ĩ.l.ſiqs cū aliter.ff.de verbo.obligatio.

Caput. XXIII.

A matrimonio carnali ad ſpirituale mutuā tranſitiōem non negamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.c.ii. de tranſla. præla. vii.q.i.c.ſicut.Car. Zabarella in Clem.i.verſ.quę etiam.iii.q.de conceſſio.præben.

Caput. XXIIII.

Ab experientia quæ rerum eſt magiſtra inferentem,recte facere edocemus.

Locus eſt Topicus,& ponitur per tex. & Glo.iii. ibi in.c. q̄ ſit.de electio. lib.vi.& Clem.exiui.§.ruſus.& ibi Car.Zaba.de verbo.ſigni.

Caput. XXV.

A reſcripto ad ſtatutum demonſtrationē non contēnimus.
Locus eſt Topicus,& ponitur ab Inno.in.c.quę in eccleſiarum. verſ. idem vbicunq;.extra de conſti.& Bal.in.l.ex facto in prin.verſ.nota ꝙ reſcripta .ff.de vul.& pupil.& Albe.de Roſa.in ſuo aureo opere ſtatutorum.ix.q.

Caput. XXVI.

A mera vltima voluntate ad contractum donationis cauſa mortis arguentem nequaq̃ reiicimus.
Locus eſt Topicus, & ponitur per Glo. in.l.i. in prin. & ibi doc.& Bal in verſ.tertio nota.ff.de tute.& ratio.diſtrahen.

Caput. XXVII.

A corporalibus ad incorporalia inferri poſſe vehementer arbitramur.
Locus eſt Topicus,& ponit̃ p Glo.in.l.ii.in ver.emit.C.de actio.&obliga.

Caput. XXVIII.

A ꝓcuratore ad delegatū argumētū ualidū ī iure exiſtimam᷒.
Locus eſt Topicus,& probatur ar.l. more.ff.de iuriſdi.om.iu.& ibi Alex. & Ang.& Io.de Pra.in l.i.vii.col.ff.de procu.

Caput. XXIX.

Arbitri,& delegati mutuam eſſe demōſtrationem credimus.
Locus eſt Topicus,& ponitur in.c.vno delegatorum.de offi.dele.qa pariſicantur.& Alex.in ſua ad Bar.paraphraſi.in.l.ſi debitori.ff.de iudi.

Caput. XXX.

Ab vniuerſalibus ad particularia iudicia,in caſibus tamen expreſſis in iure, argui recte poſſe quis dubitat?
Locus eſt Topicus,& ponit̃ in.l. ſin aūt.§. ſi homo.&ibi doc.ff.de reiuē.

Caput. XXXI.

A vulgi opinione rationem adducens eſt admittendus.
Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.apud Iulianum.§.ſcio.ff.de lega.i.Glo. &Bal.in.l.vbi adhuc in.vii.col.magna.verſ.quærit hic Glo.C.de iure do. & in.l.conuenticulam.in.ii.col.verſ.item habemus ar. C.de epi.& cle.vbi dicit ꝙ ita debēnt intelligi verba,vt vulgus opinatur.vt.l.librorū.§.quod tamen Caſſius.ff.de lega.iii.Sępe enim ad opinionem vulgi recurritur.vt .ff.de fluminib.l.i.§.i.in ver.circumloquentium.Bar.in.l.ſi cōſtāte in prin. in.v.col.in verſ.tertio quæro.ff.ſolu.matri.& in.d l.i.in prin ff.de flumi. & in d.l.librorum.§ quod tamen Caſſius in fi.ff.de lega.iii.&in omnibus legibus, quæ incipiunt vulgo.

Caput. XXXII.

A peiuro ad hereticum non arguimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bar.in l. cunctos populos. in.iii.col. verſ. Tu dic ar.C.de ſumma tri.& fi.catho.

Caput. XXXIII.

A pacto ad ſtatutum recte inferendum.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Glo.in rub.C.de decre.decu.lib.x.& Floria.in.l.ſi ædes.in prin.ff.de ſerui.vrba.prædio.& Alex.in ſua ad Bar. paraphraſi in.l omnes populi.in.iiii.q.ff.de iuſti.& iu.

Caput. XXXIIII.

A præſcriptione ad pactum rationem adduci conſentimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Bal.&Flo.in.l.ſi ædes.in prin.ff.de ſerui. vrba.prædio.

Caput. XXXV.

A verbis legis ad verba teſtatoris rõnẽ afferri nemo ambigit.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.ſiquis ita legauerit.& ibi Bar.ff de lega. primo.& in.l.qui filium.§.ſab.& ibi Bar.in fi.ff.ad Trebel.

Caput. XXXVI.

Ab Epiſcopo ad Abbatiſſam argumentũ recte adducimus.

Locus eſt Topicus,& ponit̃ a Bal.in.l.impialis §.i.verſ.vnde ar.C.de nup.

Caput. XXXVII.

A correlatiuis recte quempiam oſtendere non dubitamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal in.l.cum dotem.verſ.not.hic ar.a correlatiuis.C.de iure do.& in.l.conuenticulã.in.iiii.col.in prin. verſ.itẽ eſt ar.a correlatiuis.vbi dicit procedere cõſtructiue,& deſtructiue,vt ibi per eum.

Caput. XXXVIII.

A communiter accidentibus ſtrenue arguimus.

Locus eſt Topicus & ponitur a Glo.& Bal.in.l.cũ dotẽ circa mediũ.verſ. ſecũdo dicit Glo.C.de iure do.& in.l cõuẽticulã,in.iii.col.verſ. itẽ eſt ar. a cõiter.C de epiſ & cle.vbi dicit eſſe vtiliſſimum in materia probationũ, & in materia permiſſiua.& ibi etiam ponit quomodo formatur.

Caput. XXXIX.

A deriuatione inferri non eſt inutile.

Locus ẽ Topicus,&ponit̃ a Bal in.l.cõuẽticulã.in ii.col.verſ itẽ eſt ar.a deriuatiõe.C.de epiſ.& cle.vbi dicit tale ar.eẽ artificiale,p l.i.in pri.ff.de pac.

Caput. XL.

A toto integrali arguere iuris prudentiæ eſt conſentaneum.

Locus eſt Topicus,& ponitur,atq; probatur.in.l.diem proferre.§. ſi plures

.ff.de arbi.& in.l.ſiquis cum totum.ff.de re iudi.& Bal.in.l.conuenticulã.in.ii.col.verſ.item eſt ar.a toto integrali. vbi dicit totũ integrale inferre quamlibet ſuam partem de neceſſitate.vt in.d.l.ſiquis cum totum.

Caput. XLI.

De toto quoad totum:quod de parte quoad partem poſſe rationem differri indubitati iuris eſt.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.quæ de tota.ff.de reiuen.quod procedit etiam in exceptione ſm Bal.in.l.ii.C.de non nu.pecu.

Caput. XLII.

Arbitratoris,& proſenetæ mutuus eſt tranſitus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.c.i.de inueſ.in mari.fac.& Bar.in.l.ſi.ff.de variis cognitio.

Caput. XLIII.

Quod lex tacuit,vel teſtator,& nos etiam non dicamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.ſi ſeruum.§.non dixit.ff. de acquir.hæredi.ad quod vide multa iura per Barbatiam in conſ.ſuo,cuius eſt initiũ: Spectabilis &c.in.vi.col.quod eſt in.iiii.lib.conſ.Alexã.poſt conſ.xlvi.& .l.i.§.ſi vero de cadu.tol.xxviii.q.i.c.ſic enim verſ.cum non dixit.&.c.ad audientiam.extra de decimis.

Caput. XLIIII.

A filio ad piam cãm tranſire poſſe differẽtẽ nõ ambigimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.c.in præſentia de proba.& in.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.iuncto.c.cum eſſes.extra eo.titu.

Caput. XLV.

Ab exercitoria ad inſtitoriam facilis eſt tranſitus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a.Bal.in.l.i.C.de exercito.& Alex.in ſua ad Bar.paraphraſi.in.l.i.§.inſtitor.ff.de inſtito.

Caput. XLVI.

A contrariis licitam oſtendimus rationem.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam.in.ii.col.verſ.itẽ eſt ar.a contrariis.C.de epiſ.& cle.& in.l.eam quam.xii.col.verſ. item dubitatur.C.de fideicommiſ.& qualiter formetur vide Bald. in.d.l. conuenticulam.verſ.præalle.

Caput. XLVII.

A remotione generis licite inferendum.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam.in.ii.col. verſ.itẽ eſt ar.a remotione generis.qui ponit etiã quomodo formeť,& intelligať.

Caput. XLVIII.

A poſitione ſpeciei, recte argui poſſe non diffitemur.
Locus eſt Topicus, & ponitur a Bal. in. l. conuenticulam. ii. colu. verſ. item eſt ar. a poſitione ſpeciei.

Caput. XLIX.

A ſigno vniuerſali recte oſtendi poſſe non ambigimus.
Locus eſt Topicus, & ponitur in. l. ſi is, qui ducēta. §. virum. ff. de reb. du. & in. l. i. § item nuntiatio. ff. de ope. no. nun. & quod ibi per Ia. de Are. & per Bald. in. l. conuenticulam. in. ii. colū. circa fi. verſ. item eſt ar. de ſigno vniuerſali. C. de epiſ. & cle.

Caput. L.

A nomine officii, vel dignitatis, & a nominibus appellatiuis arguendum.
Locus eſt Topicus, & ponitur in hac forma: vnumquodq; eſt tale, quale denominatur ab appellatiuis. vt ff. de offi. præfec. vr. l. i. in fi. ff. de annu. lega. l. annua. §. i. l. Lucius. ff. de fideicom. liber.

Caput. LI.

A diuiſione generis arguere non eſt inutile.
Locus eſt Topicus, & ponitur a Bald. in. l. conuenticulam. iii. col. verſ. Itē eſt argumentum a diuiſione.

Caput. LII.

Ab æquipollentibus argumentum excerpens, eſt admittendus, ſi ſubſit eadem ratio, vel maior.
Locus eſt Topicus, & ponitur a Bald. in. l. conuenticulam. in. iii. col. verſ. item eſt ar. ab æquipollentibus. & in. l. apud antiquos. in. ii. col. in princi. verſ. & nota iſtud. C. de fur.

Caput. LIII.

A diminutiōe ſi quis arguerit, recte qdē facere cōprobabit.
Locus eſt Topicus, & ponitur a Bal. in. l. conuenticulam. in. iii. col. verſ. itē eſt ar. a diminutione. C. de epiſ. & cle.

Caput. LIIII.

A veriſimilibus argui recte poſſe reſpondemus.
Locus eſt Topicus, & ponit in Clem. exiui. §. deinde. & ibi Car. & §. ruſus de verbo. ſigni. & in. c. quia veriſimile. de pſumptio. & ff. quod metus cau. l. non eſt veriſimile. & ff. de proba. l. cum de ætate. & ff. de regu. iur. l. in obſcuris. & ff. de teſti. l. ob carmen. §. fi.

Caput. LV.

A propinquitate ad amicitiam inferri non eſt nouum.

Locus eſt Topicus,& ponitur ab Abbate Panhor.in.c.requiſiſti. extra de teſta.& ab Alex.in.l.non ſolum.§.qui alieno.de teſta.

Caput. L V I.

A ſubiecta materia recte argui poſſe non vetamus.

Locus eſt Topicus, & ponitur a Bal.in.l.conuenticulam. in.iiii.colū. verſ. item eſt ar.a ſubiecta.C.de epiſ.& cle.

Caput. L V I I.

Etiam ſi quis ab abſurdo intulerit,eſt audiendus.

Locus eſt Topicus,& probatur in.l.conuenticulam.in.iii. colū. verſ. item eſt ar.ab abſurdo.

Caput. L V I I I.

Adhuc ſi qſpiā a lege ceſſante arguerit, nō eſt reſpuendus.

Locus eſt Topicus,& probatur a Bal.in.l.conuenticulam.in.iii. colū. verſ. item eſt ar.a lege.C.de epiſ.& cle.

Caput. L I X.

A teſtibus ad inſtrumenta rationem admittendam.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.c.cū Ioānes,de fide inſtru.& in l.in exercendis.C.eo.& in c.cum dilecta de confir.vti.vel inuti.

Caput. L X.

Libelli,& ſententiæ mutuam eſſe rationem oſtendimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.edita.xxi.col.C.de eden. & Alex. in.l.ſcire.ff.de verbo.obliga.

Caput. L X I.

Ab exemplis rationem reprobamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur.ii.q.iiii.c.monomachiam cum Glo. xxvi. q.ii.c.non ſtatim.&.c.non exemplo.xxiiii.q.ii.c.ſi quis.C.de ſenten.l.nemo.Vide Bal.in rub.C.quæ ſit longa conſue. Contrarium tamē notatur in.l.dedi.§.ſi liber.ff.de condi.ob cauſam.

Caput. L X I I.

Ab vniuerſali toto rationem concedendam.

Locus eſt Topicus,& probatur in.l.Lucius.ff.de fun.inſtruc. ſm Bald.in.l. conuenticulam.in.ii.col.verſ.item eſt ar.a toto generali.

Caput. L X I I I.

Ab authoritate probabili,& neceſſaria valide arguendum.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.proſpexit.ff.qui,& a quibus.

Caput. L X I I I I.

Ab authoritate probabili tātum ita demū oſtendimus, ſi ea

manifeſta nõ conuincat ratione, q̃ de neceſſitate cõcludat.

Locus eſt Topicus, & ponitur in .l. Labeo. §. verum. ff. de ſupellec. lega. per quam authoritas Glo. conuincitur per tex. vel per rationem neceſſario in ferentem contra Glo. ita Bal. in .l. conuenticulam. in .ii. col. verſ. itẽ eſt ar. ab authoritate. C. de epiſco. & cle. vbi etiam dicit ab authoritate improbabili, & incerta, nullum ſumi argumentum.

Caput. LXV.

Ab authoritate non oſtendit, qui authoritati non ſubeſt.

Locus eſt Topicus, & ponitur a Bald. in rub. C. de fide inſtru. vlti. col. verſ. item accedat ratio.

Caput. LXVI.

Reiuendicationis, & petitionis hæreditatis viciſſitudinarius eſt tranſitus.

Locus eſt Topicus, & ponitur in .l. ſin autem. §. ſi is qui. & ibi Glo. in ver. reduci. & Bar. in .i. notab. ff. de reiuendica. quod verum niſi in multis caſibus. vt ibi per Glo. & doc.

Caput. LXVII.

In indiuiduis de toto ad partem non arguendũ: in diuiduis autem ſic, in quibus de parte ad partem inferimus.

Locus eſt Topicus, & ponitur per Glo. & Bar. in .l. per fundũ ad fi. in verſ. quarto notat Glo. ff. de ſerui. ruſti. prædio.

Caput. LXVIII.

A tutela ad ſubſtitutionem inanem eſſe rationem.

Locus eſt Topicus, & ponitur a Bal. in auten. ex cauſa. xiii. col. verſ. ſed cõtra prædicta. C. de libe. præte.

Caput. LXIX.

A lege correcta ita demum oſtendendum, ſi concluſa ea ſit in corpore iuris.

Locus eſt Topicus, & ponitur per Bar. in .l. i. in prin. C. de late. liber. tollẽ.

Caput. LXX.

A carentia habitus licite arguendum.

Locus eſt Topicus, & ponitur a Bal. in .l. conuenticulam. in .iii. colũ. verſ. item eſt ar. a carentia. C. de epiſ. & cle. & ibi in verſ. item formatur, ponit quomodo formatur.

Caput. LXXI.

Ab effectu ſimul requiſitorũ etiã argui poſſe reſpondemus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l. conuenticulam. in .iii. col. in fi. verſ.item eſt ar.ab effectu.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXII.

Etiam ab ordine ſcripturæ recte inferendum.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bald.in.i.cōſti.C.§.quibus.in.ii.col. verſ. & ex hoc collige.& in.l. quoties.ff. de vſu. & in.l. conuenticulam.in.iiii. col. verſ.item eſt ar.ab ordine.C.de epiſ.& cler.

Caput. LXXIII.

A venditione ad locationem licitus eſt tranſitus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.veteres.ff.de actio.emp.

Caput. LXXIIII.

A natura alternatiuorum arguendum.

Locus eſt Topicus,& probatur,& ponitur per Bal.in.l. conuenticulam. in .iiii.col.verſ.item eſt ar.a natura.C.de epiſco.& cle.

Caput. LXXV.

A proportionabilibus licite arguendum.

Locus eſt Topicus , & ponitur a Bal.in.l. conuenticulam. in.iiii.col.verſ. item eſt ar.a proportionabilibus.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXVI.

Etiā ſi a cōceſſione antecedentis qſpiā arguerit, recte faciet.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Bal.in.l.conuenticulam.in.iiii.col. verſ. item eſt ar.a conceſſione.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXVII.

Et a deſtructione conſequentis etiam licite oſtendimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Bal.in.l.conuenticulam. in.iiii.col.verſ. item eſt ar.a deſtructione.

Caput. LXXVIII.

Et a deſtructione etiam totius recte quiſpiam inferet.

Locus eſt Topicus,& ponitur per Bal.in.l.precibus.iii.col. verſ. ſed ponamus ꝙ reliquit.C.de impube.& aliis ſubſti.

Caput. LXXIX.

Etiam a diuerſitate temporis argumentum comprobamus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam.in.iiii.col.verſ. itē eſt ar.a diuerſitate temporum C.de epiſco.& cle.

Caput. LXXX.

A generalitate arguens recte facit.

Locus eſt Topicus,& probatur a Bal.in.l.conuenticulam. in.v.colū. verſ.

item eſt ar.a generalitate.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXXI.

Et a præſumptionibus eiuſdem facti iure quodam optimo arguimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam.in.v.col. verſ. itē eſt ar.a præſumptione.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXXII.

Et a fictione etiam argui poſſe non diffitemur.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam.in.v.col. verſ.itē eſt ar.a fictione.C.de epiſ.& cle.

Caput. LXXXIII.

Etiam ab inconuenientis tolleratione licite arguimus.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.conuenticulam,in.v.col. verſ. itē eſt ar.a tolleratione.

Caput. LXXXIIII.

Etiam de parte ad totum admittimus argumentum.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bald.in.l.maximum vitium, penul.colū. verſ.quinto arguendo.C.de libe. præte. licet contrarium ſenſerit idem Bal.in.l.i.in prima.q.circa prin.q.C.de hæredi.inſti.

Caput. LXXXV.

A ſucceſſione ad tutelam licite inferendum.

Locus eſt Topicus,& ponitur a Bal.in.l.humanitatis.viii.colū.verſ.nunc veniamus.C.de impube.& aliis ſubſtitu.

Caput. LXXXVI.

Si a conſuetudine etiam quiſpiam oſtenderit, eſt iure optimo commendandus.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.illud. & ibi Bar.in lectura Nicolai de Neapo.ff.de excuſa.tuto.

Caput. LXXXVII.

Etiam ſi de ſeruo ad filium quis arguerit,audietur,ſicut de ſeruo ad monachum.

Locus eſt Topicus,& de ſeruo ad filium ponitur per Glo.in verbo corrūpi & Bar.in.l.ſi quis ſeruo.verſ.quero an id.C.de fur.l. & non tantum.§. i.de ſer.corrup.& de ſeruo ad monachum ponitur in.l. cui fundus.§.ſeruum.& ibi Bar.& Alex.ff.ſi cer.pera.

Caput. LXXXVIII.

A contrario ſenſu poſſe argumentationem aſſumi,explora

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

ti quidem iuris eſt.

Locus eſt Topicus,& ponitur in.l.i.& ibi Alex.poſt Bar.in .ii,col.verſ.nota in ver. huius rei.& in.iii.col.verſ.Oppono dicitur hic.ff.de offi.eius,cui man.eſt iuris. & Bal.in.l.quēticulā in.i.col.& prima oppo.C.de epiſ.& cle.& doc.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.&.l.inter ſocerū.§.cum inter.ff. de pactis dota.& in.l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.Sed an, & quando habeat locum argumentum a cōtrario ſenſu:vide in Spec. de diſputa.& allega.§.poteſt.verſ.vel non obſtat ſenſus.& Alexā.in.d.l.i.ff. de offi.eius.vbi ponit an habet locum in reſcriptis,& an in ſententia,& an in contractibus,& an in vltimis voluntatibus,& an in negatiuis.

FINIS.

Hic Deo Opt.Max.authore ſupraſcripta Topica octuagenario octauo numero concluſa, ac per viginti fere dies abſoluta, optatum finem aſſequuntur.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Omnes duerniones:præter A quaternio.& OO ternio.

Venetiis per Petrum de Nicolinis de Sabio: ſumptibus vero
honorabilis viri domini Hieronymi de Maria de Salerno. Anno ſalutiferæ incarnationis.
M. D. XXXV.
Menſis Auguſti.

Digitized by Google